BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA

LACTANTII PLACIDI

IN STATII THEBAIDA COMMENTVM

VOLVMEN I

ANONYMI

IN STATII ACHILLEIDA
COMMENTVM

FVLGENTII
VT FINGITVR PLANCIADIS
SVPER THEBAIDEN COMMENTARIOLVM

RECENSVIT

ROBERTVS DALE SWEENEY



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCVII

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Lactantius ⟨Placidus⟩:
[In Statii Thebaida commentum]
Lactantii Placidi in Statii Thebaida commentum /
rec. Robertus Dale Sweeney. —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)

Vol. 1. In Statii Thebaida commentum.
Anonymi in Statii Achilleida commentum. — 1997
ISBN 3-8154-1823-2

Printed in Germany
Satz: Satzpunkt Leipzig — ein Betrieb der
INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb GmbH
Druck: druckhaus köthen GmbH
Buchbinderei: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, Bad Langensalza

TABVLA
rerum quae in primo uolumine continentur

PRAEFATIO

Lactantius Placidus, uir neque indoctus neque doctissimus, uixit tempore incerto, sed si, ut uoluit u. d. Paulus van de Woestijne, eum inter tempora Donati et Seruii grammaticorum ponas, scilicet inter annos fere CCCL et CD post Christum natum, non multo erres. neque satis constat ubi uixerit, sed mihi persuasum est, uirum doctissimum Gino Funaioli recte iudicasse, cum eum Italicum fuisse asseruerit, quod in scholio ad VIII 411 *flante enim aquilone hic serenum est, pluit in Africa* de Italia *hic* sit scriptum, ut ex u. 411 *cum Libyae Boreas Italos niger attulit imbres* confirmatur. quae si ita sint, magis ueri simile est id ad rem pertinere quod de termino ante quem scripsisset Lactantius noster determinando proposuit u. d. I. François, Lactantium inter sectatores Mithrae numerandum non post annum CCCLXXVII, cum Roma expulsi essent, tam aperte scribere potuisse.

Commentum in Statii Thebaida ad Statii uerborum sensum explicandum mythologicum rhetoricum geographicum, non autem grammaticum, in usum lectorum communium, ut uidetur, composuit Lactantius noster. de commentis quae antehac in Statium forsitan conscripsissent alii, nihil scimus, neque pro certo habemus Lactantium, qui numquam eos nominatim laudat quorum sententias de quibusdam uerbis locisque citat, Statii commentatores, non grammaticos qui de Statio solum exempli causa mentionem fecissent, sibi auxilio adduxisse. nihil esse ad rem, sanctum Hieronymum contra

Rufinum 1,16 inter auctores de quibus ad id tempus commenta scripta essent Statium non inclusisse, recognouit van de Woestijne, quod, inter alios tum in ludis non lectos, Ciceronem iam per Asconium Pedianum interpretatum omisit. sunt et alia scholia in codices quosdam exscripta atque interpolata, sed omnia quae umquam inueni aut dubia credidi, sicut illa Caspari istius Barthii, aut manifestius non Lactantii atque ex aliis auctoribus aut contextu ipso esse descripta. de quibus recensendis uiderint alii. commentum ergo aliud, praeter id quod sub nomine Lactantii Placidi habemus, nullum, credo, exstat ac forsitan exstiterit antiquum; alterum in Achilleida ac tertium in Thebaida quae hic recensui in medio ut aiunt aeuo esse composita omnibus patet. in Siluas quas in antiquitate atque in medio aeuo nemo paene legit dubito num quis commentum composuerit: id quod (p. 1 n. 1) in Prolegomenis, quae Lugduni Batauorum apud E. I. Brillium abhinc unum et uiginti annos publici iuris feci, in lucem protuli adduxisse nunc me pudet: Horatianum illud non Statianum fuisse me amicissime sed strictissime monuit eques doctissimus Roger Mynors, ut ex uerbis codicis in catalogo laudatis corruptissimis quae recognouerat satis constat.

Praeter hoc commentum an aliud composuerit Lactantius noster nescimus: glossae Placidi (ut uidetur, Christiani) nullo modo auctori nostro sunt adscribendae; narrationibus fabularum Ouidianarum, quas Lactantianas esse neque pro certo neque pro incredibili habeo, nomen Lactantii non ante saeculum quartum uel quintum decimum adfixum esse uidetur.

De commento nostro quomodo post Lactantium ad nos peruenerit ipse in Prolegomenis fusius disputaui. exemplar in manu Lactantii ipsius (= **Ω**) commentum cum lemmatibus quae cum textu ab eo interpretato congrue-

rent certissime continuit. commentatores satis constat lemmata ex editionibus paratis saepissime descripsisse, eos praesertim qui ex aliis materiam scholiorum suorum deriuauissent: Lactantius autem, qui ipse, credo, suum commentum composuit, et lemmata et scholia eodem tempore inter se congruentia non dubito quin composuerit. lemmata ad scholia singula pertinentia in omnibus codicibus nostris saepissime sunt omissa uel falso loco inserta uel a scholiis propriis discrepant; scholia uel partes scholiorum aliquando disiectae non in recto ordine sed eodem ordine in his codicibus inueniuntur; scholia denique innumerabilibus modis in his codicibus omnibus sunt mutata: quibus de causis mihi est persuasum hoc commentum postea in scholia et inter lineas et in margine scripta, lemmatibus priscis omissis, dissolutum atque interpolatum esse (= ω′), quod (uel, quod idem est, id ex eo prognatum) aetate, ut ueri simile est, imperatoris Caroli Magni in archetypum (= ω), ut aiunt, omnium codicum nostrorum in commentum redintegratum est. ex quo archetypo codices quos habemus omnes defluxerunt, partim in forma commenti continui, partim scholiorum ad textum illustrandum, usque ad saeculum duodecimum non pauci, postea rariores, deinde, doctrina de antiquitate renata, plures.

Nulla inter XII 512 et 615 neque inter X 96 et 147 scholia tradita sunt, a quo apparet hic unam illic duas paginas in ω′ uel non scholia continuisse uel scholia quae continuissent in ω non esse transcripta. desunt prooemium in primum librum totumque opus, de quo Lactantius ipse ad I 61 mentionem facit, et, ut uidetur, historiae de Thebanorum calamitatibus ad III 179 laudatae, ac ueri simile est quaedam alia scholia, praesertim illa breuiora quae inter lineas scripta essent, aliquando per neglegentiam

scribarum uel casus temporum uel necessitates spatii, loco deficiente, esse omissa.

Quibus codicibus collatis atque inter se comparatis de natura archetypi ω et hyperarchetypi, ut aiunt, ω′ quaedam sunt quae pro certo discere possumus. in archetypo quaedam sunt uestigia quae indicent scholia in hyperarchetypo in litteris quas insulares nominamus scripta esse, scilicet e locis (forsitan inter alios):

I 118–119 *μαστίγωσιν*/martigos in; I 324 II 222 V 117–119 VI 290–291 Aegyptus/egistus; I 401–402 Pleuron/-os; I 402–403 Thoantem/toasa; I 509? latentes/latenter; I 719–720 Ephippos/pepisso; II *arg.*? filiarum suarum/filias suas; II 58 arcton/-os; II 383? Taenarum/Teumesum; II 488 auxesin/aures in-; III 27 Oenopionem/Oenorionem; III 678–679? caritatis/castitatis; IV 4 pactos/natos; IV 59 Corinthos/-on; IV 161 notantes/-er; V 122 Tereo/teseo; V 132–134 RATES/nata; V 163 *ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ*/sirseen opersu; V 306? positione/temporis; V 579 Lerna/lesina; VII 267–268 Schoeno/sciro; VII 307–308? Glisas/glisanta; VIII 36? caelestes/celeriter; IX 328–329? Anthedon/-dos; IX 398 funerum *ex* Ismeni; X 52–53 tererent/texerent; XI 682–683 minando/mirando; XII 353? congregatiores/congregationes; XII 503–504 -que tenet/quo (*uel* qua) teret.

Notandum est quoque lectiones duplices et uerba inter lineas in archetypo ω quibusdam in locis exstitisse, ut e lectionibus

I 707–708 q$\overset{b}{u}$e m$\overset{a}{a}$la; II 58 quare..ultimus; II 195–197? promerita priuatos; II 341–342 ordo; II 553–554 creuisse; III 95 se; III 220–221 esse *uel* de thracia; III 295 supplex/simplex; III 352 populi sunt Scythiae, ad. . .Romanorum; III 352–353 Pol- *et* in-; III 493 id est; III 520–521 Mopsus; V *arg.*? polixo/-po; V 335–337 gloriae; V 337 thebanorum/thessalorum; V 388–389 abiunctis/ad-; V 427–428 cum Gigantes; VI 121 enim; VI 211–212 ut *uel* et; VI 380–381 ergo *uel* hic; VI 543 perfectis/-us; VIII 506–509 est; IX 307 est; X 503–504 in cygnum

partim alternis, partim suppletis, apparet.

In Prolegomenis codices quos utiles inueni meis oculis uel per imagines phototypicos uel maximam partem per utrumque modum semel atque saepius a me inspectos descripsi atque aestimaui. inter hos codices facile princeps est Monacensis ille Clm. 19482 (= **M**), olim Tegernseensis sub numero 1482, in Germania occidentali uel meridionali descriptus, saeculi decimi exeuntis (et hic et alibi u. d. Birger Munk Olsen sequor), magnis litteris et perfacilis lectu, qui commenta Lactantii in Thebaida et anonymi in Achilleida continet. quo codice usus est in editione quam anno MDCCCXCVIII in lucem protulit Ricardus Jahnke, more suo, pessime. contulit ipse: sua autem collatio, quam dicit se per eas quas confecissent Eduardus Kelter et Ricardus Klotz correxisse, erroribus paene innumerabilibus tamen scatet, quos quoad potui correxi ac maximam partem tacitus praeterii. notandum est correctorem $\mathbf{M}^2$ e stirpe uulgari **π** lectiones suas duxisse, neque consensum $\mathbf{M}^2\pi$ magis ualere quam unum solum codicem, ut, exempli gratia, ad I 658 *utrumque aduertimus docente Virgilio: leuiter ⟨Aen. II 728 sqq.⟩ 'sonus excitat omnis suspensum'. grauiter ⟨Aen. I 53⟩ 'tempestatemque sonoras',* quam in apparatu non inclusi.

Codex Monacensis Clm. 6396 (= **f**), olim Frisingensis sub numero 196, in Germania descriptus, partis saeculi decimi secundae, commentum in Thebaida I 12–XII 656 per scholia in margine exscripta continet. hoc maximi momenti codice usi sunt uiri docti Robertus Vnger et Franciscus Cumont, necnon Jahnke, sed passim et paene sine beneficio. est autem gemellus, ut dicitur, codicis Monacensis 19482, unde errores huius codicis optimi singulares potest fieri ut eliminentur.

Codex Monacensis Clm. 17206 (= **S**), olim Scheftlarnensis, in Germania descriptus, saeculi duodecimi, adnotationes in margine et inter lineas in Thebaida a VI 809

usque ad finem tantum continet. hunc codicem, quem nemo antea ut uidetur notum habuit, non magni aestimo, eo quod tot scholia sunt uel omissa uel decurtata.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis latinus 10317 (= **E**), olim et ab origine Echternachensis, saeculi decimi exeuntis, e quo Kohlmann et Burnam in libris infra citatis multa scholia recentiora et suppositicia publici iuris fecerunt, Thebaida continet cum scholiis e Lactantio Placido, admodum abbreuiatis uel interpolatis et difficillimis in locis lectu in quibus non litterae sed umbrae litterarum exstant, a quattuor minime manibus exscriptis. scholia a prima manu descripta $\mathbf{E}^1$ designaui, et similiter $\mathbf{E}^2\mathbf{E}^3\mathbf{E}^4$. scribarum manus qui $\mathbf{E}^1$ et $\mathbf{E}^2$ descripserunt facile distinguuntur, atque e duobus fontibus textus suos trahunt; $\mathbf{E}^2$ et $\mathbf{E}^3$ non potui in omnibus locis distinguere, sed $\mathbf{E}^3$ non maximi momenti facio, eo quod sunt perpauca, neque multa sunt scholia quae $\mathbf{E}^4$ nominaui. quem codicem semel atque saepius Parisiis pro uirili parte excerpsi, eo impeditus, quod ad imagines huius codicis phototypicos quos apud me examinarem exprimendos ars photographica non successit.

Codex Florentinus Mediceus Laurentianus plut. 38,6 (= **m**), ex Italia, ut Munk Olsen uidetur, ortus, primae saeculi duodecimi partis, praeter folia 163–164 173–178 saeculi tertii decimi, 43 100 111 169 quae scholia nulla continentia suppleuit scriptor saeculi quarti decimi celeberrimus Iohannes Boccatius, adnotationes in totam Thebaida in marginibus exscriptas continet. ex eo primus lectiones contuli et protuli.

Codex Bambergensis MS. Class. lat. 47 (= **B**), saeculi undecimi, e Germania occidentali, ut uidetur, ortus, totam fere Thebaida continet, scholia uero in marginibus necnon quaedam inter lineas descripta maximam partem euanuerunt, nec quidquam in locis plurimis legere potui

e uestigiis eorum quae restant uerborum, quamquam luce usus sum radiorum breuiorum quam illius lucis quam uidere possumus, quem codicem ergo partim contuli, partim excerpsi. multis est adnotationibus e diuersis scriptoribus interpolatus, quas, si quis sit qui legere uelit, alibi inueniat.

Codex Parisinus latinus 8055 (= **C**), partis saeculi undecimi tertiae uel quartae, in illo Monasterio Sancti Michaelis in Periculo Maris, ut uidetur, descriptus, pp. 1–140 (per paginas, non per folia, numeratur), olim Colbertinus, scholia sparsa tantum atque condensa, quae non nisi passim citari potui, continet.

Codex Cassellanus Bibliothecae Murhardianae 2°. MS. poet. 8 (MS. Lat. 164) (= **H**), olim Hasungensis, et ueri simile Hasungae descriptus, partis saeculi duodecimi mediae, Thebaida, una cum scholiis Lactantii Placidi ad I 696–II 93 in marginibus et inter lineas exscriptis, continet. in quo codice lectiones Lactantii Placidi a u. d. Frederico Weber publici iuris factae sunt, quo teste fretus codicem ipsum numquam inspexi.

Codex Guelferbytanus Gudianus lat. 54 (= **K**), saeculi undecimi, in Germania descriptus, Thebaida a uersu I 389 usque ad finem cum commento Lactantii Placidi, quibusdam scholiis, praesertim eis longioribus quae spatio parato male conueniant, omissis, clarissime in marginibus et inter lineas descripto continet.

Fragmenta in codice Bibliothecae Dusseldorfiensi F. 49 iam conseruato, cuius partes seruatae per uu. dd. Ferdinandum Deycks et Gulielmum Crecelium et partes aliae nunc deperditae per u. d. Gulielmum Schmitz publici iuris factae sunt, fragmentaque alia in codice Bibliothecae Vniuersitariae Monasteriensis MS. 716 (70a), de quo Iosephus Staender memorauit, nondum in lucem emissa in bellis nuper destructa, omnia ueteris codicis

olim Werdensis (= **W**), saeculi undecimi, nunc deperditi, partes erant.

Conspectus fragmentorum Thebaidos in hoc codice in quo scholia praeter multa omissa uel oblitterata e Lactantio Placido in margines (ex quibus amputatis multa sunt perdita) et inter lineas descripta sunt, hic sequitur:

I 2–35 (immo 33?) 36–70 352–385 387–421 424–456 459–491 (in codice Monasteriensi destructo); III 334–473 (ex quo scholia ad 337–353 apud Deycks inueniuntur et dimidium solum uersus 404 seruatur) 693–719 IV 1–18 26–55 63–90 379–407 415–442 451–477 486–512 725–843 (759 794 829 omissis) V 1–4 (in codice Dusseldorfiensi seruata); VI 69–89 105–124 421–439 456–474 (in codice Monasteriensi destructo); IX 235–265 270–300 (in codice Dusseldorfiensi et apud Crecelium); IX 305–334 340–369 656–686 691–720) (in codice Dusseldorfiensi seruata); IX 725–756 761–791 (in codice Dusseldorfiensi et apud Crecelium); IX 795–864 (in codice Dusseldorfiensi seruata); IX 865–907 X 1–12 298–368 (apud Schmitz iuris publici facta nunc deperdita); X 371–439 uel 440 657–685 693–720 727–755 762–790 XI 197–229 232–264 267–300 302–335 (in codice Dusseldorfiensi seruata)

Ex quibus disiectis codicis membris lectores moneo ne auxilium multum exspectent.

Codex Valentinianus 394 (= V), e monasterio Sancti Amandi uel alibi in Gallia septentrionali et orientali, ut uidetur, ortus, qui in tertia uel quarta saeculi noni parte scriptus est, omnium Lactantii Placidi codicum uetustissimus, sed nullo modo inter optimos, immo uetustiorum pessimus, foliis 91a–124b commentum sine textu Thebaidos ad II 281–721 III 205–IV 584 V 237–VI 382 (404) VI 887 (912)–XII 676 perfacile lectu continet. de quo codice uu. dd. Kohlmann Funaioli van de Woestijne scripserunt.

De cognatione quae inter hos codices uetustiores intercedat in Prolegomenis pp. 66–74 fusius disputaui necnon

stemma proposui, quod non multo a ueritate dissentire adhuc credo.

codices **Mf** cognatos esse a lectionibus

I 84 medius] -os **M**^{ac}**f**; I 150–151 exsequitur] exequetur; I 305 dei] diei; I 332 angustias] angustas; I 336–337 emeriti] et meriti; I 379 sic] si; I 384 *inser.* id est; I 714–715 comesse] commedere; II 173–175 *om.* prior; II 239 *inser.* archadię; II 252–253 PALLADA] PALLIDA; II 257–260 urbem] -es; II 367 habito] -tu; II 415–420 coges] -is; II 556–557 exsuperat] -ant **M**^{ac}**f**; III 25 *inser.* Olenii dicit; III 64 fuluus] filius; III 159–160 ergo] enim; III 274 *om.* singulae, exitiali] -le; III 430 ficti] uicti **M**^{ac}**f**; III 468 EVADVNT] ET VADVNT; IV 178 *om.* quoque; IV 239–240 ALPHEE] ALPHEĘQVE; IV 256–258 uoces] -is **M**^{ac}**f**; IV 306–308 pietate] -em; IV 537 uoluunt] uuolunt **M**^{ac}**f**; IV 539 pro] per; IV 562 AVTONOEN] -NEM; IV 572–573 qua] quia **M**^{ac}**f**; V 16 uestitus] -ur; V 63 epitheton] -theon **M**^{ac}**f**; V 124 sudorem^2] dolorem; V 176 si integrum] sin- **M**^{ac}**f**; V 241–243 parenthesin] parentes **M**^{ac}**f**; V 503–504 relinquit] reliquit **M**^{ac}**f**; V 524 quid] quod; V 587, 588 *scholiis reuersis*; V 631–632 deputentur] -antur; V 751–752 uidimus] -emus; VI 27 manifestius] -tus **M**^{ac}**f**; VI 75 VOTIS] -CIS; VI 337–338 ex^1] et, ex Cerere] exercere **Mf**^{pc}; VI 384 uidit] -et; VI 451 LABDACIDES] LAP-; VI 534 Troiamque] troiam; VI 683 *om.* est^2; VI 712–713 MENESTHEA] MNESTEA; VI 770 REICIT] REIECIT; VII 135–136 RAPIT] RAPVIT; VII 296–297 *om.* sunt; VII 307 Centauro] -io; VII 340–342 restingueret] restrin-; VII 360–361 participiale] -pale; VII 634 transfixa] -i; VII 730–732 indignatione] -em **M**^{ac}**f**; VII 742–743 uelocior] uelociter; VIII 52–55 tam] tamen; VIII 85 coniunx] coniux; VIII 160 FOEDERE] FODERE; VIII 201–202 *om.* pleni; VIII 250 *om.* causa; VIII 448–452 *om.* se; VIII 453–455 uictum *bis*; IX 575 turbantur] turbabantur; IX 600 ABRUPERE] ABRUBERE; IX 650 LABDACIAS] LAPDACIDAS **Mf**^{ac}; X 68 REBELLEM] REPELLEM; X 347 deuinctus] deuictus; X 562 ACCEPERE] ACCIPERE; X 656 omne scilicet] scilicet omne; XII 307–308 somnus] sonus; XII 488 sudare] suadere; XII 501 huc] hoc, necnon scholiis suppositiciis quae infra laudantur,

inter alias, satis constat; codicem **m** et lectiones codicis **E** prima manu exscripta quas **E**^{1} nominaui a

I 45 Astynomeae] -monie/-mome; I 224–225 *inser.* thebis; I 225 *om.* dextra; III 34–35 posset] potuisset, inter alias;

codices **V** et archetypum stirpis uulgatae **π** a

II 342–343 ait] agit; II 393–394 iurauerant] iuuerant; III 234 QVAE] CVI; IV 75–76 ideoque] ideo; IV 106–107 riuus] -is, *om.* nouissime in; IV 130 eius] est; IV 145–146 quod] quid; IV 516–517 *inser.* id est summum, *om.* mundus; V 341–345 naue] -i; V 427–428 *om.* Gigantes; VI 60–61 *inser.* aduexit, quod] nam; VI 121 religio enim iubet] iubet enim religio; VI 337–338 scalpsit] produxit; VII 15–16 intrat] intra; VII 45 *inser.* id est; VII 657 circumdat] -data; VII 780 dixit se] dixisse; VIII 58–59 *om.* propter ... traderent; VIII 293 ipso] ipse; VIII 625–627 TRACTAREM] -RE; X 504 proprie] prime, necnon illis suppositiciis quae infra laudantur.

Codices **Mfm** et lectiones **E**^{1} autem inter se cognatos contaminatosque esse certum est, ab eo quod, quocumque in modo in erroribus congruere possint, aliquando congruunt, scilicet (praeter **Mf** et **E**^{1}**m**, quos uide supra)

MfE^{1}: I 331 deuexus] di-; V 431–432 titulos] -o **M**^{ac}**fE**^{1}; VII 566 colore] calore; VIII 160 interpositione] -es; VIII 201–202 *om.* et;

MfE^{1}**m**: I 171–173 perstringere] prae-; II 433 compresserat] percusserat; VI 327–329 uocabulo] uaculo; VI 346–348 Thraces] -is **M**^{ac}**fE**^{1}**m**; VII 82 prioris] -i; VIII 283 uerecundatur] -dat; VIII 364–365 *om.* Amphiarai;

Mfm: II 43–44 *om.* non ... fluctus; II 206–207 *om.* Panos^{1}; II 382 recipit] recepit; III 560 inuasit] inusit **M**^{ac}**fm**; IV 261–262 collegisse] colligisse; IV 550–551 *inser.* cum ... licentia est; V 432 Zethum] l(a)etum **M**^{ac}**fm**; V 446–448 in anum] inanem; VI 346–350 dissimilis] -i; VII 181 pampineis] pan-; VIII 675 quae] quare; IX 194–195 luco] lucio; IX 597 proscissae] procisse **Mfm**^{ac}; X 544 habente] -em; XI 690 *om.* me;

ME^{1}: I 335 maria sit] sit maria; II 247–248 immolarant] -bant; II 655 primo] -um; III 310–311 qui] quia **M**^{pc}**E**^{1}; IV 429–430

quando] quoniam; V 104–106 meritum] -o; VI 128–130 minatus] -ur; VII 250 ex responso] extenso;

ME[1]**m**: I 225 deriuatiuo] di-; II 433 *om.* locum; VI 279 o terra] contra;

Mm: I 12 dolum] domum; I 114 Baccho] -i; I 144–146 salutantum] -ium; II 32 chorographia] topographia; II 109–110 senectutem te pollicetur] pollicetur senectutem te; II 166 curuli] -ili; II 195–197 felicibus] infelicibus; II 224–225 stabant] stant **M**[ac]**m**; II 305 mortem matris] mortem matris ł concubitum **M**, matris concubitum **m**; II 382 Cereri] cererique; II 415–420 dixerat] dixit; II 496–497 docet] ducet; II 573 sationibus] na-; II 721 antiqua est] antiquę sunt, uicina] -ę, qua] quibus, Itonus] athon; II 733–734 tholo] -os; III 73 incendium] indicium; III 205–206 *om.* et illud; III 242 declinatas] -ur; III 263 *inser.* iras; IV 191 attrectauerit] attract-; IV 226 sit] fuit; IV 516–517 non licet nomen] nomen non licet; IV 550–551 dei] olim; IV 771–772 haec] nec **Mm**[ac]; IV 838 Euenos[2]] etuenos; V 29 Euenum] oeneum; V 86–87 *inser.* ipse; V 154 *inser.* id est; V 475 persequeretur] -sequetur **M**[ac]**m**; V 594 oculi] -is; VI 152–155 EST] E; VI 199–200 purpureos] -osque; VI 210 *om.* colore; VI 213–214 TVM] TV, tum] tu; VI 239–241 decedunt] deci-; VI 253 ut ait] aut ut; VI 287 impluium] infiluium **M**[ac], influium **m**[ac]; VI 309–310 *om.* etiam; VI 369–370 quadriiugum] quadrigum **Mm**[ac]; VI 423 OLENIIS] OLENVS; VI 602–603 Maenalus] menalius; VI 674–677 celebratur] celebrabatur **M**[pc]**m**; VII 8–9 pabula] pap- **M**[ac]**m**; VII 164–165 E] ET; VII 224–225 frigidior] -dor; VIII 285 qui] quam **M**[ac]**m**; VIII 286–287 Achaemene] acham-; IX 598 *inser.* puerum; IX 612 *inser.* patri; IX 616 SIC] HIC; IX 842–844 immissu] inmisso **M**[pc]**m**; X *arg.* Dymantis] di(*uel* dy-] adamantis; X 290–291 uicta] uictima; X 506–507 *om.* ita[2];

fE[1]: I 444–446 fuerit] est; I 474–476 *inser.* est;

fE[1]**m**: I 156–157 mundi cardinem] mundum carmine; I 224–225 *inser.* thebis *post* Cadmum, ex] et, *om.* origine ... ergo; I 421–422 Olympici] olympiaci; II 62 dixerat] dixit; IV 611–612 *om.* ab; V 346–347 *om.* est[1];

fm: I 33–34 *inser.* enim; I 89–90 semper est] est semper; I 101–102 *om.* ad; I 110 *om.* redeunt; I 120 terra angusta] angusta terra; I 144–146 *om.* ut est; I 251–253 ac] aut; I 306–307 at-

que] et; I 452 fortuito] -tu; I 474–476 *inser.* pro; I 541–543 assuerant] -unt; II 29 *om.* ut; II 48–49 destinantur] -atur; II 207 Corinthiorum] -thorum; II 207 *inser.* tum ... aureis; II 435–436 indignor] -ior; II 598–599 Marti] mariti; III 27 Oenopionem] enoriorem; III 141 omnimodis] omnis madis; IV 294 orationis est] est orationis; IV 407–408 caecus] cetus; IV 465 ter] inter; IV 532 quae quis] quisque; IV 599–602 uidentur] uiderent; V 53–54 peremimus] pereminus; V 673 sentientibus] sentibus **fm**^{ac}; VI 5–7 descripsit] describit; VI 112–113 Panes dixit] dixit panes; VI 139–140 elementa *bis*; VI 253 Corinthio] -eo **fm**^{ac}; VI 337–338 ęquaę] -a; VI 380–381 propinquare] appro-; VI 684 altitudinis] -$\overset{i}{e}$s **f**, -$\overset{ę}{i}$s **m**; VI 851 ASTV] austu; VII 164–165 strictis] structis; VII 250 ex responso] exrenso; VIII 201 nemus inuenitur] inuenitur nemus; IX 777 Labdaco] lap-; X 535 iaculorum] telorum; X 699–701 quid] quod, dolose Tiresias] te(*uel* ty-)resias dolose; X 719–721 eum securum] securum eum; XI 73–74 aduentu] -um; XI 641 LECTVS] PECTVS **f**, P. **m**;

quibuscum cognatum codicem **S** a multis lectionibus demonstrare possumus, inter quas sunt

MS: VI 885 indignari] -re; VII 112–113 *om.* etiam; VII 255–257 suscepisset] ac-; VII 296–297 confuderunt] -ere; VII 396–397 praegrauata] *om.* prae-; VII 404 prodigiales res] res prodigiales; VII 412–413 Polynicen] -em, Hyacinthi] iacincti; VII 555 ueniat] -et; VII 687 quae] qui; VIII 198 essent (fatigati)] -et; VIII 204 mali mens] mens mali; VIII 294 infulis] insulis; VIII 421–422 resistentes] sistentes; IX 257 Hypseum] -us **M**^{ac}**S**; IX 828 *om.* aut; IX 844 quia] qua; X 163 locum] -o; X 197–198 diem] -es **M**^{ac}**S**; X 338 qui] quia; X 537 scopulosa] -so; X 592–593 praedicerem] -arem; X 696–697 *om.* iam; X 849–851 mersi] missi; XII 131 Corinthio] -tho **M**^{ac}**S**;

M^{pc}**S**: VIII 506–509 tui est] est tui; IX 517–519 inoblato] inlato (**S**^{pc});

MfS: VI 882 aliquod] aliquid (**M**^{ac}); VII 315 fulmen] flumen (**M**^{pc});

MfSm: X 696–697 aetatis] -te;

MSE^{1}**m**: VIII 58–59 perrupit] -rumpit;

fS: VII 183–184 Mycono e] miconę; VIII 116–117 nec[1]] non; IX 583–584 somnium] somnum; XII 431 diuisa est partes] partes diuisa est;

fSE[1]: VIII 651–652 qua] quia;

Sm: VII 97 Melicertem (*pro* -en)] -am; VII 207–208 *om.* id est; VII 321–322 uirgines alienas] alienas uirgines; VII 366 uirginitate] -em; VIII 199–200 Asiae ciuitas est] ciuitas est asię; VIII 250 *om.* ferro; IX 312 auxilia petens] petens auxilium; X 397 percutientis] -ens; XI 578 *inser.* huiusmodo belli; XII 18 *om.* alas; XII 132 significat] -ans;

SmE[1]: VIII 33 *om.* iucunda;

cum Vπ a

SV: VI 936–937 enim] autem; VII 1–2 accuset] incusat; VII 15–16 *om.* autem[1] *(similiter omissis ad VII 62–63 129 VIII 44 49–50 91–93 98 116–117 189 198 199–200 206–207 341 601 673–674 IX 71–72 493 534 691–692 X 277–278 603 XII 300–301, necnon scholiis plurimis)*; VII 224–225 spirauerit] spirat; VII 344 habet uias] uias habet *(similiter reuersis VII 457–458 VIII 5 47 49–50 121–122 193–194 198 199–200 347 490–491 577–578 717 IX 228–229 419–420 508 627–628 688–689 891–893 X 40–41 263 488 760 XI 68 234–238 358 616–617)*; VII 371 naufragiis] -gus; VIII 9–10 *inser.* arbor *(similiter insertis ad VIII 58–59 358–361 X 216–217 280 497–498 XII 623, necnon scholiis uel partibus scholiorum quas uide infra)*; VIII 186–187 uocasti] prouocasti; VIII 199–200 Pluton] pluto; VIII 201–202 dicit] dicunt; VIII 206–207 enim] postea; VIII 309 enim] auium est S, auium V; VIII 346–347 sonitu] sonitum; VIII 370 Arcadis] -es; VIII 400 pluriore] puluere; VIII 436–437 impositi] -is; VIII 472 negauerint] denega-; IX 11 ossa] corpora; IX 265 gutturi] in gutture; IX 402–403 uidendo] uidens; IX 423–424 uersus] conuersus; IX 449–450 fluere] currere; IX 463–465 sonus] sonitus; IX 647 trigesima] tricesima; IX 691–692 filii] -ium; IX 907 protegere] seruare S, seruare uel protegere V; X 11 quia] quod; X 52–53 humi] humiliter; X 470 tremore] terrore; XI *arg. (incip.)* hic] iste; XI 211–214 perfecisti] -cepisti; XI 535–536 perfecisse] commisisse; XII 512–513 Argolicis] argiuis;

SVπ: VII 184–185 *inser.* Neptunus ... oliuam; VIII 24 *inser.* est; IX 194 *om.* rura ... uastauerat; IX 632 *inser.* inuentum;

Sπ: VII 33 e] ex; VII 56 *om.* siue, insignia] -ne; VII 139 festinanter] -ur; VII 791–793 *om.* est[1]; VIII 434 *om.* hoc; VIII 509–511 agit] ait; IX 503 *inser.* aqua **S**, aquarum **π**;

necnon scholiis suppositiciis quae uide infra.

Codices E[2]**BCHKW**, quos cum nota **γ** designaui et quorum nullus textum totum praebet, inter se cognatos esse a lectionibus

E[2]**B**: II 663 scelestum] -em; IV 48 APGION] argion; IV 59 Melicertis] -ae; IV 283 *inser.* desperantes diem; IV 456–460 uel[2]] et; IV 589 bellerofontis] bello-; V 159 suadum] -i;

E[2]**BC**: III 295 *inser.* elus *ante* iouis;

E[2]**K**: II 220 furiis] furtis;

BK: I 547 habeat] habebat; III 493 dextra] -am; IV 660 Mimalloneis] mema-;

CHK: II 43–44 non est mons] mons est;

HK (quos inter se artissime cognatos esse satis constat): I 719–720 inculcat] inculat; II *arg.* Argia] rigia, negantis] negatis; II 11 *inser.* ut, manu] -uum; II 17 *om.* esset; II 27 S.] E., aut omnis[1]] autem; II 43–44 exigit] exiit; II 46–47 *inser.* ut; II 54 fugauit] fatigauit; II 58 *inser.* id est, *om.* per arcton, subtracta] -e; II 59 terras inter] terra finit/sinit, uolabat] -bunt; II 63–64 deus] Mercurius, Naubolum] nua-; II 85–86 scyphis] ciphis; II 93 *om.* aut[1];

KW: III 350–351 *inser.* deum *post* rerum; III 352 Amazonarum] amazonum; X 3–4 utrisque] utriusque;

uideri potest; quomodo autem sint cognati, nescio. lectiones E[1] autem non solum cum codicibus **Mfm** sed etiam cum **γ** in erroribus congruere e lectionibus

E[1]**B**: I 663–664 accepit] acceperit; II 281 progenie] -es; III 296 *inser.* illi;

E[1]**K**: II 583–584 muniit] -iuit; III 643 ardorem] -e;

E[1]**BK**: III 310–311 *om.* ita;

E[1]**BHK**: II 10 inflixit] inflixi

facile uidetur, et codicem **B** cum **Vπ** e lectionibus

BV: II 570–571 TREMEFACTVM] NEQVE ENIM ... FVNERA; II 624 thebanum (-orum) est; III 243 sint] sunt; III 378 *om.* -QVE; III 410 fungantur] -untur; IV 539 ekatimenon] *litteris Graecis*; IV 550–551 *om.* reliquos ... edocuit;

BVπ: II 340 *inser.* VIDVAQVE ... timeo; II 595–596 cum Ioue] contra Iouem, *inser.* fabula; II 661–663 celebrantur] -brabantur; IV 516–517 frigidas] frigas; V 335–337 Iolci] illius loci;

Bπ: II 586–588 Bistonia] biston; III 34–35 quia] suis, numinum] siderum, *om.* Titanis filium; III 328–329 eius facies] facies eius; V 431–432 *inser.* est; V 594 *inser.* id est;

quibusdam autem in locis codices **γ** uel unus uel plures soli rectam lectionem proferunt, inter quos

E[2]: III 239 credant; VI 111 dominus; VI 934 incusat poeta (E[2 *uel* 3]); VI 935–936 inseruire (E[2 *uel* 3]);

E[2]**B**: IV 705–710 apud;

B: II 733–734 tholus; III 632 OMINA; III 641 DIVVMQVE METVS; III 684–685 fabulas; IV 161 notantes; IV 549–550 cogeret; IV 658 Scythiae;

BK: II 650 *inser.* tuam;

CHK: II 58 quare ... ultimus *recto loco*;

H: II 58 sit;


HK: I 719–720 uocatus; II 58 gignit;

K: III 141 et; III 441 Argis; III 643 incensis; III 645 aruorum; IV 215 licentia poetae Cyllarus; IV 713–714 aruorum; V 114 doceat; V 453 acciperemus; V 524 de uita; V 529–530 celebratus;

W: IV 785 IDE.

Quibus rebus cognitis, hoc stemma codicum excogitaui (stemma u. p. XXII).

ex quo facile uideri potest contaminationem, ut dicitur, et inter **α** et **δ** et in codicibus **MfmE**[1] inter se et in codicibus singulis **E**[1]**SB** adesse: quam in aliis adesse,



rem quam incertissimam iudicaui, neque nego neque assero.

Codex π nunc deperditus, cuius supra mentionem feci, aetatis, ut ueri simile est, imperatoris Caroli Magni, fons erat et origo omnium codicum recentiorum, codicibus quibusdam ut aiunt descriptis exceptis, quorum duae sunt stirpes, quas φ et ψ nominaui, quae inter se identidem dissentiunt. notandum est omnes hos codices commentum perpetuum praebere, neque inter se de lemmatibus dissentire, unde certum est et πφψ commentum perpetuum praebuisse. quarum familiarum senior, ut ita dicam, quam φ designaui, ex codice saeculi fortasse noni nunc deperdito defluit, et ex quattuor codicibus **AQFp** consistit:

codex stirpium uulgatarum antiquissimus, Vaticanus Palatinus latinus 1694 (= A), saeculi undecimi, in Italia,

ut uidetur, clarissime scriptus, quo iam Bidez et Cumont usi sunt;

codex Florentinus Riccardianus, MS. Ricc. 651 (= **Q**), saeculi quinti decimi;

codex Pistoriensis Forteguerrianus, MS. A, 45 (39) (= **F**), saeculi quarti decimi, olim Sozomeni;

codex Parisinus latinus 8063 (= **p**), saeculi quarti decimi, quo tam male quam **Mk** collato Jahnke noster in sua editione usus est.

Codices **QFp** in erroribus contra id quod traditum est in

I 196 temnere] timere; II 542–543 humeris] -i; III 559–561 eque (ignauia)] atque; IV 570 cetum] Zethum; V 56 insulis] -as; VII 164–165 *inser.* -ne; VII 574 CRASSATA] GRASSATA; X 3–4 utrisque] -iusque; X 491 feminino] femineo; XII 622 auxiliarium] -um,


inter alias, congruunt; **Fp** in

I 193 nauim] -em; I 402–403 thoasa] thoantem; I 500 *inser.* dixit; I 503–504 soluis] solus; I 620 hominibus] omnibus; I 682 Oedipoden] -pedon, Oedipo] -pe; I 719–720 pepisso] episso; II 16–18 quasi] quia si; II 482–483 praeparet] -arent; II 543 qua] que; II 553–554 excursare] exire; III 434 INICIT] IN; III 478–479 nam] nam cum; III 528 fingit] fingunt; III 559–561 inicia] mitia; III 684–685 septentrionem] inscriptione(m); IV 1–2 quam (hiemem)] quem; IV 145–146 quid] quod, fortitudinis] -es, *inser.* non; IV 157–158 positis] -us; IV 159–160 dum (Hercules)] cum; IV 589 confixerat] confinx-; IV 658 squistie (*pro* Scythiae)] quis ne; V 18 urinomes] urimes; V 58–59 uniuersae] -os; V 62–63 et] ex; V 120–122 *inser.* ut; V 282–283 P. diuae] pudiue; VI 5–7 quia] qui; X 562 ACCEPERE] ACCIPE;

a quo facile uidetur me in stemmate codicum (stemma u. p. XXIV);

(in Prolegomenis pp. 59–62) proponendo non errauisse.

Stirps altera, quam cum nota ψ notaui, ex codice aetatis ignotae, sed non certe ante saeculum quartum deci-



mum descripto, defluit. octo sunt codices quos utiles inueni, uidelicet illi quos **cbRGOvek** nominaui:

codex Perusinus C. 53 (= **c**), codicum huius stirpis quos noui antiquissimus, anno MDCCCXCIX in monasterio Sancti Petri Perusiae exaratus, olim Francisci Maturantii;

codex Vaticanus Barberinianus latinus 84 (= **b**), saeculi quinti decimi, in quo pro lectione prima erasa altera ex familia φ deriuata aliquando subtilissime substituta est;

codex Vaticanus latinus 3381 (= **R**), saeculi quinti decimi;

codex Perusinus G. 1 (= **G**), saeculi quinti decimi, eodem loco quo MS. C. 53 exaratus, et olim eiusdem Francisci Maturantii;

codex Bodleianus Canonicianus class. lat. 75 (= **O**), saeculi quinti decimi;


codex Vindobonensis 3118 (= **v**), saeculi quinti decimi;

codex Escurialensis MS. h. II. 8 (= **e**), anno 1459 exaratus;

codex Parisianus 8064 (= **k**), saeculi quinti decimi,

quo (sub siglo **Pb**) multis cum erroribus Ricardus Jahnke usus est.

de cognatione quae inter hos codices stirpis ψ intercedat in Prolegomenis pp. 55–59 scripsi, ubi stemma codicum



proposui. codices **bR** artissime esse cognatos e lectionibus

I 12–14 posset] posse et; I 663–664 accipit] accepit; II 342–343 causam] caput b[ac]**R**; II 415–420 *inser.* si ... esse, tam] iam intro; III 511–512 tenere] tenore; III 684–685 na(n)ctusque] nā iupr̄; III 689 GENIALIA] GENITALIA; IV 59 institutum] insti(*uel* -ci-)tum; IV 289–290 lampon] λαμπρόν; IV 570 zetum (*uel* ce-) et] earum; IV 737 cassiopan] -a; V 120–122 uel (Harpalyce)] et; VI 1–3 *inser.* NVNTIA ... GRADV; VI 111 domus] dominus; VI 362 uiuam] -a; VII 165–167 disrambus] dithyrambus; VII 340–342 aut (*pro* ad (auxilium))] in, cethesi (*pro* Cephisi)] cephesi(i); XII 1–2 *inser.* ASTRA ... inclinauerat

aliisque apparet; codices **GO** ex

I 251–253 *om.* autem aut; I 719–720 luna] -am; II 10 inflixus] inflexus; II 163 accipiamus] -imus; II 166 terrores] -em; II 543 *om.* cuspide ... infirma; III 479–480 loquatur] -itur; IV 429–430 quando] quoniam; V 18 urinomes] -mones; V 62–63 pro adulterio] *om.* pro; V 66–67 se] sed; VII 335–337 pistrim] pristrim; XII 413–414 restinxerat] restri-; XII 419 cinere] -em;

codices **vek** ex

I 261–262 samo] -us; I 370 tempestiuo] tempestuoso; I 419–420 tracie] scithie; I 541–543 *inser.* Iasus; I 549 garcara] carcaros; II 85–86 indigena] ogyge rege; II 265–267 accideret] -it; II 373–374 *inser.* inquit; III 39 septa pilos] heptapolis v^{ac}**ek**; III 352–353 praecesserunt] pro-; III 358 locus] -i; III 478–479 anchemoriam] -a; III 485–486 Pythagorae, pauonis, Homeri, Ennii poetae] -am, -em, -um, -ium -am; III 559–561 sanitate] sanctitate, inicia (*pro* uitia)] inuitia; III 684–685 na(n)ctusque] manentemque; III 693–694 *inser.* h.q.a.u.t. (*om.* q. **e**); IV 106–107 palaestri] -ae; IV 156 possit] -et; IV 179 pilo] pylon; IV 183 Musae ... nuncupatae] -as ... -as; IV 224 tusculum] tuscorum; IV 275 coactis, ire] coacti, irent; IV 306–308 delectatione] consultatione, aduersus] auersus; IV 360–362 ciuitates] -is; IV 458–460 natę acheronte] acheronte natę; IV 516–517 dum non] nondum; IV 557–560 draconum] -is; IV 570 cetum] zethum; IV 589 confixerat] confinx-; IV 599–602 esset] abesset **vek**^{ac}; IV 737 creauerat] procre-; IV 749–751 *inser.* in; V 1 ilico] iliaco; V 122 necessarię] -o; V 145 quas] quae; V 277 uidens] uides; V 561 *inser.* ex; VI 27 idcirco] ideo; VI 290–291 perfecit] pro-; VI 358 perierunt] -ere; VI 770 REICIT] REIECIT; VII 255–257 defodiri] defodi; VII 267–268 archadam] -em; VII 310 *inser.* est; VII 542 seponuntur] de-; VIII 63 *inser.* est; VIII 155–156 *om.* aegra; VIII 194 augurii (*pro* -um)] auguris; VIII 436–437 cruore] sanguine; VIII 666–667 inexpletus] inexplebilis; IX 148–150 assumpserat] ab-; IX 301 redit] redibit; IX 446 dentibus[1]] dentes; IX 517–519 inoblato] illato; X 197–198 poenam] -a; X 252 indicere] -ducere; X 493 *om.* esse; X 497 TAYETI] TAYGETI; XI 45 agile] agylleo; XII 131 ISMIACO] ISTHMIACO; XII 310–311 FVLGVRQVE] FVLGORQVE;

XII 413–414 restinxerat] -ant; XII 464 actis] -e; XII 480 progne] -es; XII 782 strepitum] -u.

codex **c** contra codices **bRGOvek** in

III 413 immitibus] hinnitibus **bRG(O)vek**; IV 226 quod (*pro* cum^{1})] pro; IV 599–602 heruico (**cO**)] hernico **bRGvek**; VI 800–801 casteriam] -inam **bR(G)Ovek**; VIII 63 totidem^{2} *suppl.* (**QF**)**c**; IX 769 Laconicae] -ię **bRGOv(e)k**; X 924 philosophi] ph̄i **bRGOvek**

lectionem traditam praebet, et codices **GOvek** in erroribus in

IV 126–127 declamauit] declinauit; IV 464 SANGVINEM] -E; IV 550–551 restituisset] restitueret; VII 542 obsequendo] sequendo; IX 184–185 LACESCERE] LACESSERE; 807 de uiuo (*pro* deuia)] deuio **GOve** (de uino **k**),

necnon locis quibusdam in quibus **cbR** lectionem stirpis **ψ** a **GOvek** mutatam proferunt, inter quos sunt

VIII 168 metaphoram] -a **cbR**; VIII 232–233 ad *inser.* **cbR**; IX 307 quam] quem **cbR**; XI 391 euentum] aduentum **cbR**,

consentiunt, codices **ek** in

IV 43 tridente] -em; IV 263–264 fuerit] fuit; IV 468–470 refrigantur] refring-; VI 764 cestuum] cestuque; VII 139 festinantur] -er; VII 171 scabillum] stabulum; X 601 menecei] -thei.

Codex **b** lectiones in manu prima uel altera quasdam e familia **φ** deriuatas uel supra rasuram uel inter lineas scriptas profert, inter quas sunt

I 358–359 faͤcereͣs (faceres **Qψ**, feceras **φ**); I 500 dixit *inser. superscr.* (**Fp**, *om.* **π**); I 586 communis (**Fp**), *ex* -i (**Q**); III 121 *om.* aut Sphingos … scopulos **ψ**, *suppl.* **b**^{2}(**A**^{2}**Fp**); III 559–561 ał atque **b**^{2} (eque (ignauia) **MmAψ**, atque **fQFp**) plurimae aliae;

quasdam et quae e codice **m**, ut uidetur, deriuatae sunt, inter quas sunt

I 219–222 climen$\overset{s}{e}$ (-e **π**, -es **fm**); I 584–585 arbutei, lignei **b**^{pc} *cum* **fE**^{1}**mBK**, -eis *bis* **Mπ**; I 688–689 ał notis **b**^{2} *cum* **fE**^{1}**mBK**, uocis **Mπ**; II *arg.* ał cum minis **b**^{2} *cum* **M**^{ac}**fmHK**, communis **M**^{pc}**π**; II 32 facies **b**^{2} *cum* **m**^{pc}**O**^{pc}, acies **ω**; II 58 polis ortum **b**^{pc} *cum* **E**^{1}**mHK** *ex* poli sortem **Mfπ**; II 179–181 Sicyon, *inser. superscr.*, *om.* **fπ**; II 339–340 sincresis] ał syncoresis **b**^{2} *cum* **m**; II 595–596 cum Ioue **b**^{pc} (**BVπ** contra Iouem); III 34–35 Titanis filium *suppl.* **b**^{2}, *om.* **BQFpψ**, *del.* **A**; IV 51–52 Stagilla] Langia **b**^{pc} *cum* **M**^{pc}**m** (*sed* STAGILLA] langia **b**^{pc} *cum* **M**^{pc}**F**, langilla **p**); VII 247–250 qui **b**, *om.* **fπ**, fortasse aliae (sed cf. II 150 nam *supra rasuram cum* **M**^{pc}**f**(**O**^{pc}*?*), non **M**^{ac}**mBKπ**).

Sunt et aliae in codicibus stirpis **π** lectiones quae uel e codice stirpis uetustioris uel e parte eiusdem stirpis altera forsitan deriuatae sint. quae cognatio inter has lectiones intercedat, praesertim **A**^{2}**O**^{2} et quasdam in codice **Q** prolatas, et codices qui supersint manu scriptos necnon impressos, ualde incertum est: de qua re magis inuestiganda uiderint alii.

Sunt et fragmenta quaedam, minimi momenti et incertae stirpis, ex quibus lectiones quasdam excepi:

codex Florentinus Mediceus Laurentianus Strozzi 130, saeculi tertii decimi, qui Thebaida et Achilleida continet, habet in marginibus Thebaidos commentum Lactantii Placidi in I 31–380 *(= fr. Strozzianum)*, maximam partem admodum mutatum. quod fragmentum cum **π** cognatum lectiones I 32 PIERIO Musico I 45 grauioraque … Capaneus **π** *fr. Strozziani* non alibi inuentae, I 45 Astynomeae] astimone **π** *fr. Strozziani,* aliaeque demonstrant;

codex Bibliothecae Ciuium Bernensis, MS. A 91, fr. 6, saeculi decimi uel undecimi, ex uno folio consistit, quod mutilatum ac maculatum Lactantii Placidi fragmentum *(= fr. Bernense)* I 446–509 (quod in fragmento post 514 sequitur) 518–608 620 (ut uidetur) – II *argumentum* usque ad uerba *pollicitatio adrasti filias suas* continet, quod fragmentum cum **π** cognatum esse e lectionibus

I 546–547 ueri] om. π *fr. Bernensis*; I 653 id *inser.* π *fr. Bernensis*; I 689–690 aut] hoc π *fr. Bernensis*; I 699 puleium] poleium π *fr. Bernensis*; I 704–705 cesserunt] -re π *fr. Bernensis*; I 718 Persae ab Achaemene] persea bachemone π, perse ab achemone *fr. Bernensis*; I 719–720 lunae] luna π *fr. Bernensis,* aliisque

satis certum est, non autem a π deriuatum ex

I 459–460 iura *(ubi solum recte)*; I 625 satiatae **M**π, -ti **f**$\mathbf{E}^{1}$**mBK** *fr. Bernensis*; I 649–650 dis quibus ω *(fr. Bernensis),* quibus diis π; I 719–720 *fin.* habentes **H** *fr. Bernensis,* -ens ω

satis apparet;

codex Noui Eboraci Bibliothecae Vniuersitatis Columbianae ex Collectione Plimptoniana MS. 121 *(= fr. Plimptonianum),* saeculi undecimi uel duodecimi, in Gallia fortasse descriptus, ex quattuor foliis consistit, quae Thebaida VIII 375–432 IX 2–60 756–814 cum notis in marginibus et inter lineas ex Lactantio Placido exscriptis continent, cuius fragmenti nihil de cognationibus noui;

codex Leodiensis Bibliothecae Vniuersitariae MS. 386 C, saeculi undecimi, in Gallia septentrionali fortasse descriptus, fragmentum *(= fr. Leodiense)* Thebaidos in uno solo folio continet, cui adest in marginibus et inter lineas commentum Lactantii Placidi in Thebaida X 197–254, de quo fragmento male transcripto a femina docta Odette Bouquiaux-Simon publici iuris facto incertum est, quae cognatio inter hoc fragmentum ceterosque codices intercedat, quod autem cum **S** uel **SV** cognatum esse lectiones X 209–210 ostendi **S** *fr. Leodiensis,* ostendit *ceteri*; X 216–217 uidit *inser.* **SV**, -et *fr. Leodiensis*; X 229 suboles] sob- **fSKQ**ψ *fr. Leodiensis* non impossibile faciunt, sed notandum est e contrario X 204 uiuens **SmV**π, iuuenis **M(f?)**$\mathbf{E}^{2\ \mathit{uel}\ 3}$**K** *fr. Leodiensis* **(bR)vek**;

lectiones, ut asseruit, ex fragmento *(= fr. Bezzolano)* codicis saeculi decimi uel undecimi in tegumento libri in

bibliotheca nescioqua priuata inuento u. d. G. Bezzola in lucem protulit, quod Thebaida XI 307–500 cum notis ex Lactantio Placido in marginibus et inter lineas descriptis continet, quod fragmentum cum codice *S* cognatum esse e lectionibus XI 358 senio non peruenturus] non peruenturus senio **SV** *fr. Bezzolani*; XI 391 euentum] aduentum **Sc bR** *fr. Bezzolani*; XI 455 bellum instaurare] nouare bellum **S** renouare bellum *fr. Bezzolani* pro certo habeo;

fragmentum in codice M.p.th.q. 17 Bibliothecae Vniuersitariae Herbipolitanae, saeculi undecimi, quod I 235–250 314–324 continet (= *fr. Thurnianum*), de quo u. d. Hans Thurn primus in bibliothecae catalogo mentionem fecit, in imaginibus phototypicis quos mihi humanissime transmisit inspexi, sed unam lectionem ad I 239–249 inuentam solam ex eo adduxi.

(Lectiones e codicibus Lipsiensi Bibliothecae Vniuersitariae MS. Rep. I 12a, saeculi decimi, qui fragmentum tantum (= *fr. Lipsiense*) Lactantii Placidi in uersus IV 352–753 in marginibus et inter lineas Thebaidos continet, atque Montepessulano in Bibliotheca Facultatis Medicinae MS. H. 62, f. 310 (= *fr. Montepessulano*), saeculi decimi, qui Thebaida XI 409–587 cum notis ex Lactantio Placido inter lineas descriptis continet, quos non nisi per imagines phototypicos lectu difficiles inspicere potui, non hic profero, neque de cognatione quae inter hos ceterosque codices intercedat certum est).

Editionem principem Boninus Mombritius orator publicus Mediolanensis anno fere (de hac re dissentiunt peritiores) MCDLXXVIII Mediolani in lucem protulit. textum e codice uel codicibus stirpis π deriuatum ipse suo ingenio multis in locis correxit; utrum codicem stirpis uetustioris sibi auxilio habuerit necne, non liquet.

Post Mombritium proximus Fredericus Lindenbrog alias Tiliobroga Parisiis anno MDC edidit. textu recepto

editionis Venetae MCDXC usus est, quae e Mombritio, quibusdam tantum locis minimi momenti correctis, sicut Romana MCDLXXX Venetae MCDLXXXIII MCDXCIV MCDXCVIII, deriuata erat, ut ipse in Prolegomenis, una cum stemmate (p. 67) quod non esse dissimile ueri credo, demonstraui. cui praeterea ad textum constituendum duo codices auxilio fuerunt, alter ab eo Regius nominatus, familiae φ uulgatae cognatus, nullo autem modo idem qui codex **k**, ut in Prolegomenis p. 53 n. 1 demonstraui, alter Pithoeanus (= t), qui e uetustioribus deriuatus, e stirpe π contaminatus, uel uice uersa, esse uidetur, sed incertum est, quomodo aliis uetustioribus sit cognatus: uide autem lectiones in quibus cum uetustioribus **Mfm** congruit, scilicet

I 356 licorionis **mBt**; I 402–403 Thoasa altem **mKt**; II 58 poli sortem **Mftπ**; II 220 furtis fauentibus **Mfm²t**; III 302–303 quidam **ft** (-em **M**); III 603 quasi **MfE¹BKtV**; IV 838 tebenos **M** (f?)**t**; V 213–215 transigeret **Kt** (-et(ur?) **m**); V 335–337 hiulci **MfE¹mt**; V 432 letum **M**^ac^**fmt**; V 446–448 inanem **Mfmt**; V 531–533 amota **MfE¹mtV**; V 641 imminutę **fmt**; VI 337–338 scalpsit (produxit **Vπ**), exercere **Mf**^pc^**t**; VI 346–350 dissimili **Mfmt**; VI 367 anis **ft**; VII 255–257 diffodiri **fmt**; IX 650 lati **t** (leti **Mf**), labdaci π; IX 689 cuniata **ft**; X 290–291 uictima **Mmt**.

in qua editione primus nesciocuius in Achilleida commentum Lindenbrog recensuit, unde quidam crediderunt incautiores eum et Lactantium Placidum primum edidisse.

Post annos CCXCVIII ludi quidam magister, Ricardus Jahnke, officiis impeditus, textum recensuit et iuris publici fecit. quanto codicibus **M** optimo **pk** stirpis π pessimis usus est, textumque editionis Tiliobrogianae, immo Mombritianae correctae, receptum non pro fundamento sed pro teste habuit, tanto de Lactantio bene meritus est;

quanto autem codices omnes sibi notos non inuestigauit neque lectiones codicum quos contulit satis accurate protulit ut eis credere lector quamuis credulus possit neque in scholiis recensendis rationem habuit ullam, tanto non falso iudicauit uir doctissimus Alfredus Klotz utramque editionem, Jahnkianam et Tiliobrogianam, eiusdem esse momenti. post editionem autem pessimam publici iuris factam scripserunt de Lactantio doctiores, inter quos erant Wilamowitz ipse et, facile princeps, Alfredus Klotz, qui primus clausulis inuestigandis instrumentum ad textum corrigendum omnium utilissimum excogitauit.

Mihi recensenti in hac editione hoc maximi momenti habui, de codicum lectionibus lectores doctos certiores facere, deinde per traditionis historiam atque rationem, quomodo inter se codices cognati sint, erroribus codicum comparatis, archetypum ω recreare, disiectas denique scholiorum partes in ordinem restituere, lemmata quae scholiis adiecta sint postquam illa prisca omissa essent pro uirili parte ad sensum restaurare, interpolata delere, corrupta corrigere.

Traditione cognita, sescentos fere locos in editione Jahnkiana sine auctoritate uel interpolatos uel contra traditionem conscriptos reieci uel mutaui. de scholiis sententiisque quae post ω in codices singulos, uel π (sicut I 32 PIERIO Musico ac permulta alia) uel quemuis uetustiorem interpolata sunt non notitiam feci qui hic magis opus esse credidi, textum apparatumque iactu exonerare. si quis haec disiecta ueterum paene semper doctorum fragmenta legere uelit, sunt qui de his scripserint. quae si in plus quam uno codice uetustiore inueniuntur in apparatu inclusi. notandum est quoque me ea praeterisse tacitum, paucissimis exceptis, quae saepissime Jahnke perperam in codicibus legit uel a textu recepto deriuauit.

Textum, quem minus opus est edere quam ei mederi, uel

potius, sicut Hippolytum in Senecae Phaedra, si ita dicam, redintegrare, primus, ut uidetur, perlegi ut ordinem scholiorum et partium scholiorum disiectarum in codicibus nostris maxime confusum restituerem. lemmata quae, ut nobis tradita, (in qua re codices **Mfπ** soli testes sunt ueraces), nec prisca sunt nec quicquam habent auctoritatis, conatus sum ita facere ut significationi ipsi congruant et additamenta quae lemmatibus in codice **M** traditis feci per parentheses distinxi. eadem forsitan scripserim (nec potest fieri ut in tali re duo homines in omnibus consentiant) quae Lactantius; si non, quoad potui nihilominus egi ne conatui desim.

Quaedam scholia suppositicia aliquando e glossis et lectorum adnotationibus non dubito quin inrepserint, sed uestigia restant, quibus potest fieri ut scholia certe addita detegamus: quibusdam in locis, credo, successi. sunt sine dubio alia: num quis plurima alia inuenire possit, dubito. in coniecturis faciendis admittendisque unam solam regulam sum secutus, utrum quod continuit archetypus rem ipsam expresserit necne. satis, non nimis, coniecturas facere sum conatus, neque uiolentissimam si qua simplex sufficiat. illas autem diagnosticas, quae uocantur, nusquam facere sum dedignatus, credens me de ueritate, si locum dubium in disceptationem quaestionemque uocaui, bene mereri. auctores quos sine dubio maximam partem e memoria Lactantius noster citauit eisdem uerbis quae in codicibus inueniuntur his paginis rettuli, nisi iudicaui non posse fieri ut a Lactantio ipso scripta sint; uix credibile est, exempli gratia, uersum heroicum contra metrum scriptum, quorum uerba ut corrupta facile explicare possimus, Lactantio ipsi uiro docto esse adscribendum. praecepti certissimi, auctorem nostrum non semper idem necessarie scripsisse, cum, exempli gratia, et *Teumesus* et *Teumeson, Amazones* et *Amazonae* aeque Latina sint, non

sum oblitus, neque me fugit quibusdam in locis ex natura Latinitatis tempore Lactantii Placidi incertissimum esse, utrum corrigendi sint necne. quibus in locis iudicio meo usus sum.

De ratione quam in rebus orthographicis secutus sum hic pauca exponam. litteras quas scribae Medii Aeui non fere distinxerunt uel saepissime confuderunt non notaui, quomodo in codicibus forte inuenirentur, inter quas *e/ae/oe*, *i/y*, *f/ph*, *ti/ci*, litteras errore duplicatas aut semel scriptas, litteram *h* omissam aut insertam, litteram *p* inter *m* et *t* uel *s* omissam, litteram *m* uel *n* ante *q* scriptam, necnon uerba male coniuncta aut diuisa, aduerbia quae uulgo praepositiones falso nominantur ad consonantes sequentes adsimilata aut non adsimilata, similia, numeraui. simili modo uerba quaedam frequenter in codicibus sine ulla ratione corrupta uel uariis modis scripta ad scribarum tantum uoluntatem neque hic neque alibi laudanda credo, ne a quisquiliis apparatus grauetur, scilicet uerba *Harmonia/Hermione Atalanta/Atlas* saepissime inter se confusa, uerba *Hypsipyle Peloponnesus Tiresias promuntorium* quae uariis modis deformantur, uerba *genetrix Vergilius* (et *-ane*) *Boeotia intellegere adolescens haud inquit nihil quicquid pennis eleganter nunquam publicus iucunde* (et similia) quae saepius uel ubicumque *genitrix uirgilius* (et *-ane*) *boetia intelligere adulescens haut inquid nichil quidquid pinnis eliganter numquam puplicus iocunde* (et similia) et *Lycurgus* quod ubicumque cum littera *g* pro *c* inueniuntur. quas regulas autem moneo me quibusdam in locis uiolauisse, ubi uel uerba, sicut, exempli gratia, *subit* a *subiit*, uere distinguenda sint uel quauis e causa potius exceptionem facere quam regulam quasi caecus sequi maluerim.

Quis in testimoniis constituendis, cui eius quod scripserit uir doctissimus Eduardus Fraenkel in mentem ueniat, sit securus? ex libris Seruii Hygini mythographorum

qui dicuntur Vaticanorum Isidori, scholiis uel commentis quae in alios poetas Romanos conscripta sunt, glossariis, fontibus aliis qui in quibusdam locis ad rem pertinere uidentur, plurima coaceruaui: in re autem tam lubrica me scio sine dubio non solum per errorem uel iudicium de rebus includendis et excludendis malum sed etiam per ignorantiam saepius lapsum. errata atque omissa, si de eis certiorem uiri docti me facient, omnia ad editionem alteram perficiendam aut editorum, si fas sit dicere, futurorum in usum animo gratissimo colligam. cauendum sit quoque lectori beneuolentissimo, testimoniis sine indice nominum atque rerum quo hanc editionem instruxi locupletissimo non esse utendum.

Impensarum huius operis immensarum aliquas particulas mihi suppeditauerunt Collegium Dartmuthense et Vniuersitates Vanderbilta (sic), quae ad codices aestate anni MCMLXXVII inspiciendos mihi fuit auxilio, et Cincinnatensis, quae uniuersitates ad rem dactylographicam partim perficiendam uires et pecuniam suppleuerunt, et Fundatio Iohannis Simonis Guggenheim in memoriam instituta, quae me ad alias res inuestigandas pecunia donauit, quo tempore otiosus hanc quoque operam persequi potui. auxilium denique quod mihi ad Prolegomena perficienda praebuerunt fundationes, haec Woodrow Wilson in memoriam, illa ad bibliothecam classicam Loebianam fouendam institutae, tacitus praeterire non possum. gratias quantas eis qui seminariis classicis uniuersitatum Vanderbiltae et Cincinnatensis praesidebant uu. dd. Francisco Carter Philips iuniori et Getzel Mendelson Cohen debeam nos soli nouimus.

Quot bibliothecas uiderim, quot mihi imagines phototypicos suppeditauerint, si quis has paginas inspiciat aestimare potest. quibus, et eis aliis quorum in praefatione Prolegomenis adiecta mentionem feci, gratiae uix suffi-

ciant: quibus bibliothecis bibliothecariisque nunc bibliothecae Vniuersitatis meae almae Meridianae atque Vniuersitatis Minnesotanae, denique et praecipue illi bibliothecariorum principes Michael Ludouicus Braunlin et Jean Susorney Wellington Vniuersitatis Cincinnatensis sunt addendi, qui in ultimis huius operis correctionibus mihi auxilio perutili fuerunt.

In re dactylographica peritissimi me adiuuerunt Sonia Wiesmeyer, seminarii classici Vniuersitatis Vanderbiltae amanuensis patientissima atque beneuolentissima, u. d. Georgius Eduardus Gaffney iunior, discipulus accuratissimus amanuensis perfectissimus amicus fidelissimus, in ultimis Marilyn Schwiers, non minus patiens et efficax, quae ad finem hunc laborem paene pertulit, et Michael Lennon, omnium rei philologicae in Vniuersitate Cincinnatensi studiosorum facile princeps, qui compluria uerba Graeca mihi dactylographice gratis expressit.

Praeceptori meo (ut uerbo Lactantiano utar) Wendell Vernon Clausen, qui hoc opus mihi proposuit atque multis modis ei fauit, neque minus manibus u. d. Iohannis Petersonii Elder, qui primos meos in re critica passus liberalissime direxerunt, uiris denique doctis Roberto Renehan de Vniuersitate Californiensi in urbe Sanctae Barbarae constituta Stephano Van Fleet Waite olim Dartmuthensi, nunc quoque in sole Californiae habitatori, Vdalrico Schindel Gottingensi Donaldo Hill olim Cardissensi, nunc Noui Castri super Tynam docenti, qui animaduersiones in textum meum quae his paginis ornatui sunt mecum per litteras amicissime communicauerunt, gratias ago maximas.

Adolescens hoc opus primum suscepi ac iuuentutem uires spes opesque meas in hoc opere consumpsi; codices multum multosque inspexi; leges denique rationesque scribarum intellegere ac scribas ipsos quasi amicos co-

gnouisse sum conatus. quo opere confecto credo uix ullum esse qui textum cuiusuis auctoris Latini magis mutauerit. quod si cui displiceat, confusionem priscam in apparatu exquirat ac melius fecerit doctior: quantum in hac re faciendum restet ac mille modi erroris nullo modo me fugerunt. qua cum ualedictione hunc librum facio publici iuris: uos, lectores, si qui futuri sitis, ualete et plaudite.

Cincinnati — Robertus Dale Sweeney

a. d. MCMCX
a. V. c. MMDCCXLIII
anno Germaniae redintegratae

CONSPECTVS LIBRORVM AVCTORVMQVE

Lactantium Placidum tractantium uel qui in apparatu critico laudantur

EDITIONES

Editiones ueteres (praeter editiones et commentarios in Statium ipsum):

editio Mombritiana 1478 (?) quam Boninus Mombritius recensuit et Mediolani Philippus de Lauagna forsitan ad prelum commiserit
editio Romana 1480 (?) a nescioquo typis exscripta
editio Veneta 1483 ab Octauiano Scoto ad prelum commissa
editio Veneta 1490 a Iacobo de Paganinis Brixiensi ad prelum commissa
editio Veneta 1494 a Bartholomaeo de Zanis ad prelum commissa
editio Veneta 1498 (iterumque 1508) a Iohanne Petro de Quarengis formis descripta
editio Tiliobrogiana 1600, una cum editione commenti in Achilleida principe (in editionibus Statii cum commentariis uel tota uel partim inclusa, quas ediderunt uu. dd. Emericus Cruceus Parisiis 1618 Iohannes Veenhusen Lugduni Batauorum 1671 A. J. Valpy Londini 1824 J. A. Amar et N. E. Lemaire Parisiis 1825–1830 Fredericus Duebner Lipsiae 1837), Parisiis quam Fredericus Lindenbrog alias Tiliobroga recensuit
(notandum est quoque quasdam lectiones quas Schottky D'Orville Kohlmann Jahnke proferunt Tiliobrogae attributas e notis quas manu sua in marginibus editionis suae

olim apud bibliothecam Hamburgensem, nunc destructae, ab eis excerptas esse)

editio Barthiana 1664 Cygneae quae commentarios quos confecit Casparus Barthius continet, inter quos lectiones ex Lactantio Placido et commento in Achilleida inueniuntur,

et editiones recentiores, quas curauerunt

Philipp Kohlmann 1887 Prog. Emdeni, quae III 1–323 continet

Richard Jahnke 1898 Lipsiae in Bibliotheca Teubneriana
(de qua uide quae scripserunt uu. dd.
anonymus in Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik XI (1898), 296
anonymus in Literarisches Centralblatt 1899, 346–347
Rudolf Helm in Berliner philologische Wochenschrift XIX (1899), 425–428
P. Lejay in Revue critique d'histoire et de la littérature I (1900), 448
Luigi Valmaggi in Bollettino di filologia classica VI (1899–1900), 83–84
Ulrich von Wilamowitz-Moellendorff. Lesefrüchte. In Hermes XXXIII (1899), 601–606
A. S. Wilkins in Classical Review XIII (1899), 64–65
Julius Ziehen in Deutsche Literaturzeitung XIX (1898), 1915–1916)
(notandum est quoque copiis Kohlmanni usum esse Jahnke, unde possit fieri ut coniecturas quas uel ipse tacitus introducit uel aliis tribuit neque ipse excogitauerit neque ab auctoribus acceperit, sed in schedis Kohlmanni inuenerit)

Robert Dale Sweeney in Prolegomena to an Edition of the Scholia to Statius, Diss. Harvardiana 1965 atque iterum in Mnemosyne, Supplemento VIII, Lugduni Batauorum 1969 quae (pp. 99–110) III 205–386 continent.
(de qua uide quae scripserunt uu. dd.
Edward Courtney in Classical Review XX (1970), 197–198
Daniel Knecht in L'Antiquité Classique XXXIX (1970), 621–622
Scevola Mariotti in Rivista di filologia ed instruzione classica XCVIII (1970), 224–227

Ulrich Schindel in Gnomon XLV (1973), 249–258
Gareth Schmeling in Classical World LXIII (1969), 29–30).

Passim citantur lectiones ex editionibus Thebaidos quas ediderunt

Johannes Bernartius, Antuerpiae 1595 (ad IX 881–882)
H. W. Garrod, Oxoniae 1906 (ad I 572)
Donald E. Hill, Lugduni Batauorum 1983 (ad I 704–705)
Alfred Klotz, Lipsiae 1908 (ad X 834)
Otto Müller, Lipsiae 1870, I–VI (ad IV 45)

uel ex editionibus in libros singulos commentatis quas ediderunt

Franco Caviglia, in librum I, Romae 1973
Herman Heuvel, in librum I, Zutphaniae 1932
H. M. Mulder, in librum II, Groningae 1954
Paola Venini, in librum XI, Florentiae 1970
R. D. Williams, in librum X, Lugduni Batauorum 1972.

Viri docti sunt qui coniecturas non iuris publici fecerunt uel quorum coniecturas nusquam inueni:

qui in editione Jahnkiana laudantur

anonymus Heidelbergensis ad VII 327 X 52–53 schol. Achill. I 386–387; cf. Prolegomena p. 115
Bentley: Richard ad XII 634; cf. Prolegomena pp. 115–116, et nota bene hanc lectionem in libro cuius Courtney in opusculo supra laudato mentionem facit, ut ipse meis oculis certior factus sum, nusquam adesse
Geuartius: Casperius Geuartius ad IX 600
Grotius: Hugo Grotius ad I 37 554–555 IV 516–517 570 VIII 744 X 890–891 XI 579 671; cf. Prolegomena p. 115
R. Klotz: Richard Klotz ad II 195–197 VII 70 165–167 IX 900 X arg. XI 682–683 schol. Achill. I 43 238
Kohlmann: Philipp Kohlmann, cuius coniecturas ad I 171–173 570 II arg. 332–334 543 728–731 733–734 III 44 461 507 605 645 IV 179 570 639 V 529–530 VI 650 XII 617 in editione Jahnkiana laudatas nusquam alibi inueni

Menkius: Friedrich Menke ad IX 491 schol. Achill. I 65 91; cf. Prolegomena p. 116
Vsener: Hermann Usener ad II 737–738
Vollmer: Friedrich Vollmer ad II 350–351 446 III 454–455 684–685 IV 104–105 306–308 599–602 V 62–63 132–134 142 204–205 419 513–514 VII 29–30 515 VIII arg. X 17–18 schol. Achill. I 187;

qui in editiuncula Kohlmanniana laudatur

Vnger apud Kohlmann: Robert August Unger, qui coniecturas ad III 52 (quam parum mutauit Kohlmann) 141 144 191–193 194 295 cum Kohlmanno ipse communicauit;

quem ipse primus in lucem protuli

D'Orville: Jacques Philippe d'Orville, cuius lectiones ad complures locos Oxoniae in MS. D'Orville 327 (= Auct. X.2.2.7) Bibliothecae Bodleianae inueni (inter quas sunt lectiones quaedam Lindenbrogio attributae);

qui mihi lectiones uel animaduersiones suas suggesserunt

Dillon: John B. Dillon iunior ad I 719–720
Elder: John Peterson Elder ad III 205–206
Gaffney: George Edward Gaffney iunior ad IV 576 V 445–446
Hill, Donald E. (nullo loco emendato)
Schindel: Ulrich Schindel, qui praeter suas in editionem meam animaduersiones quas supra memoraui alias ad librum primum mecum per litteras communicauit.

Viri docti sunt qui suas animaduersiones in lucem emiserunt:

Bode, Georg Heinrich. Scriptores rerum mythicarum latini tres Romae nuper reperti, 2 uoll., Cellis 1834
Breese, Johann. De scholiis Statianis quae Lactantii Placidi nomine feruntur quaestiones selectae. Diss. dactylographica Gryphiswaldensis 1919, cuius nunc maxima pars tam male conseruata est, ut legere non potuerim (cf. Lammert infra)

Brugnoli, Giorgio. In Enciclopedia Virgiliana III (1987), 138–139, s. u. Lattanzio Placido (non citatum)

——. Identikit di Lattanzio Placido. Studi sulla scoliastica staziana. Testi e studi di cultura classica N° 3, Pisa 1988 (cf. quoque quae de hoc opere scripserunt Maria de Marco, in Invigilata Lucernis X (1988), 349 et Antonella Perelli, in Giornale Italiano di Filologia XLI (1989), 105–110)

François, J. Les scolies de Stace. Thes. lic. chirographica Leodii 1936 (libellus ingeniosus neque neglegendus, praesertim de re religiosa philosophicaque, quem perperam in Prolegomenis p. 118 parui pependi)

A. Klotz: Klotz, Alfred. Die Statiusscholien. In Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik XV (1908), 485–525

Kohlmann 1874: Kohlmann, Philipp. Beiträge zur Kritik des Statiusscholiasten. In Philologus XXXIII (1874), 128–138

Munckerus, Thomas. Mythographi Latini ..., 2 uoll. in 1, Amstelodami 1681

Rose, Herbert Jennings. Hygini Fabulae². Lugduni Batauorum 1963, pp. 182–188

Schottky, Hermann. De pretio Lactantiani commentarii in Statii Thebaida et de nomine, philosophia, et aetate commentatoris. Diss. Vratislauiae 1846

Vnger 1864: Unger, Robert. Electa e Lactantii in Statii Thebaidem commentariis ad codicum fidem recognitis. Prog. Friedlandiae 1864

van de Woestijne: van de Woestijne, Paul. Marginalien bij Lactantius Placidus. In L'Antiquité Classique, N.S. XVII (1948), 573–584

van de Woestijne 1950: ——. Les scolies à la Thébaïde de Stace. Remarques et suggestions. In L'Antiquité Classique N.S. XIX (1950), 149–163

Varjás, István. Kritikai adalékok a Statius Thebaisához irt scholionokhoz. In Egyetemes philologiai közlöny XVII (1893), 651–663, 727–745 (quod permultas coniecturas, maximam partem optimas, continet)

Wölfflin, Eduard. Zu den Statiusscholien. In Philologus XXIV (1866), 156–158

necnon qui de codicibus singulis scripserunt

Bezzola, G. Un frammento di codice della Tebaide di Stazio. In Athenaeum XVIII (1940), 51–53

Bouquiaux-Simon, Odette. Un manuscrit de Stace à la Bibliothèque de l'Université de Liège (Thébaïde X, 197–254). In Latomus XXI (1962), 839–847

Burnam, John M. The Placidus Commentary on Statius. University of Cincinnati Bulletin No. 3, Cincinnati 1901 (de Parisino lat. 10317)

Crecelius, Wilhelm. Ein Düsseldorfer Statiusfragment. In Rheinisches Museum XXXIII (1877), 632–636

Deycks, Ferdinand. Statii codicis Thebaidos egregii aliquot fragmenta accuratius examinata. In Index lectionum hibernarum Monasteriensium 1865–6. Monasterii 1865, pp. 4–14

Funaioli, Gino. Da un codice di Valenciennes. In Studi italiani di filologia classica XXI (1915), 1–73 (= Esegesi virgiliana antica, Mediolani 1930, 444–508)

Kohlmann 1873: Kohlmann, Philipp. Neue Scholien zur Thebais des Statius, aus einer Pariser Handschrift herausgegeben. Prog. Posnaniae 1873

Munk Olsen, Birger. L'Étude des auteurs classiques latins aux XIe et XIIe siècles. Tome II: Catalogues des manuscrits classiques latins copiés de IXe au XIIe siècle, Parisiis 1985, pp. 521–567 passim (de Statii codicibus)

Schmitz, Hermann. Ein Düsseldorfer Statiusfragment. In Rheinisches Museum XXI (1866), 438–443

van de Woestijne 1940: van de Woestijne, Paul. Le Codex Valentinianus 394 de Lactantius Placidus. In Revue belge de philologie et d'histoire XIX (1940), 37–63

Weber, Karl Friedrich. De codice Statii Cassellano. Prog. Marpurgi 1853;

qui de fontibus et testimoniis scripserunt

Baehrens, Willem Adolf. Studia Serviana ad litteras Graecas pertinentia, Gandaui 1917 (cf. Wessner[3] pp. 233–234)

Bieber, Ernst. Hygini fabularum supplementum. Diss. Marpurgi, Lipsiae 1904 (praesertim pp. 5–9; cf. quod in Prolegomenis p. 53 n. 1 scripsi)

Bretzigheimer, Franz. Studien zu Lactantius Placidus und dem

Verfasser der Narrationes fabularum Ovidianarum. Diss. Herbipoli 1937

Fraenkel, Eduard. In recensione uol. II editionis Seruii Harvardianae, ed. E. K. Rand et al., Lancastriae Pennsyluaniensi 1946, in Journal of Roman Studies XXXVIII (1948) 131–143 XXXIX (1949) 145–154

Keseling, Ferdinand. De Mythographi Vaticani secundi fontibus. Diss. Halis Saxonum 1908

Philipp, Hans. Die historisch-geographischen Quellen in den Etymologiae des Isidorus von Sevilla I. Quellen und Forschungen zur alten Geschichte und Geographie XXV, Berolini 1912, pp. 61–65

Raschke, Robert. De Alberico Mythologo, Breslauer philologische Abhandlungen XLV, Vratislauiae 1913

Schulz, Richard. De Mythographi Vaticani primi fontibus. Diss. Halis Saxonum 1905, praesertim pp. 37–46

(Spillemaeckers, Ed. Bijdrage tot de bronnenstudie van Thebaïs-scholiën van Lactantius Placidus. Thes. lic. Gandaui 1936, de qua in Prolegomenis p. 120 mentionem feci, quam esse perditam a bibliothecario Vniuersitatis certior sum factus)

Thompson, Alexander Mackenzie. De ratione quae inter scholiastam in Statii Thebaida et Hyginum mythographum intercedat. Diss. chirographica Harvardiana 1907

qui de eis, qui de scholiis Statianis scripserunt, compendiose scripserunt

Lammert, Friedrich. Literatur zu den Statiusscholien, 1921–1925. In Jahresbericht über die Fortschritte der klassischen Altertumswissenschaft (= J.A.W.) CCXXXI (1931), 93–95 (de Breese q. u. supra)

Wessner[1]: Wessner, Paul. In J.A.W. CXIII (1902), 213–214

Wessner[2]: ——. In J.A.W. CXXXIX (1908), 186–189

Wessner[3]: ——. In J.A.W. CLXXXVIII (1921), 228–234;

qui de locis singulis scripserunt (inter quos, lectorum in usum, omnes auctores de quibus supra mentionem feci inclusi)

Aly, Wolf. In RE VIII A 1705, 38 s. u. Tydeus (de II 113)

Amar cf. editiones ueteres (Lindenbrog)

anonymus (A.L.L.G.) cf. editiones recentiores (Jahnke)
anonymus (L.C.) cf. editiones recentiores (Jahnke)
anonymus Heidelbergensis cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur
Baehrens cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt
Barth cf. editiones ueteres
Bentley cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur
Bernartius cf. editiones Thebaidos
Bezzola cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Bickel, Ernst. In Lucas, Hans. Der Vergilkommentar des Carvilius Pictor und die Scholia Danielis. In Rheinisches Museum N.F. LXXXVI (1937), 192 (de IV 481–483)
Bidez, Joseph et Cumont, Franz. Les mages hellénisés, Parisiis 1938 (cf. uol. I 225–238 de IV 516)
Bieber cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt
Bilabel, Friedrich. Die ionische Kolonisation, Philologus Suppl. 14,1, Lipsiae 1921, pp. 84–88 (de III 479)
Birt, Theodor. Zu Senecas Tragödien. In Rheinisches Museum XXXIV (1879), 557 (de IV 530)
Blecher, Georg. De extispicio capita tria. In Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten, Bd. 2, Hft. 4, Giessae 1905, p. 230 (de IV 516–517)
Bode cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Bouquiaux-Simon cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Breese cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Bretzigheimer cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt
Brugnoli, cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Buecheler, Franz. Coniectanea. In Rheinisches Museum LIV (1899), 7–8 (= Kleine Schriften III, Lipsiae et Berolini 1930, pp. 259–260) (de II 85 III 689 V 163 431–432 VIII 1 schol. Achill. I 187)
Burnam cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Campbell, Leroy. Mithraic Iconography and Ideology. Études préliminaires aux religions orientales dans l'Empire Romain XI, Lipsiae 1968, pp. 181 sqq. (de I 717 sqq.)
Caviglia cf. editiones in libros singulos Thebaidos
Courtney cf. editiones recentiores (Sweeney)
Crecelius cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt

Cruceus cf. editiones ueteres (Lindenbrog)
Cumont, Franz. Textes et monuments figurés relatifs aux mystères de Mithra, Bruxellis 1896 (cf. uol. II 46–49 de I 717 sqq.)
Damsté, P. H. Adnotationes ad Statii Thebaidem. In Mnemosyne XXXVI (1908), 353–396 XXXVII (1909), 77–111 (de I 460 VII 356–358 IX 89 435 XI 1–2 2 50–52 80 516)
del Re, R. De fabulis ad Demogorgonem spectantibus. In Latinitas XXII (1974), 234–241 (de IV 516 sqq.)
de Marco cf. Brugnoli
Deycks cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Dillon cf. eos qui mihi lectiones uel animaduersiones suas suggesserunt
Dölger, Franz Josef. Sphragis. Eine altchristliche Taufbezeichnung in ihrer Beziehungen zur profanen und religiösen Kultur des Altertums. In Görresgesellschaft: Studien zur Geschichte und Kultur des Altertums, Fünfter Band, 3/4 Heft, Paderbornae 1911, pp. 63–65 (de IV 516–517)
D'Orville cf. eum cuius coniecturas primus in lucem protuli
Drexler, Wilhelm. Miscellanea. In Jahrbücher für classische Philologie CXLV (1892), 844 (de I 717)
Duebner cf. editiones ueteres (Lindenbrog)
Eitrem, S. Varia 5. In Nordisk Tidsskrift for Filologi N.S. I (1912), 69–71 (de II 95–96)
Elder cf. eos qui mihi lectiones uel animaduersiones suas suggesserunt
Ellis, Robinson. Adversaria IV. In Journal of Philology XIX (1891), 174–176 (de VI 322–324)
Fontenrose, Joseph. Didyma. Apollo's Oracle, Cult, and Companions, Berkeley/Los Angeles/Londini 1988, pp. 106–108 et passim (de III 478–479 VIII 198)
Fraenkel cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt
François cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Funaioli cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Gaffney cf. eos qui mihi lectiones uel animaduersiones suas suggesserunt
Gale, Thomas. Iamblichi Chalcidensis ex Coele-Syria de Mysteriis Liber, Oxonii 1678, pp. 266–267 (de IV 516–517)
Garrod cf. editiones Thebaidos

Geuartius cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur

Geuartius, Casperius. Electorum libri III, Lutetiae Parisiorum 1619, pp. 100–101 (de V 431–432 VII 254)

Grotius cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur

Gruppe, Otto. In W. H. Roscher, Lexikon der griechischen und römischen Mythologie, Lipsiae 1916–1924, V 1266–1269, s. u. Trophonius (de VII 345)

(Gyraldus, Lilius Gregorius. Lili Gregori Gyraldi Ferrariensis Opera Omnia, uol. I, Lugduni Batauorum 1696, p. 72F dicit “Invenio & Demiurgon Deum Fabricatorem appellatum”, et nihil aliud. Pfeiffer ergo (q. u. infra) errauit, cum emendationem ad IV 516–517 Gyraldo tribuit.)

Haupt cf. Schrader

Heikel, Einar. Lactantii Placidi de dei nomine narratio. In Suomalaisen Tiedeakatemian Toimituksia (Annales Academiae Scientiarum Fennicae), Series B, uol. XII, no. 3 (1914), 3–9 (de IV 516)

Heinsius, Nicolaus. In editione Ouidii, Lugduni Batauorum 1661, ad Her. IX 141 (de XI 234–238)

Helm cf. editiones recentiores (Jahnke)

Hertz, Martin. In recens. Wilhelm Kahl, Cornelius Labeo, Philologus Supplbd. V, Heft 5, Lipsiae 1888 in Berliner Philologische Wochenschrift IX, 19 (1889), 592–596 (de IV 481–483)

Heuvel cf. editiones in libros singulos Thebaidos

Heyne, Christian Gottlob. Opuscula Academica, uol. III, Gottingae 1788, pp. 298–312 (de IV 516–517)

Hill cf. editiones Thebaidos

Hill cf. eos qui mihi lectiones uel animaduersiones suas suggesserunt

Hill: Hill, Donald E. The Manuscript Tradition of the Thebaid. In Classical Quarterly XVI (1966), 338 (de lemmatibus ad II 74 108 573 V 21)

Hosius, Carl. In editione Lucani, Lipsiae 1892 ad frg. III (Catacthonio) (de IX 424)

(Imhof, Albert. Statius, Lied von Theben, Deutsch von A. Imhof, mit gelegentlichen sachlichen und kritischen Erläute-

rungen, Lipsiae 1885–1889 (liber quem non ipse uidi, sed cuius lectio ad IX 907 ex editionibus Hilliana et Klotziana deprompsi))

Jahn, Otto. Miscellen. Litterarhistorisches. Vermischtes. In Rheinisches Museum IX (1854), 627 (de IV 481–483)

Jahnke cf. editiones recentiores

Keseling cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt

Klinnert, Thomas C. Capaneus-Hippomedon: Interpretationen zur Heldendarstellung in der Thebais des P. Papinius Statius. Diss. Heidelbergae 1970, pp. 15–16 n. 15 (de III 604–605), p. 93 n. 48 (de VI 707)

Klotz, A. cf. editiones Thebaidos

Klotz. A. cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt

Klotz in Maurenbrecher: Klotz, Alfred. In editione Sallustii ed. Bertold Maurenbrecher, Lipsiae 1891, ad frg. hist. incert. sed. 9 (de X 573)

Klotz, R. cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur

Knaack *(nudo nomine)*: Knaack, Georg. Analecta Alexandrino-Romana. Diss. Gryphiswaldensis 1880, pp. 49–50 (de III 478–479 VIII 198), p. 51 n. 72 (de III 476–477)

——. Peristera. In Hermes XL (1905), 320 (de IV 226)

Knecht cf. editiones recentiores (Sweeney)

Kohlmann *(nudo nomine in libro III ab argumento usque ad u. 323)*: cf. Kohlmann 1887 inter editiones recentiores

Kohlmann *(nudo nomine alibi, et cf. ad III 44)*: cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur

Kohlmann 1873 cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt

Kohlmann 1874 cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt

Kohlmann 1876: Kohlmann, Philipp. Die Inschrift des Othryades beim Statiusscholiasten. In Rheinisches Museum XXXI (1876), 302–304 (de IV 48)

Lammert cf. eos qui de eis qui de scholiis Statianis scripserunt compendiose scripserunt

Legras, Léon. Étude sur la Thébaïde de Stace, Parisiis 1905, p. 319 n. 2 (de II 573)

Lejay cf. editiones recentiores (Jahnke)

Lemaire cf. editiones ueteres (Lindenbrog)

Lindenbrog cf. editiones ueteres

Lobeck, Christian August. Aglaophamus, siue, De theologiae Graecorum causis, uol. I, Regiomontii Prussorum 1829, pp. 597–600 (de IV 516–517)

Loensis, Jacobus Nicolaus. Miscellaneorum Epiphillidum liber I(–IX). In Gruter, Janus. Lampas, siue fax artium liberalium tomi V supplementum, Francofurti 1606, misc. IV cap. 10, pp. 411–415 (de XII 492), misc. IV cap. 13, pp. 418–420 (de IV 225)

Maass *(nudo nomine)*: Maass, Ernest. Metrodorus der Perieget und der Statiusscholiast. In Jahreshefte des österreichischen archäologischen Instituts in Wien V (1902), 213–214 (de III 476–477 478–479)

Maass 1903: ——. Griechen und Semiten auf dem Isthmus von Korinth, Berolini 1903, pp. 50 n. 53 (de III 27), 96–97 (de III 476–477 478–479 IX 632), 128 n. 2 (de IV 59)

Mai, Angelo. Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum Tomus VIII, Romae 1836, p. 165 (de VI 391 decŏris)

Mariotti cf. editiones recentiores (Sweeney)

Menkius cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur

Meursius, Joannes (senior). In Lycophronis Cassandram Commentarius. In ed. Lycophron. ed. Christian Gottfried Müller, uol. III, Lipsiae 1811, pp. 1222–1224 (ad Lyc. 328: de III 27 VII 255–257 IX 856–857)

——. De populis Atticae liber singularis, Lugduni Batauorum 1616, s. u. Colonus (de XII 509–510)

——. Graecia Feriata, siue de Festis Graecorum libri VI, Lugduni Batauorum 1619, pp. 180–181 (de IV 225)

Michaelis, Walther Hugo. De origine indicis deorum cognominum. Diss. Berolini 1898 (de IV 481–483)

Mombritius cf. editiones ueteres

Mombritius, Boninus. Vita Sancti Sylvestri. In Sanctuarium seu Vitae Sanctorum, curauerunt duo monachi Solesmenses, Parisiis 1910, II 526 (= uol. II fol. 290 r-u editionis ante annum MCDLXXX Mediolani principis) (de IV 516–517)

Mommsen, Theodor. In editione Iordanis Romanorum et Geticorum, in Monumenta Germaniae Historica V, I, Berolini 1882, pp. xlv et 198 (de XII 64)

Müller, Karl. Geographi Graeci Minores II, xviii, Parisiis 1882 (de Metrodoro Periegetico ad IV 476–477)
Müller, Karl Ottfried. Die Etrusker, neu bearbeitet von Wilhelm Deecke, uol. II, Stutgardiae 1877, pp. 38–39 (de IV 516–517)
Müller, Otto cf. editiones Thebaidos
——. Aus alten Handschriften des Statius III. In Wochenschrift für klassische Philologie XX (1903), 196–197 (de VIII 742)
Mulder cf. editiones in libros singulos Thebaidos
Munckerus cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Munk Olsen cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Muretus, Marcus Antonius. Variarum lectionum libri VIII, Venetiis 1559, VI, 11: pp. 60b–61a (de VII 791–793)
Murgia, Charles E. The Servian Commentary on *Aeneid* 3 Revisited. In Harvard Studies in Classical Philology XCI (1987), 306–310 (de I 643–644)
Norden, Eduard. Agnostos Theos. Untersuchungen zur Formengeschichte religiöser Rede, Lipsiae et Berolini 1913, p. 114 (de IV 516–517)
Osann, Friedrich. In editione L. Annaei Cornuti de Natura Deorum, Gottingae 1844, p. 390 (in emend. Myth. Vat. II; de IV 481–483)
Perelli cf. Brugnoli
Pfeiffer, Rudolf. History of Classical Scholarship from 1300 to 1850, Oxoniae 1976, pp. 20–22 (de IV 516–517)
Philipp cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt
Pius, Johannes Baptista. Adnotationes posteriores, cap. 75 (511). In Gruterus, Janus. Lampas, siue fax artium liberalium, uol. I, Francofurti 1602, pp. 484–485 (de XII 492)
Pontanus, Johannes Isacus. In editione Macrobii, Lugduni Batauorum 1597, ad comm. somn. Scip. I 11 (de II 58)
Porson, Richard. In editione Euripidis, Londinii 1798, ad Orest. 675–676 (de V 163)
Preller cf. Robert
Questa, C. A proposito della *νὺξ μακρά*. In Rivista di cultura classica e medioevale II (1960), 95 (de IX 424)
Raschke cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt
Rhodiginus (Richerius), Ludovicus Coelius. Lectionum antiqua-

rum libri XXX, Basileae 1542, XII, 19: p. 459 (de XII 492), XVIII, 1: p. 671 (de VIII 436–437)

Robert: Preller, Ludwig et Robert, Carl, Griechische Mythologie. II 1: Die griechische Heldensage, 4 ed., bearbeitet von Carl Robert, Berolini 1920, p. 119 n. 5 (de IV 576)

Robert, Carl. Eratosthenis Catasterismorum reliquiae, Berolini 1878, pp. 218–220 (de I 255), 219 (de I 548)

Rose cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt

Rowe, Galen O. The ‘ΑΔΥΝΑΤΟΝ’ as a stylistic device. In American Journal of Philology LXXXVI (1965), 387 (de VI 552)

Schindel *(nudo nomine in libro primo)* cf. eos qui mihi lectiones uel animaduersiones suas suggesserunt

Schindel *(nudo nomine alibi, et ad I 719–720)* cf. editiones recentiores (Sweeney)

Schmeling cf. editiones recentiores (Sweeney)

Schmeisser, Georg. Die etruskische Disciplin vom Bundesgenossenkriege bis zum Untergang des Heidentums, Beilage zum Programm der königlichen Ritterakademie zu Liegnitz, Lignitii 1881, pp. 32–33 (de IV 516–517)

Schmitz cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt

Schottky cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt

Schrader, Johann. In Haupt, Moriz. Beiträge zur berichtigung der gedichte des P. Papinius Statius aus Richard Bentleys und Johann Schraders aufzeichnungen. In Monatsberichte der Königlichen Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin aus dem Jahre 1861, p. 1083 (= Mauricii Hauptii Opuscula, ed. Ulrich von Wilamowitz-Moellendorf, uol. III, 1, Lipsiae 1876, pp. 134–135) (de V 427–428 VIII 742)

Schulz cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt

Spillemaeckers cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt

Sweeney cf. editiones recentiores

Thompson cf. eos qui de fontibus et testimoniis scripserunt

Thulin, Carl Olof. Die etruskische Disciplin (Göteborgs Högskolas Årsskrift XII XV): II Die Haruspicin (1906), pp. 47 et 24 n. 1 (de V 176), p. 61 n. 2 (de IV 516)

Tiliobroga cf. Lindenbrog

Vnger *(nudo nomine)*: cf. Vnger 1864 inter eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt

Vnger apud Kohlmann cf. eum cuius coniecturae in editione Kohlmanniana laudantur
Vnger 1835: Unger, Robert. Libri primi Thebanarum rerum. Diss. Halis Saxonum 1835, p. 45 (Sententiae Controuersae V) (de II 737–738)
Vnger 1845: ——. Commentationes de Thebarum Boeoticarum primordiis, Halis Saxonum 1845 (= Thebana Paradoxa, uol. I, Halis Saxonum 1839) (de VII 189–190 348 VIII 206–207 347)
Vnger 1858: ——. Quaestio de Lucani Heliacis. Progr. Friedlandiae 1858 (de III 641 VI 322–324 IX 424)
Vsener cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur
Valmaggi cf. editiones recentiores (Jahnke)
Valpy cf. editiones recentiores (Lindenbrog)
van de Woestijne *(nudo nomine)*: cf. van de Woestijne 1948 inter eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
van de Woestijne 1940 cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
van de Woestijne 1946: van de Woestijne, Paul. Note sur un passage de Lactantius Placidus. In Latomus V (1946) (= Mélanges Kugener), 181–184 (de IV 481–486)
van de Woestijne 1950 cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Varjas cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Veenhusen cf. editiones ueteres (Lindenbrog)
Venini cf. editiones in libros singulos Thebaidos
Vollmer cf. eos quorum coniecturae in editione Jahnkiana laudantur
Weber cf. eos qui de codicibus singulis scripserunt
Welcker, Friedrich Gottlieb. Kleine Schriften zur griechischen Litteraturgeschichte, Bonn 1844, p. 15 n. 16 (de I 581)
Wernsdorf, J. C. In Poetae latini minores ex recensione Wernsdorfiana, ed. N. E. Lemaire, uol. I, Parisiis 1824, p. 98, cf. pp. 289–290 (de II 58 V 388–389)
Wessner cf. eos qui de eis qui de scholiis Statianis scripserunt compendiose scripserunt
Wilamowitz cf. editiones recentiores (Jahnke)
Wilkins cf. editiones recentiores (Jahnke)


Williams cf. editiones in libros singulos Thebaidos
Wissowa, Georg. In RE VII Hbd., 1354–1355 s. u. Cornelius no. 168 (de IV 481–483)
Wölfflin cf. eos qui suas animaduersiones in lucem emiserunt
Wowerius (à Wouuer), Joannes. Ad Florida Apulei collectanea. In L. Apulei Madaurensis Platonici Opera, (ex Bibliopolio Frobeniano, sc. Hamburgi), p. 709 (de IX 194–195)
Ziehen cf. editiones recentiores (Jahnke)

Sero mihi in manus uenerunt:

Jakobi, Rainer. Versprengungen in den Statius-Scholien. In Hermes CXX (1992), 364–374 (a quo lectiones quas et nouas et ueras iudicaui solum adhibui: de ceteris cf. quod in uol. II scribam)
Kulcsár, Péter. Mythographi Vaticani I et II (Corpus Christianorum, Series Latina XCI C), Turnholti Belgarum 1987 (quam editionem ad locos Myth. Vat. I, non ad Myth. Vat. II, adduxi: cf. quod in uol. II scribam)
Massaro, Matteo. Gli Scolii Inediti al Carmen Saeculare del Vat. Lat. 3866. In Musis Amicus (Atti del Convegno Internazionale di Studi su Q. Orazio Flacco, Chieti, 4–6 maggio 1993, ed. Maria Laetitia Coletti e Patrizio Domenicucci) (de IV 106 et II 165), Teate (vulgo Chieti Scalo) 1995

Non uidi:

Forstner, Karl. Frühe Salzburger Fragmente des Lactantius Placidus (10./11. Jh.). In Grazer Beiträge 21 (1995), 193–207


ω
α
β
γ
δ
B
ε
Mfm (E¹) (S)
HKWCE²
π
V
φ
ψ
A
ζ
c
θ
Q
η
λ
μ
F
p
b
R
ξ
σ
G
O
v
χ
e
k

CONSPECTVS SIGLORVM

(de scholiis uel paginis a codicibus infra laudatis omissis uide Praefationem)

M = Monacensis Clm. 19482, olim Tegernseensis, s. X exeunte.
f = Monacensis Clm. 6396, olim Frisingensis, s. XI^{2}.
S = Monacensis Clm. 17206, olim Scheftlarnensis, s. XII (VI 809 – XII 819 continens).
E^{1} = Parisinus 10317, olim Echternachensis, s. X exeunte, **E**^{1} eius manus prima, **E**^{2} altera (similiter **E**^{3}**E**^{4}).
m = Mediceus Laurentianus 38,6, s. XI^{1}.

B = Bambergensis MS. Class. lat. 47, s. XI.
C = Parisinus 8055, olim Colbertinus, s. XI$^{3-4}$.
H = Cassellanus Murhardianus 2°. MS. poet. 8, olim Hasungensis, s. XII med. (I 696–II 93 continens).
K = Guelferbytanus Gudianus lat. 54, s. XI.
W = fragmenta codicis olim Werdensis, s. XI (= (partim) Dusseldorfiensis F. 49: de ceteris partibus et quantum e codice restet cf. supra pp. XIII–XIV).
V = Valentinianus 394, s. IX$^{3-4}$.
t = codex nunc deperditus, ut "MS." in uariis lectionibus editionis Tiliobrogianae 1600 citatus, Pithoeanus (codex Regius Tiliobrogianus ad II 721 IV 164 VII 255–257 tantum citatur).
π = codex (s. IX?) nunc deperditus, fons codicum **φ** et **ψ**, ex quibus codices traditionis Italicae deriuati sunt.

φ = codex (s. IX?), nunc deperditus, codicum **AQFp** fons.
A = Vaticanus Palatinus 1694, s. XI.
Q = Florentinus Riccardianus 651, s. XV.

F = Pistoriensis Forteguerrianus A, 45, s. XIV.
p = Parisinus 8063, s. XIV.

ψ = codex (s. XIV?) nunc deperditus, codicum **cbRGOvek** fons.
c = Perusinus C. 53, anno 1399 exaratus.
b = Vaticanus Barberinianus 84, s. XV.
R = Vaticanus latinus 3381, s. XV.
G = Perusinus G. 1, s. XV.
O = Bodleianus Canonicianus class. lat. 75, s. XV.
v = Vindobonensis 3118, s. XV.
e = Escurialensis MS. h. II. 8, anno 1459 exaratus.
k = Parisinus 8064, s. XV.

fr. Strozzianum = Mediceus Laurentianus Strozzi 130, s. XIII (I 31–380 continens).
fr. Bernense = Bernensis MS. A 91, fr. 6, s. X/XI (I 446–514 518–602 620 II *argumentum* continens).
fr. Plimptonianum = Noui Eboracensis Columbianus Plimptonianus MS. 121, s. XI/XII (VIII 375–432 IX 2–60 756–814 continens).
fr. Leodiense = Leodiensis MS. 660, s. XI (X 197–254 continens).
fr. Bezzolanum = fragmentum codicis in bibliotheca priuata a u. d. G. Bezzola in lucem prolatum, s. X/XI (XI 307–500 continens).
fr. Thurnianum = fragmentum in codice Bibliothecae Vniuersitariae Herbipolitanae M.p.th.q. 17, s. XI (I 235–250 314–324 continens).

ω = codex (s. VIII?) nunc deperditus omnium codicum supra laudatorum fons, e codice ω′ litteris insularibus exarato descriptus.
edd. uett. = Mediolanensis 1478 (?) a Bonino Mombritio edita Romana 1480 (?); Venetae 1483 1490 1494 1498; Tiliobrogiana 1600 (sub nomine editoris “Lindenbrog” citata).
edd. = editiones ueteres supra laudatae et editiuncula Philippi

Kohlmann in uersus 1–323 libri III anno 1887 impressa et editio Teubneriana Ricardi Jahnke 1898.

(B) = lectio codicis nominati in re disputata eadem, sed in ceteris dissimilis.

(B?) = lectio incerta codicis nominati.

LACTANTII PLACIDI IN STATII THEBAIDA COMMENTVM

LIBER I.

* * * *

1–2 FRATERNAS ACIES ALTERNAQVE REGNA PROFANIS / DECERTATA ODIIS quia pacti erant fratres ut mutuis annis regnarent et sibi inuicem succederent. hoc dicit: narramus
5 gesta certamina causa regnorum. ALTERNA ut placuerat, non ut possessa sunt. PROFANIS quia per eos uiolata sunt iura naturae, et bene profanis, quia nefas erat germanos odia retinere, ergo exsecrabilibus, contra naturam sumptis.

10 **2** SONTES[QVE E(VOLVERE)] T(HEBAS) uel propter bella praesentia uel propter Oedipoden, quia cum matre concubuit.

3 PIERIVS (... CALOR) Musicus.

3–4 VNDE IVBETIS / IRE DEAE quia multa sunt principia Thebanae historiae, unde possimus incohare narratio-
15 nem.

5 SIDONIOS R(APTVS) Europam dicit, quam Iuppiter rapuit et uitiauit.

1 *argumentum quod laudat Lactantius Placidus I 61 in codicibus non inuenitur* || **10** -QVE E(VOLVERE) *seclusi*

5–6 ET INEXORABILE P(ACTVM) / L(EGIS) A(GENOREAE) iusserat enim Cadmo filio suo Agenor, quem ad requirendam filiam Europam miserat, ut non nisi inuenta sorore 20 rediret ad patrem.

7–8 TREPIDVM S(I) M(ARTIS) O(PERTI) / (AGRICOLAM) quia Cadmus Europam quaerens uenit ad ea loca in quibus post Thebae constructae sunt, ubi inuento dracone qui Marti consecratus erat et eo perempto dentes draconis 25 seuit, unde terrigenae nati sunt, qui se mutuis uulneribus peremerunt. ergo Martis operti id est pugnae terrigenarum latentis. TREPIDVM ... AGRICOLAM Cadmum.

9–10 (QVO CARMINE MVRIS) / IVSSERIT A(MPHION) T(YRIOS) A(CCEDERE) M(ONTES) his filius Iouis fuit ⟨uel⟩ ut alii di- 30 cunt Mercurii. cuius lyra accepta canens muros Thebanos dicitur constituisse, ut eius cantu spontanea se saxa muris imponerent. unde Vergilius ⟨ecl. II 23–24⟩:

'canto quae solitus, si quando a(rmenta) u(ocabat),
A(mphion) D(ircaeus)' 35

et alibi Statius ⟨Theb. II 454–455⟩:

'aut triplices a(lio) t(ibi) c(armine) m(uros)
A(mphion). TYRIOS ACCEDERE MONTES ἐμφατικῶς

dixit.

11 VNDE GRAVES I(RAE) C(OGNATA) I(N) M(OENIA) B(ACCHO) 40 Pentheus aspernabatur Liberi patris mysteria. iratus Liber

21 ad patrem] ad se in patriam *van de Woestijne* || 22 *pro* AGRICOLAM *profert, ut uidetur,* A *erasum* **M** || **30** uel *inseruit Jahnke* || **32–33** muris **mBψ** *Mombritius*, numeris **Mφ** || **38–39** TYRIOS ... dixit *ante* unde (**33**) **ω**, *ad locum restituit Lindenbrog* || **38** ἐμφατικῶς] enfaticos **Mm**, emphasticos **π** *Mombritius*, emphaticos *Ven. 1483 1490*: *sensum explicat* montes pro saxis, *quod interpolauit* **π** || **41** Liber *om.* **mBπ**, *om., inser.* **M**

furorem eius matri immisit, quae armata furore Pentheum filium necauit. et bene dixit c o g n a t a. Agaue enim, Semele, Autonoe, Ino sorores fuerunt Thebanae.

45 **12** QVOD SAEVAE I⟨VNONIS⟩ O⟨PVS⟩ Iuno dum uideret a Ioue Semelen diligi, in aniculam uersa est [Iuno] † decoratam †. dolum meditans Semeles limen ingressa est, cui ita locuta est: Si te, ut perhibent, integre amat Iuppiter, hoc ab eo impetra, ut talis ad te ueniat, qualis Iunoni solet ui-
50 deri. quae ita inducta Iouem rogauit. qui cum negaret et diceret aspectum dei nullo modo ferre posse mortalem, tandem promisit tali se habitu ad eam esse uenturum, quali ad Iunonem consueuit. qui cum uenisset cum fulmine, Semele sustinere non potuit et obiit. Iuppiter uero
55 aperto eius uelocissime utero Liberum patrem [aperto] femore abdidisse dicitur, ut expletis nouem mensibus legitime nasceretur.

12–14 CVI SVMPSERIT ARCVM / INFELIX ATHAMAS (CVR NON EXPAVERIT INGENS / IONIVM SOCIO CASVRA PALAEMONE
60 MATER) Leucothea, quae et Ino, Liberi patris nutrix fuisse dicitur. huius marito Athamanti talem furorem Iuno im-

42 furorem eius **M**^{pc}(**m**?), eius furorem **M**^{ac}**Bπ** ‖ **43–44** Agaue enim, Semele, Autonoe **Fp(e)K** *Mombritius*, agauen, semelen, autoen **ω** ‖ **46** Iuno *seclusi*, luna t *Vnger*, *om. iam Mombritius* ‖ **46–47** decoratam (-a t) **ω** *edd. obelis distinxi*, decima orta *Vnger*, dedecoratam *uel* decoctam *proposuit Jahnke* (dedecoratam *uel* decoloratam *iam D'Orville*), decrepitam *coni. Lindenbrog in margine suae editionis* (*apud Schottky*) *D'Orville*, ⟨Beroes nutricis specie⟩ decoratam *van de Woestijne* ‖ **47** dolum **Bπ**, domum **Mmt** ‖ **50** ita **Mf**, *om.* **mBπ** ‖ 55 aperto^{2} *coniecit delendum esse Lindenbrog* ‖ **56** abdidisse *Lindenbrog*, ad- **ω**

misit, ut filios suos uellet occidere, sperans quod Liberum patrem inuenire posset et simili sorte perimere[t]. qui Athamas unum filium suum Learchum Herculis sagittis exstinxit. Leucothea uero, ubi maritum suum furere con- 65
spexit, cum Palaemone filio suo se dedit in mare. quae postmodum in marinam deam conuersa est et uocatur Mater Matuta, filius eius deus Portunus. unde Vergilius ⟨Aen. V 241–242⟩:

'manu magna P(ortunus) e(untem) 70
i(mpulit)'.

14 IONIVM quod se in Ionio mari Leucothea praecipitauerit.

15–16 GEMITVS ET PROSPERA (CADMI / PRAETERIISSE SINAM) id est infelicitates et felicitates Cadmi reticeo. 75

16 LIMES [MIHI] principium et finis dicitur limes.

17 CONFVSA DOMVS quia idem filius et maritus, eadem mater et uxor, idem filii qui nepotes.

17–18 (QVANDO ITALA NONDVM / SIGNA NEC ARCTOOS AVSIM) SPIRARE T(RIVMPHOS) ideo Graeca bella scribo, quia 80
Latina non possum.

19 BISQVE IVGO R(HENUM) [B(IS) A(DACTVM) L(EGIBVS) H(ISTRVM)] per fluuium gentem Gallorum bis a Vespasiano uictam ostendit.

63 posset π, -it **MmB** (inueniret *pro* inuenire posset **f**) | perimere[t] *coniecit Jahnke* || **64** Herculis *ex Myth. Vat. II 79 commendat anon. in Lit. Centralblatt 1899 347*, arcu uel ω || **68** Matuta **MQbGvek**, -e **φcRO** || **72** Ionio mari] -um -e *D'Orville* || **76** MIHI *seclusi* || **80** SPIRARE *scripsi*, SPERARE ω || **82–83** B(IS) ... H(ISTRVM) *seclusi*

85 **20** CONIVRATO contra nos scilicet.

21–22 (DEFENSA PRIVS VIX PVBESCENTIBVS ANNIS) / BELLA IOVIS pugnam quam in Capitolio Domitianus gessit, quando patrem suum Vespasianum obsessum a Vitellio liberauit. ergo [Vespasiano] imperatori sui temporis
90 adulatur. (LATIAE) DECVS A(DDITE) F(AMAE) Titum Domitianum, filium Vespasiani, dicit.

23 SVBEVNTEM E(XORSA) P(ARENTIS) ad imitationem patris.

24–31 LICET A(RTIOR) ... (ET SIDERA DONES) quamuis densentur astra, dum spatiosus tibi locus paretur in caelo. li-
95 cet omnes stellae se contrahant, ut tibi locum faciant quem uolueris, licet Sol te magis uelit diei implere curricula quam se et tibi suum cedat officium aut ⟨te⟩cum Iuppiter aequa parte caelum partiri desideret: tamen melius tibi erit terrae regnare quam caeli, et sis terrae uel
100 maris dominus et superis caeleste dones imperium.

[**25** PLAGA L(VCIDA) C(AELI) hoc est orientalis.]

26 BOREAE septentrionalis. HIVLCI F(VLMINIS) E(XPERS) ⟨hiulci⟩ quia fulmen, quicquid percusserit, hiare facit. expers uero australem partem dicit, quia semper ful-
105 mine caret.

27 SOLLICITET tuo scilicet amore.

89 Vespasiano *seclusi* ‖ **93** LICET ... DONES] *omnia quae inter haec uerba pro lemmate sunt consideranda* ‖ **97** ⟨te⟩cum *corr.* **f** *Lindenbrog, om. Mombritius* ‖ **99** terrae[1]] -a **c** *Mombritius* (-ae *gen. cum uerbo dominandi*) | caeli *scripsi*, -o **ω** ‖ **101** PLAGA ... orientalis *seclusi* ‖ **102** BOREAE **Mπ**, -QVE *add.* **f** *Mombritius* ‖ **106** tuo] tui *D'Orville*

27–29 (LICET) IGNIPEDVM F(RENATOR) E(QVORVM) / (IPSE TVIS ALTE RADIANTEM CRINIBVS ARCVM / IMPRIMAT) id est Sol licet tibi cedat suam potestatem et tradat tibi currus suos. ut Lucanus ⟨I 48⟩: 110
'seu te flammigeros P(hoebi) c(onscendere) c(urrus)'.
RADIANTEM C(RINIBVS) A(RCVM) circulum in quo sol suos cursus explet, quia ueluti arcus uidetur, quod sol ab oriente nascens usque in occidentalem partem desinit.

31 ET SIDERA DONES concedas numinibus uel locis suis 115 esse sinas.

32–33 (TEMPVS ERIT CVM PIERIO TVA FORTIOR) OESTRO / (FACTA CANAM NVNC TENDO CHELYN ⟨oestro⟩ instinctu, stimulo, quem Romani 'asilum' dicunt, Graeci 'oestrum'. NVNC TENDO C(HELYN) chelyn citharam. Graece enim χέ- 120 λυς testudo dicitur, cuius neruis sonantibus Apollo citharam dicitur inuenisse. nunc hoc dicit: se adhuc Romana bella scribere non posse, nisi tunc cum maior⟨e⟩ pectore Phoebus aduenerit.

33 SATIS sufficienter. 125

33–34 ARMA REFERRE / AONIA Thebana, ab Aone rege, filio Neptuni, uel a monte Boeotiae. ipsa est Aonia, quae et Boeotia, quae et Thebae. alii dicunt quod fons isto nomine sit apud Siculos, ubi Musae coluntur.

34 GEMINIS S(CEPTRVM) E(XITIALE) T(YRANNIS) Eteoclis et 130 Polynicis.

107 LICET *inseruit Mombritius* ‖ **112** arcum *inser. post* A(RCVM) **Mf** ‖ **118** oestro] *hic et alibi talia uerba e lemmatibus repetita ipse suppleui* ‖ **120–121** *χέλυς*] chelon **ω**, chelys *Mombritius* ‖ **123** ‖ maior⟨e⟩ *scripsi* ‖ **127** enim *inser. post* est **fm** ‖ **128–129** alii ... coluntur *post* oestrum (**119**) *in* **ω** *ad locum restituit Vnger*

35 NEC FVRIIS POST F(ATA) M(ODVM) ut Lucanus ⟨I 551–552⟩:

'scinditur in partes geminoque c(acumine) s(urgit)
135 T(hebanos) i(mitata) r(ogos).'

hunc autem sensum in duodecimo libro ⟨XII 429 sqq.⟩ calcatius exsequitur.

37 EGESTAS (... VRBES) euacuatas. ALTERNIS M(ORTIBVS) Theba⟨no⟩rum et Argiuorum. ⟨VRBES⟩ ciuitates id est
140 Thebas et Argos.

38 [CVM] RVBVIT infecta est.

40 ISMENON fluuium.

41 QVEM PRIVS H(EROVM) (CLIO DABIS) ad inuocationem redit poeta. interrogatiue quaerit ex Musa, quem uelit a
145 se primum heroum describi. figura *διαπόρησις* id est addubitatio. ut Horatius ⟨carm. I 12, 13–14⟩:

'quid prius dicam solitis parentis
laudibus'.

41–42 IMMODICVM I(RAE) / T(YDEA) Tydeus Oenei et
150 ⟨P⟩eriboeae filius, gener Adrasti. et bene immodicum irae, qui auctoris suae necis cerebro dicitur immoriens pastus.

42 LAVRIGERI S(VBITOS) A(N) V(ATIS) H(IATVS) Amphiaraum Lyncei et Hypermestrae filium dicit, qui hiatu terrae,

138–139 Theba⟨no⟩rum *corr.* Q[ac] *Lindenbrog* ‖ **139** VRBES *inseruit Grotius* ‖ **141–142** CVM ... fluuius *post* laudibus (**148**) *in* ω *ad locum restituit Jahnke* ‖ **141** CVM *seclusi* ‖ **142** fluuium *scripsi*, -us ω ‖ **145** *διαπόρησις*] diaporisis ω, -esis *Mombritius* ‖ **150** ⟨P⟩eriboeae *scripsi ex Hyg. 70*, euriboeae ω, Eriboeae *Vnger* ‖ **154** Lyncei] *immo* Oeclei (*cf. ad III 620*). *lapsus calami Lactantii ipsius?*

dum curru dimicaret, absumptus est. quem laurigerum 155
dixit eo quod Apollinis esset antistes.

43 VRGET compellit ad scribendum.

43–44 [ET] H(OSTILEM) P(ROPELLENS) C(AEDIBVS) A(MNEM) / T(VRBIDVS) HIPPOMEDON ⟨M⟩nesimachi et Nasicae filius, qui, dum in Ismeno[nta] fluuio dimicaret, ex- 160
stinctus est.

44–45 PLORANDAQVE B(ELLA) P(ROTERVI) / (ARCADOS) miseratione digna et in puerili aetate praesumpta. bella Parthenopaei, Meleagri et Atalantes filii, dicit.

45 ALIO C(APANEVS) H(ORRORE) C(ANENDVS) bene alio ... 165
horrore, maiore impetu dictionis. ut ipse alibi de Capaneo ⟨X 828⟩: ⟨'non mihi tam solito uatum de more canendum.'⟩ ... magis, ut alii putant, Hipponoi et Astynomeae filius.

46 IMPIA IAM MERITA S(CRVTATVS) L(VMINA) D(EXTRA) lu- 170
mina merito impia. dext[e]ra parricidae bene merita, quae uindicauit.

47–48 MERSERAT A(ETERNA) D(AMNATVM) N(OCTE) P(VDO-

157–159 compellit ad scribendum. [ET] ... T(VRBIDVS) HIPPOMEDON *scripsi*, ET H.P.C.A.T.H. compellit ad scribendum. HIPPOMEDON **ω** || **159** ⟨M⟩nesimachi *scripsi ex Hyg. 70*, Aristomachi '*Buntius doctrina Munckeri usus*' *apud Vngerum* || **160** Ismeno[nta] *correxit Vnger* || **167–168** non ... canendum *scripsi pro* grauioraque tela mereri ⟨*V 585*⟩ *in* **ω** *edd. et lacunam posui* || **168** Hipponoi **t**, hippotae **ω** || **168–169** Astynomeae *scripsi cum* **f** (-nome **Q**, *cf. Hyg. 70*, -nomiae *Vnger*), -nonie **MB**, -monie *uel* -mome **E**[1]**m**, -mone **π**, -moniae *Mombritius* || **169** filius **b**[pc]**G** *Mombritius*, -o **ω** || **171** dext[e]ra *corr.* **Qψ** *Mombritius* || **173** N(OCTE)] *an* M(ORTE)? *cf. scholium ad XI 582*

REM) / O(EDIPODES) absconderat pudorem. omnis enim
175 uerecundia de aspectu est.

49 ILLVM INDVLGENTEM (TENEBRIS) operam dantem. ut Vergilius ⟨Aen. IX 165⟩: 'indulgent uino'.

51–52 (ADSIDVIS) CIRCVMVOLAT ALIS / S(AEVA) D(IES) A(NIMI) lux conscientiae atque Furiarum. nam quamuis
180 caecus esset, facinora sua conscientia arguente cernebat.

55 PVLSAT I(NANE) S(OLVM) bene inania Tartara, ut Vergilius ⟨Aen. VI 269⟩:

'perque domos Ditis u(acuas) e(t) i(nania) r(egna)'.

56–57 DI SONTES A(NIMAS) A(NGVSTA)Q(VE) T(ARTARA) P(OE-
185 NIS) / Q(VI) R(EGITIS) in hac prece orantis artem et ordinem seruat. primo meritum suum memorat, cum dicit ⟨u. 60⟩:

'si bene quid merui',

exponit iniuriam ⟨u. 74⟩:

190 'orbum uisu regnisque carentem',

uindictam quaerit ⟨u. 80–81⟩:

'tu saltem, d(ebita) u(index),
h(uc) a(des) e(t) t(otas) i(n) p(oenam) o(rdire) n(epotes).'

195 angusta autem Tartara merito, quippe cum scelera sobolis suae poenarum numerum uincant.

57–58 TVQVE VMBRIFERO S(TYX) L(IVIDA) F(VNDO) / QVAM VIDEO Styx livida id est nigra, ut Vergilius ⟨Aen. VII 687⟩: 'liuentis plumbi'. unde et 'liuidos' dixere inui-

190 carentem ψ *Mombritius*, c. f, parentem ω ‖ **199** liuidos] inuidos *Jahnke* ‖ **199–200** inuidos] liuidos *Jahnke*

dos uel 'nigros', ut Horatius ⟨sat. I 4, 85⟩: 'hic niger est, 200
hunc tu, Romane, caueto'. QVAM VIDEO paene oxymoron.
quid enim caecus uidet? sed tenebras uidere se credit. nihil omnino apud superos cernere hoc est reuera Stygem
uidere.

59 PERVERSAQVE V(OTA) S(ECVNDA) id est mala, quae opto, 205
comple. ⟨PERVERSA⟩ quia pater filiis imprecabatur. nam
ipsi sunt secunda, quae sunt aduersa felicibus.

61 TRAIECTVM V(VLNERE) P(LANTAS) responderat oraculum
Laio, quod a filio suo posset occidi. unde natum Oedipum iussit proici transfixis cruribus. harum omnium se- 210
riem fabularum in argumento digessimus.

⟨**62–64** SI STAGNA PETI CIRRHAEA BICORNI / INTERFVSA
IVGO POSSEM CVM DEGERE FALSO / CONTENTVS POLYBO⟩ se
increpat, [condemnat oracula] qui non contentus generis
falsitate responsa consuluit. nam ei cautio diuinationis 215
fuit occasio parricidii. CIRRHAEA ista enim ciuitas iuxta
Parnassum est montem, qui in duo iuga diuiditur, in Heliconem et Cithaeronem. BICORNI id est bicipiti Parnasso, ut Persius ⟨prol. 2–3⟩:

200 uel *Jahnke*, id est **ω**, *om. Mombritius* || **201** oxymoron *Lindenbrog*, oximeron **ω** || **202** uidere se **Mf(B?)**, se uidere **E[1]mπ** || **202–204** nihil ... uidere *post* F(VNDO) (197) *in* **ω** *ad locum restitui, seclusit Jahnke* (*unacum* Styx liuida), *om. Mombritius,* nihil enim ... uidere hoc est ... uidere *in loco proferunt* **B** *Lindenbrog* || **206** PERVERSA *supplendum esse iudicauit Jahnke* | quia] quae *proposuit Jahnke, iam* **p** *Mombritius* || **207** felicibus] filiis *proposuit Jahnke* || **209** laio **fmQb[pc]O[ac]**, lai **ME[1]π** || **211** in argumento] *in codicibus deest* || **212–213** SI STAGNA ... POLYBO *scripsi pro* SI BENE QVID M(ERVI) (*u. 60*) *in* **ω** *et scholium* se increpat ... parricidii *ad locum restitui* || **214** condemnat oracula *seclusit Jahnke* || **215** consuluit **π**, contempsit **ME[1]mB**

220 'nec in bicipiti somniasse Parnasso
memini'.

64 POLYBO rex Phocidis fuit, qui Oedipum pro filio suo aluit.

65 LONGAEVVM I(MPLICVI) R(EGEM) bene regem. hoc
225 enim solum parricidii tempore recognouit.

66–67 SI SPHINGOS I(NIQVAE) / C(ALLIDVS) A(MBAGES) T(E) P(RAEMONSTRANTE) R(ESOLVI) callidus non ignarus: si Sphingos uideor soluisse ambages, o Furia, ut bene de te merito parricidae tuo incestum praemium dares.

230 **68–69** (SI DVLCES FVRIAS ET LAMENTABILE MATRIS) / CONVBIVM (GAVISVS INI) concubitum matris dulces furias dixit. et bene totum etiam quod ignarus admisit, imputat

220 somniasse Parnasso **QFψ** *Mombritius*, parnasso somniasse **ω** || 221 *post* memini *inser.* item Lucanus ⟨*V 73*⟩: 'unoque iugo, Parnasse, latebas.' **Mπ** || 225 recognouit **M**, re- *om.* **fE**[1]**m Bπ** || 227 si **E**[1]**p** *Mombritius*, *om.* **MfmBπ** || 228 uideor soluisse **Mπ**, soluisse uideor **fE**[1]**mB** || 229 merito parricidae tuo *Lindenbrog*, parricide tuo merito **ω** | *post* dares *inser.* dicta Sphinx, quod ita stringeret homines suis quaestionibus, ut se expedire non possent – nam Graece Sphinx (*corr. in* σφίγγειν **Qb** *Lindenbrog*, sphyngin *Mombritius*) constringere dicitur uel uinculum (uincere *corr. Mombritius*) – quod quasi omnium mentes suis propositionibus ligaret. Sphinx monstrum erat alas et ungues habens in similitudinem Harpyiarum, quod insidens scopulo uiae imminenti insolubilia aenigmata transeuntibus praeponebat (proponebat **Q**[c]**BOve** *Mombritius*), quae cum soluere non possent, ex improuiso ueniens alis et unguibus ad se in rupe (rupem **FpO** *Mombritius*) trahebat. cuius locutionis ambages Oedipodes sua calliditate soluit. quod factum beneficio Furiae imputat. (*sic* **π**, *difficile legitur apud* **E**[1]**B**) **E**[1]**Bπ** (*partim ex Myth. Vat. II 143*).

Furiae, ut beneficiorum assiduitate suffulta tamquam suum sibi uindicet parricidam. GAVISVS I(NI) hic uis sceleris conscientia probatur admissi, quod tali conubio sit gauisus. 235

69–70 (NOCTEMQVE NEFANDAM) / SAEPE TVLI facile enim purgatur, quicquid semel uel casu committitur.

71–72 MOX AVIDVS P(OENAE) D(IGITIS) C(AEDENTIBVS) V(LTRO) / INCVBVI id est festinaui edere de me ipse supplicium, ne ulterius tanta scelera celarem. nam cum caederent digiti, poenae magis quam mortis auidus pronus incubui. nam desiderasse mortem hoc fuerat fugisse supplicium. 240

73–74 [EXAVDI S(I) D(IGNA) P(RECOR)] QVAEQVE IPSA F(VRENTI) / (SVBICERES) id est quae tu suadere potuisti. Furiarum est enim semper suadere crudelia. ut Vergilius ⟨Aen. VII 335⟩: 'tu potes unanimos a(rmare) i(n) p(roelia) f(ratres)'. 245

74–75 ORBVM V(ISV) R(EGNISQVE) C(ARENTEM) / N(ON) R(EGERE) id est orbatum regnis et uisu non regere ut caecum. 250

76 QVOS GENVI Q(VOCVMQVE) T(ORO) licet sint de incesto progeniti.

79–80 (ET VIDET ISTA DEORVM) / IGNAVVS G(ENITOR) uel cum sacrilegio optat audiri. ut Vergilius ⟨Aen. II 326⟩: 'ferus omnia Iuppiter Argos'. 255

240 INCVBVI π, *om.* **Mf** || **245** EXAVDI ... P(RECOR) *seclusi* | QVAEQVE IPSA π, *om.* **Mf** || **246** FVRENTI *Jahnke*, S. φ, -EM ψ, *om.* **Mf** || **250** CARENTEM *Mombritius*, C. O, P. ω || **255** DEORVM *suppl. Schindel* || 257 omnia] -is *Vergilius*

80–81 TV SALTEM D(EBITA) V(INDEX) / (HVC ADES) ut Vergilius ⟨Aen. XII 646–647⟩:

260 'vos o mihi manes
este boni, quoniam s(uperis) a(uersa) u(oluntas)'.

81 HVC ADES E(T) T(OTOS) I(N) P(OENAM) O(RDIRE) N(EPOTES) ordire dispone. hoc est: persequere genus meum omne usque ad nepotes. notandum sane quod totos pro
265 'omnibus' dicit. cum numerum significare uolumus, 'omnes' dicimus, cum corpus, 'totum'. usurpatiue tamen poeta posuit totos pro 'omnibus'. ut Vergilius ⟨Aen. I 185⟩: 'hos tota armenta s(ecuntur)', et econtra pro 'toto' 'omne' ut ⟨Aen. II 750–751⟩:
270 'omnemque reuerti
per Troiam'
atque ⟨Aen. III 3⟩: 'omnis humo fumat N(eptunia) T(roia)'.

82–83 INDVE QVOD M(ADIDVM) T(ABO) (DIADEMA CRVEN-
275 TIS / VNGVIBVS ABRIPVI) indue liberis meis diadema, quod ego Laio abripui cruore pollutum.

84 I MEDIA I(N) F(RATRES) signum est discordiae. ut Vergilius ⟨Aen. I 348⟩: 'quos inter medius uenit furor'.

85 DISSILIANT multi 'dissiciant' legunt. est autem sensus:
280 aut ipsi filii germanitatem suam ferro dissipent aut ipsa germanitas ferro dissipetur.

85–86 (DA) TARTAREI REGINA BARATHRI / (QVOD CVPIAM VIDISSE NEFAS) Tartarus est profunditas inferorum, barathrum uero squaloris altitudo. dicit autem hoc: fac ut

264–273 notandum … Troia *om.* f, *interpolatum iudicauit A. Klotz pp. 509–510*; *sed cf.* omnibus dicit ‖ **278** medius] -os **M**[ac]**f**

tantum scelus filii audeant, quod optet etiam pater caecus uidere. 285

87 MEA PIGNORA NOSCES quos ad facinora scelerum tam pronos inuenies, ut meos filios esse non dubites.

88 SEVEROS tristes, ut Vergilius ⟨Aen. VI 374⟩: 'amnemque seuerum'. 290

89–90 (SEVEROS) / ADVERTIT V(VLTVS) bene uultus, non 'faciem' dixit. uultus enim mutatur ex animi qualitate, facies semper est simplex. INAMOENVM a quibusdam tapinosis creditur, qui putant poetam 'squalidissimum' debuisse dicere. inamoenum ergo dixit, sine ulla 295 amoenitate, et est una pars orationis. ut Vergilius ⟨Aen. VI 438⟩: 'tristisque palus inamabalis unda'.

90 RESOLVTAQVE V(ERTICE) C(RINES) ut Vergilius ⟨Aen. IV 509⟩: 'crinis effusa sacerdos'.

91 SVLPHVREAS (... VNDAS) id est ardentes. nunquam sul- 300 phur defluit nisi de loco flagranti. sulphur enim terrae ebullientis spuma est.

93 TRISTIBVS (EXSILVIT RIPIS) bene ad nefas: tristibus locis exsiluit, quia habent etiam inferi[ora] loca amoena.

93–94 [DISCEDIT] INANE / V(VLGVS) umbrae quae solidis 305 corporibus carent.

95–96 ET CALIGANTES A(NIMARVM) E(XAMINE) C(AMPOS) / (TAENARIAE LIMEN PETIT IRREMEABILE PORTAE) obscuros campos illa petit, in quibus est turba animarum.

293 semper est] est semper **fm** || 297 unda] unde **mBφ** || 304 inferi[ora] *corr.* π (inferiori **k**)

310 TAENARIAE L(IMEN) Malea promuntorium est Laconicae in cuius radicibus locum quendam profundum Taenarum uocant, in quo dicitur esse aditus inferorum. (LIMEN ...) IRREMEABILE eo quod ab inferis ad superos mortalium nullus remeat naturaliter. ut Vergilius ⟨Aen.
315 VI 128–129⟩:

'sed reuocare gradum s(uperasque) e(uadere) a(d) a(uras)
hoc ⟨opus⟩, h(ic) l(abor) e(st)'.

97 SENSIT A(DESSE) D(IES) id est: Furiae aspectu turbatus
320 est. et deest 'prope', ut Vergilius [nimis poetice usque ad ⟨in⟩credibilia] ⟨Aen. VIII 657⟩: "Galli per dumos aderant a(rcemque) t(enebant)'. [deest 'paene', nam prope tenuerant.]

98 PROCVL A(RDVVS) A(TLAS) procul: longe est enim ni-
325 mis occasus a Thessalia, in quo Atlas est positus. Atlas, Iapeti filius et Clymenae, cum hospitio non susciperet Perseum, Iouis et Danaae filium, qui a Polydecte rege missus fuerat ad Medusam Gorgonam occidendam, quam Perseus Minerua monstrante interfecit, rediens, cum ab
330 Atlante Libyae finibus prohiberetur, monstrato Gorgonis capite in montem eum mutauit. ⟨HORRVIT⟩ qui postquam Furiam uidit, territus est.

310 TAENARIAE *Ven. 1483 1490*, tenaree **ω** || **318** hoc opus hic labor est] hoc h. l. e. **M**, h. h. l. ē. p. q. ae. a. s. **Q**, *om.* **mπ** (*om.* ut ... est **f**) || **320–324** et deest ... tenuerant *post* fecerat (**335**) *in* **ω** *ad locum restitui* || **320–321** nimis ... credibilia *in* **Mfm** (usque ad **M**, ut **fm**), *om.* E[3]**Bπ** *Mombritius, seclusit Jahnke* || **321** ⟨in-⟩ credibilia *scripsi* || **322–323** deest ... tenuerant (= *Seru. Aen. VIII 657*), *om.* **π**, *seclusi*; *ad* DVBIA ... REMISIT (*u. 99*) *refert Schindel* || **326** Clymenae] climene **ω**, -es **Q** *Mombritius* || **327** Danaae] danae **ω**, -es *Mombritius* || **331** HORRVIT *inserui*

99 DUBIA [C(AELVM)] C(ERVICE) [R(EMISIT)] dubia ad timorem rettulit Furiae uenientis: quam dubiam metus fecerat. 335

101 NOTVM I(TER) carum, ut Vergilius ⟨ecl. I 51⟩: 'hic inter flumina nota'.

101–102 (NEQVE ENIM) VELOCIOR (VLLAS / ITQVE REDITQVE VIAS) ad assiduitatem rettulit ueniendi. nam nouitas itineris moras solet afferre erroris. ⟨COGNATAQVE TARTARA⟩ ad 340 crimen pertinet Thebanorum, quorum pro suis Furia finibus utebatur. COGNATAQVE T(ARTARA) M(AVVLT) 'neque' bis accipiendum. hoc est: neque uelocior ... neque mauult. ut Vergilius (Aen. XII 541): 'nec misero clipei mora profuit aeris', id est nec ... clipei ... nec aeris. 345 MAVVLT nec magis uult habitare Tartara quam Thebas, postquam illic probauit parricidium et incestum libenter admissum.

103 CENTVM pro innumerabilibus posuit.

105–106 (QVALIS PER NVBILA PHOEBES) / ATRACIA R(VBET) 350 A(RTE) C(OLOR) hoc est: qualis color est lunae deficientis arte magica. ⟨ATRACIA ... ARTE arte⟩ Atracis, qui fuit Thessaliae ⟨rex⟩ et pater Hippodamiae, quam Pirithous

333 C(AELVM), R(EMISIT) *seclusit Schindel* || **339** ad *om.* **fm** || **340** COGNATAQVE TARTARA *scripsi pro* ITQVE R(EDIT)Q(VE) *in* ω || **342** M(AVVLT) *om.* **Mf** || **351** C(OLOR)] L(ABOR) ω, *corr. A. Klotz pp. 492–493* || **351–352** hoc ... magica *post* scientia (355) *in* ω *ad locum restitui* || **352** ATRACIA ... ARTE *scripsi*, RVBET ARTE LABOR *inseruit Lindenbrog* | arte *inserui* (*iam* Atracis ars *Vnger*) | Atracis *Vnger*, -us **M**, -ias **fE**[1]π, tracius **m** || **353** rex *inseruit Bode ad Myth. Vat. I 170 (= 167 Kulcsár)*, princeps *ante* fuit *Barth* | et pater *Bode*, pater et ω | Hippodamiae *ex Hygino 33 u. l. apud Lindenbrog Bode*, hippocatie ω, Hippocratiae *Bode* (*ex* -eae *Barth*)

duxit uxorem, qui primus artem magicam apud Thessa-
355 liam constituit. ergo Atracia ⟨ars⟩ est magica scientia.

108–109 QVO LONGA S(ITIS) M(ORBIQVE) F(AMES)Q(VE) / (ET POPVLIS MORS VNA VENIT) quasi in pestilentia nulla sit mortis discretio. ut Vergilius ⟨georg. III 471–473⟩:

'nec singula morbi
360 corpora c(orripiunt), s(ed) t(ota) a(estiua) r(epente),
s(pem)que g(regemque) s(imul) c(unctam)q(ue) a(b)
o(rigine) g(entem)'.

trium ergo Furiarum tres memorat potestates: sitis, morbi, famesque. [ET POPVLIS MORS VNA VENIT] ut
365 item Maro ⟨Aen. XII 851–852⟩:

'siquando letum horrificum morbosque deum rex
molitur meritas aut bello territat urbes'.

109–110 RIGET HORRIDA TERGO / P(ALLA) riget dura est, horrida sordida. ut Vergilius ⟨Aen. VI 555⟩: 'palla suc-
370 cincta cruenta'. ⟨palla⟩ amictum significat, ut idem Maro ⟨Aen. VI 301⟩: 'horridus ex humeris nodo dependet amictus'.

110 REDEVNT I(N) P(ECTORA) N(ODI) redeunt ad duplicationem rettulit alterius nodi.

375 **111** ATROPOS HOS A(TQVE) I(PSA) N(OVAT) P(ROSERPINA) C(VLTVS) ut ostenderet Furiarum ministerio et Fatorum decreta compleri et Proserpinae uoluntatem. NOVAT nouos retexendo facit.

354–355 Thessaliam *scripsi*, thraciam ω, Atraciam *Vnger* || 355 ars *inserui* || 363 sitis **fπ**, *om.* **MmB** (*om.* sitis ... famesque **E**[1]) || **364** ET ... VENIT *seclusi, post Jakobi* || **370** palla *inseruit Jahnke* || **371** horridus] sordidus *Vergilius* | ex *om.* **mAp** || **373** redeunt *om.* **fm** || **376** *inser.* iusticiam *post* ostenderet **m**, -a **B**

112–113 TVM GEMINAS (QVATIT IRA MANVS) ut fratres utraque manu armaret. HAEC IGNE R(OGALI) / F(VLGVRAT) 380
(HAEC VIVO MANVS AERA VERBERAT HYDRO) ut Vergilius ⟨Aen. VI 570–572⟩:

'continuo sontes ultrix succincta f(lagello)
T(isiphone) q(uatit) i(nsultans) t(oruosque) s(inistra)
i(ntentans) a(ngues)'. 385

114 VT STETIT postquam stetit. PLVRIMVS longus. ut Vergilius ⟨georg. III 52⟩: 'plurima ceruix'. ARCE altitudine siue cacumine. CITHAERON mons Baccho sacer, ut Maro ⟨Aen. IV 302–303⟩:

'Baccho 390
orgia n(octurnusque) u(ocat) c(lamore) Cithaeron'.

115 CRINE V(IRENTI) uenenato siue anguibus texto, qui dicuntur sibilare. ut Vergilius ⟨Aen. VII 447⟩: 'tot Erinys sibilat hydris'.

116–117 VNDE OMNIS A(CHAEI) / O(RA) M(ARIS) L(ATE) (PE- 395
LOPEAQVE REGNA RESVLTANT) sicut Vergilius ⟨Aen. VII 514–515⟩:

'Tartaream intendit uocem, q(ua) p(rotinus) o(mne)
i(ntremuit) nemus e(t) s(iluae) i(nsonuere) profundae'. 400

PELOPEAQVE R(EGNA) [R(ESVLTANT)] regna Peloponnesum dicit et Argos. ut Vergilius ⟨Aen. II 193–194⟩:

'magno Pelopea ad m(oenia) b(ello)
u(enturam)'.

381 HAEC ... HYDRO *suppl.* **Fp** *Mombritius* || 383 succincta] ac- *Vergilius* || 388 Baccho] -i **MmA** || 392 qui **E**[1]**BO** *Vnger*, quia **Mm***π* || 401 RESVLTANT *seclusi* | Peloponnesum **fQG(Ove)k** *Mombritius*, -ia **M**[2] *Vnger*, -ium **E**[1]**m***π* || 404 u(enturam)] *abbr.* **MfQ**, *om.* **m**, -os *π*

405 **118** AVDIIT ET M(EDIVS) C(AELI) P(ARNASSVS) bene medius, quia umbilicus terrae Parnassus dicitur. nam cum Iuppiter medium mundi locum uellet agnoscere, ex ortu atque occasu duas aquilas dimisisse fertur, quae pari uolatu lapsae in Parnassi uertice consederunt. uel quod ca-
410 taclysmi tempore terrae fuerat discrimen et astris. ut Lucanus (V 75–76):

'hoc solum fluctu terras mergente cacumen
e(micuit) p(ontoque) f(uit) d(iscrimen) e(t) a(stris)'.

118–119 ASPER / EVROTAS asper, quod bello acres pro-
415 creet uiros, uel propter *μαστίγωσιν*, quibus uirtuti est in sacris caedi uerberibus sine corporis motu. Eurotas autem fluuius est Lacedaemoniae.

119–120 DVBIAMQUE I(VGO) (FRAGOR IMPVLIT OETEN / IN LATVS) dubiam Oeten dixit, quia inter Thessaliam et
420 Thraciam hic mons interiacet, ut, cuius esse uideatur, incertum sit. IMPVLIT hyperbole. quasi casuram impulit ac dubiam fecit.

120 ET GEMINIS V(IX) F(LVCTIBVS) O(BSTITIT) I(STHMOS) Cenchreis et Lechaeo, inter quos angusto tractu in mare
425 terra porrigitur, quam Isthmon poeta significat. huic contrarius *πορθμός*, quod Latine 'fretum' dicitur, inter uicinas terras angustum mare. unde Vergilius ⟨Aen. III 127⟩: 'et crebris legimus freta concita t(erris)'.

415 *μαστίγωσιν Lindenbrog*, martigos in ω || 417 Lacedaemoniae **ME**[1], laconie **fmBπ** *Mombritius* || 424 Cenchreis et Lechaeo *scripsi* (*iam* Cenchreis et Lechaei *Jahnke*, *ex* sinus Cenchrei et Lechaei *Vnger*), cencherei silethei ω || 426 *πορθμός*] prothinus ω, porthmos *corr. Mombritius*

[Isthmos dicitur terra angusta in mari. ut Lucanus ⟨I 101⟩: 'et gracilis medium mare separat Isthmos'.] 430

121–122 IPSA S(VVM) G(ENETRIX) (CVRVO DELPHINE VAGANTEM / ABRIPVIT FRENIS GREMIOQVE PALAEMONA PRESSIT) Leucotheam dicit et bene ipsam elegit hoc loco ponere, quae iam malum didicerat Furiarum. [et iucunde dictum pressit.] et a Thebanis numinibus non recessit, quae ue- 435 luti praescia magis metuunt patriae quam Furiarum sonitus perhorrescunt. et mire dicendo pressit affectionem maternam explicuit.

123–124 (ATQVE EA CADMEO PRAECEPS VBI CVLMINE PRIMVM) / CONSTITIT ut Vergilius ⟨Aen. IV 252–253⟩: 440

'hic primum paribus nitens C(yllenius) a(lis)
constitit'.

ASSVETAQVE I(NFECIT) N(VBE) P(ENATES) assueta .... nube solito furore, quia multa scelera facta erant Thebis.

125 PROTINVS A(TTONITI) F(RATRVM) S(VB) P(ECTORE) 445 M(OTVS) hoc est: statim perturbationes discordiarum esse coeperunt. figura hypallage: non attoniti motus, sed attonito sub pectore. ut Vergilius ⟨Aen. VI 268⟩: 'ibant obscuri sola s(ub) n(octe) p(er) u(mbram)'.

126 GENTILISQVE [A(NIMOS) S(VBIIT)] F(VROR) id est quali 450 furore illi fuerunt de terra progeniti, qui se ipsi interemerunt. et est eiusdem familiae maximum signum, ut in ⟨se⟩ suorum furerent more maiorum.

429–430 Isthmos ... Isthmos *seclusi* || **429** terra angusta] angusta terra **fm** || **434–435** et iucunde ... pressit *seclusi* || **450** GENTILISQVE] -ESQVE ω, *corr. Schindel* | A(NIMOS) S(VBIIT) *seclusit Schindel* || **453** se *inser.* **Fp** *Mombritius*

126–127 (AEGRAQVE LAETIS) / INVIDIA subiit inuidia fra-
455 trum animos, quae semper laetis rebus infesta est. ut Horatius ⟨epist. I 2, 57⟩: 'inuidus alterius ⟨macrescit⟩ rebus ⟨opimis⟩'.. ATQVE PARENS O(DII) M(ETVS) quia de timore semper odium nascitur. eos enim odio habemus quos timemus. ut Vergilius ⟨Aen. I 361–362⟩:

460 'conueniunt, quibus aut odium crudele t(yranni)
a(ut) m(etus) a(cer) e(rat)'.

127–128 (REGENDI) / SAEVVS AMOR ⟨saeuus⟩ fortissimus. aut certe proprie dixit, quia reuera saeuum est imperare uelle germano.

465 **130** SOCIISQVE COMES D(ISCORDIA) R(EGNIS) ut Lucanus ⟨I 92–93⟩:

'nulla fides regni s(ociis) o(mnisque) p(otestas)
i(mpatiens) c(onsortis) e(rit)'.

454 subiit **Mπ** *Mombritius*, subit **fmpGe** ‖ 456–457 macrescit, opimis *suppleuit* **π** ‖ **464** *post* germano *sequitur in* **E**[1] (*in marg.*) **BFp**, *post* regnum (524) *in* **π** (**Fp** *iterum* = **F′p′**): Hec p. Preceps (Princeps (*om.* Hec p.) **Fp**, *om.* **pGO**) Discordia in collegio namque duorum regum (*om.* Hec … regum **vek**) uix discordia abest, si unius (unus **vek**) regni simul iura gubernent (-et **vek**). nam semper alter ueretur ne se spreto alter singulariter eligatur (ob- **v**[ac]**ek**). hoc (hec **Fp**(c?)) enim inter Pompeium et Iulium (Caesarem *suppl.* **Q**, cae. **vek**) ciuile bellum mouit. et hoc est quod sequitur (*sic* **π**: *difficile in* **E**[1]**B** *legitur*), *quod ad u. 130 seclusit, ad uu. 153–154 in apparatum relegauit Jahnke* (sociisque (*om.* -que **GO**) comes (*add.* -que **cbR**) discordia regnis (-i **bR**) *add.* **π** *in loco posteriore*) ‖ **468** *post* e(rit) *sequitur in* **E**[3?]**Bπ**: ARDVA CERVIX (CERVI **ek**) DESCENDIT IN ARMOS secundum situm (ritum *proposuit Jahnke*) Italiae loquitur, ubi boues trahunt collo. nam dum nisu trahendi anteriora petunt, ceruix in armos (**φ**, armo **ψ**) reflectitur. (*sic* **π**: *difficile legitur in* **E**[3?]**B**)

138–139 (ALTERNI PLACVIT SVB LEGIBVS ANNI) / EXILIO M(VTARE) D(VCEM) ut altero regnante alter esset extra urbem in exilio constitutus et completo anno rediret ad regnum, et cui successum fuerat, iret in exilium rediturus anno completo. 470

139–140 SIC I(VRE) M(ALIGNO) / F(ORTVNAM) T(RANSIRE) I(VBENT) iniqua commutatione felicitatem imperii exilii infelicitate commutant. 475

143 NEC IN REGEM P(ERDVRATVRA) S(ECVNDVM) licet iniqua esset ista diuisio, tamen ad secundum regem peruenire non potuit, quia expleto anno cum Polynices repeteret regnum, negante Eteocle mota sunt bella. 480

144–146 ET NONDVM C(RASSO) L(AQVEARIA) F(VLVA) M(ETALLO) / (MONTIBVS AVT ALTE GRAIIS EFFVLTA NITEBANT / ATRIA CONGESTOS SATIS EXPLICITVRA CLIENTES) haec cum stomacho pronuntianda. Lucanus ⟨I 96–97⟩:

'nec pretium tanti tellus p(ontusque) f(uroris) t(unc) e(rat)'. 485

MONTIBVS [A(VT) A(LTE)] G(RAIIS) Lacedaemonio marmore et aliis Graeciae metallis. CONGESTOS S(ATIS) E(XPLICITVRA) C(LIENTES) id est condentia satis uenientium turbam. imitatus Vergilium, ut est ⟨georg. II 462⟩: 'mane salutantum totis uomit (a)e(dibus) u(ndam)'. (NONDVM … / … / ATRIA CONGESTOS SATIS) EXPLICITVRA (CLIENTES) large admissura, quae multos capere⟨n⟩t clientes et extendere⟨n⟩t, nondum erant. 490

487 A(VT) A(LTE) *seclusi* ‖ **489** condentia **M**, -ens **fE**[1]**mBπ** | uenientium] uenerantium *Vnger* ‖ **490** ut est *om.* **fm** ‖ **490–491** salutantum] -ium **Mm** ‖ **493** capere⟨n⟩t *corr. Jahnke* ‖ **493–494** et … erant *om.* **E**[1]**B** | extendere⟨n⟩t *corr. Jahnke*

495 **147–148** NON IMPACATIS REGVM (ADVIGILANTIA SOMNIS / PILA) quibus susceptus dormiat imperator habens circa atria semper armatos. et est sensus: non regum somnis impacatis pila uigilantia erant scilicet ad custodiam regum. ⟨ADVIGILANTIA ... / ... PILA⟩ pro ipsis qui uigilant.
500 dixit *μετωνυμικῶς*. [per id quod continet, id quod continetur.]

149–150 NEC CVRA M(ERO) C(OMMITTERE) G(EMMAS) / A(TQVE) A(VRVM) V(IOLARE) C(IBIS) nondum eis luxuria suaserat pocula habere gemmata, ut Vergilius ⟨georg.
505 II 506⟩: 'ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro'. committere autem mire dictum est quasi ad periculum: quae possent inter trepidantes ministros et semigraues uino conuiuas ...

150–151 (SED NVDA POTESTAS / ARMAVIT FRATRES PVGNA
510 EST) DE PAVPERE R(EGNO) Eteocli et Polynici, qui ciuilia bella gesserunt, dicit non esse idoneum regnum, propter quod fratres odia suscitauerunt. et exsequitur potentissima regna uaria descriptione.

152–153 DVMQVE VTER A(NGVSTAE) S(QVALENTIA) I(VGERA)
515 D(IRCES) / V(ERTERET) Boeotiam dicit. [ergo: dum uter squalentia arua uerteret ....] SQVALENTIA inculta, ut Vergilius ⟨georg. I 507⟩: 'squalent abductis arua

496 susceptus *Schindel*, suspectus **ω** || **498** erant **fmπ**, *om.* **ME¹B** | scilicet **f** *Lindenbrog*, sed **MmB**, subit **E¹**, si *Mombritius* || **499** ADVIGILANTIA ... PILA *scripsi* (*ex* pila uigilantia **f** *Jahnke*), *om.* **MmE¹Bπ** || **500** *μετωνυμικῶς Jahnke*, metonimicos **MfB Fp**, -nomicos **E¹mπ** || **500–501** per ... continetur *seclusi* || **508** *lacunam posui post* conuiuas, *inseruit* frangi *post* posset (*sic*) *Mombritius* || **512** exsequitur] -etur **Mf** || **515–516** ergo ... uerteret *seclusi*

colonis'. VERTERET araret, ut Vergilius ⟨georg. III 161⟩: 'et campum horrentem fractis i(nuertere) g(laebis)'.

153–154 ⟨AVT TYRII SOLIO⟩ NON ALTVS O(VARET) / ⟨EXSVLIS AMBIGITVR⟩ altus magnus. et est ordo: et dum ambigitur, uter fratrum ouaret in solio Tyrii exsulis hoc est Cadmi, qui a patre pulsus peracto exilio condidit Thebas. NON ALTVS quoniam modicum erat regnum. 520

154–155 PERIIT IVS F(AS)Q(VE) B(ONVM)Q(VE) / E(T) V(ITAE) M(ORTIS)Q(VE) P(VDOR) ius legum est, quia unus foedus laesit; fas hominum, quia fratres contra se arma sumpserunt; bonum, quia usque ad interitum pugnauerunt; et uitae m(ortis)q(ue) p(udor), quod mutuis periere uulneribus et cremati sunt rogorum discrepantibus flammis. 525 530

155–156 QVO TENDITIS IRAS / ⟨A MISERI⟩ apostropha ad fratres.

156–157 QVID SI PETERETVR C(RIMINE) T(ANTO) / ⟨LIMES VTERQVE POLI⟩ dicit non oportuisse a fratribus arma sumi nec si ideo pugnaretur, ut unus orbis imperium possideret, uel si caeli possessio peteretur. CRIMINE non dicam 'bello'. inter fratres enim uel leue odium crimen est. ⟨LIMES⟩ VTERQVE POLI utrumque complexus est mundi cardinem. nam sol oriens occasum respicit, cum occidit prospectat orientem. ut Lucanus ⟨I 15–16⟩: 535 540

522–523 Cadmi ... Thebas *post* dicit (515) *in* ω *in locum proprium post* Cadmi (*quod semel scripsi*) *restitui* || 523–524 NON ALTVS ... regnum *post* magnus (521) *transposuit Vnger* || 529 periere **ME**[1]**π**, -erunt **fmB** || 539 mundi **Mπ**, -um **fE**[1]**m** || 540 cardinem **Mπ**, carmine **fE**[1]**m**

'unde uenit Titan et nox u(bi) s(idera) c(ondit),
q(uaque) d(ies) m(edius) f(lagrantibus) a(estuat) h(oris)'.

545 **159–160** QVASQVE PROCVL T(ERRAS) O(BLIQVO) S(IDERE) T(ANGIT) / AVIVS utique sol auius quasi sine uia, quia ab hac mundi parte semotus est.

160–161 AVT BOREA G(ELIDAS) M(ADIDI)V(E) T(EPENTES) I(GNE) N(OTI) gelidas et tepentes septentrionalis et me-
550 ridianae plagae partes ostendit.

161–162 NON SI TYRIAE PHRYGIAE(QVE SVB VNVM) / C(ONVECTENTVR) O(PES) non si unus possideat opes Phrygias et Tyrias. opes autem Tyrias dixit, ut ostenderet Tyrios semper diuites fuisse, secutus Vergilium dicentem ⟨Aen.
555 I 363–364⟩:

'portantur auari
Pygmalionis opes'.

item Horatius ⟨carm. II 12, 22⟩: 'aut pingues Phrygiae Mygdonias opes'.

560 **162–164** LOCA DIRA ARCESQVE N(EFANDAE) / S(VFFECERE) O(DIO) F(VRIISQVE I(MMANIBVS) E(MPTVM) / (O)E(DIPODAE) S(EDISSE) L(OCO) declamatio, quae significat eas causas mouisse odia, quae restinguere debuissent. fugere enim debuerant hi fratres loca dira et sceptra Oedipi parricidae
565 potius quam ad haec bellorum crimina properarent.

166 VACVA CVM SOLVS IN AVLA non uere solus, sed quia is qui aliis est odio, pro turba est homo solus.

551 -VE SVB VNVM *suppleuit Mombritius, quod correxit A. Klotz p. 491* || 565 crimina **E**[1]**π**, -e **Mm** || 567 pro ... homo *et* qui ... odio *transposui*: odio solus] odiosus **M**[pc], odiosus (*corr. in* -os) eis **m** (solus *et* qui ... odio (*uel* odiosus) *transponere proposuit Schindel*)

168 ET NVSQVAM PAR STARE CAPVT id est tui consortem diadematis.

168–169 [IAM MVRMVRA SERPVNT] / P(LEBIS) E(CHIONIAE) Thebani populi. Echionis enim et Agauae filius Pentheus rex Thebanorum fuit. 570

169–170 TACITVMQVE A PRINCIPE VVLGVS / DISSIDET tacitum id est tacite, siue tacitum dixit timore perculsum.

170 ET QVI MOS POPVLIS VENTVRVS AMATVR hoc uult intellegi: non praesens diligitur Eteocles, sed desideratur futurus Polynices. 575

171–173 ATQVE ALIQVIS CVI MENS HVMILI L(AESISSE) V(ENENO) / S(VMMA) (NEC IMPOSITOS VMQVAM CERVICE VOLENTI / FERRE DVCES) utique unus ex plebe, cui erat mens laedendi summa. HVMILI...VENENO id est maledictionibus carpere meliores ut apud Homerum ... dicit autem illum locutum, cui mos erat in dignitate regia posito⟨s⟩ maleloquii ueneno perstringere et impositum iugum seruitutis indomita ceruice deicere. [cui est uotum uel modice laedere id est inuidere potentibus.] 580 585

173–174 HANCNE OGYGIIS AIT A(SPERA) R(EBVS) / F(ATA) T(VLERE) V(ICEM) Ogyges, ut Varro docet in libris de gente populi Romani ⟨frg. 5^{b} Peter (II p. 12); frg. 5^{b} (III 12) Semi⟩, rex fuit Thebanorum, sub quo primum diluuium factum est longe ante quam illud, quod sub Deucalione factum esse narratur. aut certe ab Ogygio uno terrigena, 590

568 PAR] PRE **f**π ‖ **570** IAM ... SERPVNT *seclusi* ‖ **582** *lacunam posui cum Mombritio, suppleuit* Thersites *Kohlmann. desintne uerba Homeri, forsitan Il. II 221–222?* ‖ **583** posito⟨s⟩ *corr. Mombritius* ‖ **584** perstringere **B**π, prae- **MfE**^{1}**m** ‖ **585–586** cui ... potentibus *seclusi* ‖ **592** Ogygio **E**^{1}π Mombritius, oggio **M**, agyo **m**

Thebanorum primo rege, a quo Thebani antiquas res 'Ogygias' nominabant, qui⟨a⟩ primus eis imperauit.

595 **174–175** TOTIENS M(VTARE) T(IMENDOS) / (ALTERNOQVE IVGO DVBITANTIA SVBDERE COLLA) quia uicissim placuerat imperare. illi, inquit, ut imperent uices mutant, nos seruitia non mutamus.

176 [PARTITI] V(ERSANT) P(OPVLORVM) F(ATA) id est sub im-
600 perio et dicione habent.

176–177 MANVQVE F(ORTVNAM) F(ECERE) L(EVEM) id est contemptibilem. ⟨ut:⟩ ⟨frg. ignoti quod non inueni⟩ 'nam Fortuna solet reges facere et exsules'. isti fecerunt ut circa reges ... et exsules ea fortuna seruetur, ut ex illorum
605 uoluntate constitutum sit quando debeant exilium petere, quando ad imperium remeare. itaque in illis Fortuna, quae semper solet esse dubia, non habet potestatem, quippe cum de futuris certi sint. et ipsi regunt fata populi, dum excluserunt fortunam.

610 **177–178** SEMPERNE V(ICISSIM) / E(XSVLIBVS) S(ERVIRE) D(ABOR) quia semper dux erat mutandus exilio. et licet sit grauis omnis seruitus, grauior tamen est quae subiacet indignis. VICISSIM rerum omnium mutabilitate aut uice seruiendi. nam uere uicem (u. 174) pro 'poena' posuit.

615 **179** SOCIIS propter Harmoniam, quae fuit Martis et Veneris filia.

180 SEDIT placuit.

181–183 EX QVO SIDONII (NEQVIQVAM BLANDA IVVENCI /

594 qui⟨a⟩ *corr. Schindel* || **599** PARTITI *seclusi* || **602** ut *inserui* || **618** NEQVIQVAM BLANDA IVVENCI *suppleuit Mombritius*

PONDERA CARPATHIO IVSSVS SALE QVAERERE CADMVS / EXSVL HYANTEOS INVENIT REGNA PER AGROS) non Sidonius iuuencus, sed Sidonium pondus. de Sidone enim fuit Europa, quam pater Agenor Cadmo inquirendam mandauit. ille cum pererrasset mare Carpathium id est Aegyptium – nam Carpathus insula est inter Aegyptum et Rhodon – cum nec sororem reperire potuisset, secundum praecepta patris in exilio remansit et duce Apolline peruenit ad Thebas Boeotiae, quas Hyanteas uocant a Nympha quae illic colitur. 620 625

⟨**184** FRATERNASQVE ACIES⟩ ut Horatius ⟨epod. VII 17–18⟩: 630

'acerba fata Romanos premunt
scelusque f(raternae) n(ecis)'.

⟨FETAE TELLVRIS HIATV⟩ eo quod illic draco fuerit, cuius seuit dentes.

186 CERNIS VT E(RECTVM) T(ORVA) (SVB) F(RONTE) M(INETVR) ad Iouem hoc aut ad aliquem de plebe, quasi Eteoclen ostendat, eloquitur. 635

188 QVAS GERIT O(RE) M(INAS) aut ore loquitur cum superbia aut minas gerit in facie.

⟨**189** HICNE VMQVAM PRIVATVS ERIT⟩ ubique iam hoc que- 640

620–621 Sidonius iuuencus *Lindenbrog*, -ii -i ω || **629** FRATERNASQVE ACIES *scripsi pro* AVGVRIVM S(EROS) D(IMISIT) A(D) V(SQVE) N(EPOTES) (*u. 185*) **M** (*om. schol.* **f**, *glossam profert* **m**, *om.* S. D. A. V. N. π) || **629–634** ut ... necis *et* eo...dentes *transposui* || **631** premunt] agunt *Horatius* || **633** FETAE TELLVRIS HIATV *inserui*, FRATERNASQVE ACIES *Jahnke cum* **f** | fuerit **MB**π, fuit **fmG** || **635** SVB *scripsi* (S. *suppleuit Jahnke*) || **640–642** ubique ... seruitutis *post* subaudimus *in* ω *ad locum restituit Schindel et lemmate* HICNE ... ERIT *instruxit*

ritur, quod nemo succedit, cum superius ⟨uu. 173 sqq.⟩ uices gemeret seruitutis.

190 MITIS ET A(FFATV) B(ONVS) (ET PATIENTIOR AEQVI) 'erat' subaudimus. et dicit Eteoclen quondam circa rogantes
645 fuisse clementem, quae laus imperatoris est maxima. quae omnia dicit esse conuersa, quia successor exclusus est. ⟨AFFATV BONVS ET PATIENTIOR AEQVI⟩ qui iustitiam pateretur et esset in sermone communis.

191 QVID MIRVM N(ON) S(OLVS) E(RAT) ideo bonus, quia
650 non erat solus.

191–192 NOS VILIS I(N) O(MNES) / P(ROMPTA) M(ANVS) C(ASVS) ut Vergilius ⟨Aen. XI 372⟩: 'nos animae uiles'.

192 CVICVMQVE non lecto.

193 QVALITER H(INC) G(ELIDVS) B(OREAS) optima compara-
655 tio: ignotae rei descriptio per similitudinem notae. et egregie rempublicam naui iactatae tempestatibus simulat, sicut Tullius ⟨pro S. Rosc. 51⟩: 'ad gubernacula rei publicae' et Horatius ⟨carm. I 14, 1–2⟩:

'o nauis, referent in mare te noui
660 fluctus?'

† etiam ita et iste † facit comparationem contra artem poeticam. nam comparatio a persona Boreae debet in-

644 Eteoclen] *Lactantius* ille (= *Polynices*) *non recte comprehendit* ‖ **648** communis (*cf. clausulam*)] comis **Ovek** *Lindenbrog* (*propter abbreuiaturam* cois *de lectione codicum saepissime ambigitur*) ‖ **651** VILIS ψ *Mombritius*, -ES **M** (*ex* -IES) φ, VINO (*pro* VILIS IN OMNES) **f** ‖ **657–658** rei publicae] rem -am ω ‖ **661** etiam ita et iste *obelis distinxi*, etiamsi et istam *Schindel* ‖ **662** Boreae *Vnger*, poetae ω

duci. similes uentos fratribus comparauit, nauim reipublicae, cum bellis ciuilibus turbaretur.

196 HIC IMPERAT I(LLE) M(INATVR) id est imperat Eteocles, quia fidem fregit, minatur Polynices, quia amisit imperium. et necesse est populis Thebanorum sub unius imperio duorum timere saeuitiam, quoniam alter speratur uenire. [aut generaliter explicuit: modo hic, modo ille.] 665

197–198 RAPIDI SVPER A(TRIA) C(AELI) / L(ECTVS) C(ONCILIO) D(IVVM) C(ONVENERAT) O(RDO) concilium deorum describit. rapidi autem caeli uolubilis, ut Vergilius ⟨georg. I 92⟩: 'rapidiue potentia solis'. ATRIA CAELI poetice, ut est ⟨Aen. X 1⟩: 'domus omnipotentis Olympi'. 670

199 INTERIORE P(OLO) id est secretiore, ut Vergilius ⟨Aen. IV 494–495⟩: 675

'tu secreta p(yram) t(ecto) i(nteriore) s(ub) a(uras) e(rige)',

siue medio, ut ab ortu et occasu conuenturis numinibus spatiorum esset aequa distantia, quasi ad quoddam caeli secretum numinum ordo conueniat. SPATIIS H(INC) O(MNIA) I(VXTA) ut ostendat ad eum caeli locum numina conuenisse, cui iuxta sunt omnia, id est unde sic uideantur omnia tamquam iuxta. ergo medium caeli locum dixit. 680 685

200 PRIMAEQVE O(CCIDVAE)Q(VE) D(OMVS) orientis occasusque loca describit.

200–201 EFFVSA S(VB) O(MNI) / T(ERRA) A(TQVE) V(NDA) D(IE) effusa patens. SUB OMNI ... DIE sub omni caelo.

663 similes *Vnger*, simul **ω** | nauim **Mπ**, -em **fE**[1]**BFp** || **668** timere **QfpO**[2] *Mombritius*, temnere **ω** || **669** aut ... ille *seclusit Jahnke*, et necesse est ... modo ille *Schottky*

690 **201–202** MEDIIS SESE A(RDVVS) I(NFERT) / I(PSE) D(EIS) ⟨ipse⟩ id est Iuppiter. ⟨ARDVVS⟩ ut Vergilius ⟨Aen. VII 784⟩:
'toto uertice supra est'.
MEDIIS ut idem ⟨Aen. X 117⟩: 'caelicolae medium quem
695 ad limina ducunt'.

203–205 (NEC PROTINVS AVSI) / CAELICOLAE VENIAM D(ONEC) P(ATER) I(PSE) S(EDENDI) / (TRANQVILLA IVBET ESSE MANV) hoc est: donec Iuppiter protenta manu hortaretur. VENIAM ... SEDENDI id est beneficium. ut Vergilius ⟨Aen.
700 I 519⟩: 'orantes ueniam'.

205–206 (TVRBA VAGORVM) / SEMIDEVM qui in inferioribus zonis degunt, id est qui nec mortales nec superi sunt. ET SVMMIS C(OGNATI) N(VBIBVS) A(MNES) secundum Lucretium, qui ⟨VI 476 sqq.⟩ dicit ex sudore terrae nebulas
705 oriri, ex nebulis nubes, ex nubibus pluuias, e quibus amnes augentur. hinc Vergilius ⟨Aen. VIII 64⟩: 'caelo gratissimus amnis'. dicit enim occulto tractu aquas in caelum reuerti et inde in nubibus imbrem esse.

207 ET COMPRESSA METV S(ERVANTES) M(VRMVRA) V(ENTI)
710 ut Vergilius ⟨Aen. VII 27–28⟩:
'tum uenti posuere omnis⟨que⟩ repente r(esedit) f(latus)'.

209–210 RADIANT M(AIORE) S(ERENO) / (CVLMINA) quasi serenitas caelo maior illuxerit.

691 ARDVVS *inseruit Vnger* || **693** uertitur arma gerens (tenens *Vergilius*) et *ante* toto *addidit Mombritius, condemnauit Vnger* || **701** in *om.* **Mf**, *om., inser. super lineam* E[1] || **711** -que *suppl.* **QO**^{pc}**v ek** *Jahnke*

213 ET VOCEM F(ATA) S(ECVNTVR) quasi, quicquid dixerit Iuppiter, fata sint. ut Lucanus ⟨V 92–93⟩: 715

'siue canit fatum, seu, quod iubet ille, c(anendo) f(it) f(atum)'.

214–215 TERRARVM DELICTA N(EC) E(XSVPERABILE) D(IRIS) / I(NGENIVM) M(ORTALE) Q(VEROR) ⟨delicta⟩ quae homines deliquerunt. DIRIS Furiis, unde et Furiae Dirae sunt appellatae. queritur ergo Iuppiter de hominum peccatis, quos dicit superasse se malis. nam fortiores illos dicit esse ad committenda peccata quam se ad uindicandum, et commemorat, quae mala commiserint. 720 725

215–216 QVONAM VSQVE N(OCENTVM) / E(XIGAR) I(N) P(OENAS) hoc est: quousque cogor laborare, dum suppliciis criminosos afficio.

216–218 (TAEDET SAEVIRE CORVSCO / FVLMINE) IAM PRIDEM C(YCLOPVM) O(PEROSA) F(ATISCVNT) / B(RACCHIA) (ET AEOLIIS DESVNT INCVDIBVS IGNES) hyperbole. dixerat uti fulminibus non libere. addidit augmentum, ut dicat deesse fulmina. Cyclopes enim fatigati sunt suggerendo fulmina. ergo hoc taedet et quod intulit desunt. fatiscunt autem lassata sunt. ET AEOLIIS DESVNT I(NCVDIBVS) I(GNES) ad fulmina fabricanda negat ignem posse sufficere. 730 735

219–222 ATQVE A(DEO) T(VLERAM) F(ALSO) R(ECTORE) S(OLVTOS) / S(OLIS) E(QVOS) (CAELVMQVE ROTIS ERRANTIBVS VRI / ET PHAETHONTEA MVNDVM SQVALERE FAVILLA / NIL ACTVM) deest 'patienter': ⟨ADEO⟩ ut mundum Phaethon incendio concremaret. SOLVTOS SOLIS EQVOS non sine 740

717 ille] illa **Mm** || **741** ADEO *inserui*

frenis, sed, quia regi non poterant, licenter errantes. ROTIS ERRANTIBVS quasi a legitimo cursu deuiantibus. ET PHAE-
745 THONTEA M(VNDVM) S(QVALERE) F(AVILLA) Phaethon, Solis et Clymenae filius, patrem currus petiuit. quos cum regere non potuisset, fulmine est praecipitatus in Padum. dicit ergo Iuppiter nil illud incendium profuisse, quo humanum genus emendari non potuit.

750 **222–223** NIL ACTVM NEQVE T(V) V(ALIDA) Q(VOD) C(VSPIDE) L(ATE / I(RE) P(ER) I(LLICITVM) P(ELAGO) G(ERMANE) D(EDISTI) id est: nec illud profuit ad emendationem humani generis, quod diluuium factum est. Neptunus enim impulsu cuspidis coegit excedere fluctus litorum legem et uniuer-
755 sas terras obruere. dicit ergo Iuppiter nihil emendationi humani generis ⟨profuisse⟩ supplicia, cum nihilominus peccare non desinant.

224–225 [NVNC] G(EMINAS) [P(VNIRE)] D(OMOS) (QVIS SANGVINIS AVCTOR / IPSE EGO) duas familias significat Theba-
760 norum et Argiuorum, quorum se originem dixit existere, id est Argiuorum a Perseo – Perseus autem Iouis et Danaae filius fuit – Thebanorum per Cadmum, qui ab Epapho ex Iouis origine uenit. constat ergo utrique genti Iouem esse auctorem.

746 Clymenae] -es **fmb**^{pc} *Lindenbrog* | patrem **ME**^{1}**π**, -is **fm BO** | petiuit **Mπ**, -iit **fE**^{1}**B** || 748–749 dicit ... potuit *post* deuiantibus (744) *in* **ω** *ad locum restitui* || 748 quo] quod *Schindel* || 749 emendari **Mπ**, -re **fE**^{1}**mB** || 756 profuisse *inser.* **π** *Mombritius* || 758 NVNC *et* P(VNIRE) *seclusi* || 761–762 Danaae] damnes **Qvek**, Danaes **π** *Mombritius* || 762 thebis *inser. post* Cadmum **E**^{1}**m** || 762–763 ab Epapho] per -um **fπ** | ducit a ioue *inser. post* per epaphum **f**, qui ab epapho genus ducit a ioue *post* auctorem **B** || 763 ex **MA**, et **fE**^{1}**m**, qui a **Q**, et a **Fp**, a **ψ** | origine ... ergo *om.* **f** (*om.* ex Iouis **f**)**E**^{1}**m**

225 PERSEOS [ALTER IN ARGOS] Perseos pro 'Perseios', 765
principale pro deriuatiuo, atque ideo media syllaba producta est, quamuis et alio ordine produci posse uideatur, ut ⟨Aen. I 611⟩: 'Ilionea petit d(extra)'. nam paenultima huius nominis longa est, quae secundum communem regulam breuis esse debuerat. 770

229 MALA G(AVDIA) M(ATRVM) aut propter Agauen, quae parricidio suo insana gaudebat, aut propter Iocastam, quae cum filio laeta concubuit.

230 ERRORESQVE F(EROS) N(EMORVM) Athamantis scilicet, qui furiata mente cum Learchum filium iugularet, leo- 775
nem se putauit occidere.

230–231 ET RETICENDA D(EORVM) / C(RIMINA) et hoc *ἀμφίβολον*: aut quae homines in deos commiserunt aut quae dii irrogauere mortalibus. si hominum in deos, haec sunt:
Niobe Latonae, Pentheus Libero, Semele Iunoni; uel 780
propter Tantalum, qui uolens deorum mentes inquirere Pelopem filium suum diis posuit epulandum. quae a Pentheo inlata sunt in Liberum, Ouidius ⟨met. III 511 sqq.⟩ refert.... haec enim deorum crimina.

231 VIX LVCIS SPATIO V(IX) N(OCTIS) A(BACTAE) ut Vergilius 785
⟨Aen. I 374⟩: 'ante diem clauso c(omponet) V(esper) O(lympo)'.

765 PERSEOS ALTER IN ARGOS *Mombritius* (ALTER IN ARGOS *seclusi*), PERSEOS ALTER **m**, PERSEOS IN ARGOS **π** (*leg.* AGROS **ψ**), *om.* **M** (*om. schol.* **f**) || 766 deriuatiuo **Bπ**, di- **ME**[1]**mp** || 768 d(extra) *om.* **E**[1]**mp** || 782–784 quae a Pentheo ... refert *post* crimina *in* **ω** *ad locum restitui, van de Woestijne ut interpolatum seclusit* || 783 Ouidius **M**, ut ouidius **E**[1]**mπ** (*om.* quae ... refert *et* haec ... crimina **f**) || 784 *lacunam ante* haec enim *posuit van de Woestijne*

233 IMPIVS HERES Oedipum dicit, qui matris gremium ut incestaret appetiuit.

790 **235** PROPRIOS MONSTRO R(EVOLVTVS) I(N) O(RTVS) nomine usus est pro aduerbio, id est: monstro pro 'monstrose'. ⟨REVOLVTVS IN ORTVS⟩ quia reuocauit semina in ortus suos.

237 PROIECITQVE DIEM induxit sibi caecitatem, ut cito
795 uindicta sequeretur.

237–238 AETHERE NOSTRO / (VESCITVR) id est luce quam nos largimur. ut est (Aen. I 546–547):

'uescitur aura
aetheria.'

800 **238** FACINVS SINE MORE facinus separandum, ut sit irascentis exclamatio. SINE MORE inusitatum, sine exemplo.

239 CALCAVERE OCVLOS insultauere caecitati patris.

239–240 IAM IAM RATA V(OTA) T(VLISTI) / (DIRE SENEX)
805 apostropha ad ipsum Oedipum. † RATA sensu uocis regentem. †

244 ADRASTVS SOCER qui pro genero Polynice pugnauit. atqui adhuc non erat socer, sed quia deus est, futura praedicit.

789 appetiuit **Mf**, -iit **E**[1]**mBπ** || **792** REVOLVTVS IN ORTVS *inserui* || **798–799** uescitur aura aetheria] aetheria uescitur aura ω, *quod correxit Jahnke* || **801** inusitatum *scripsi ex* -e *Schindel*, iniuste ω || **804** IAM[1] *om.* **M** || **805–806** RATA ... regentem *obelis distinxi. locus desperatus.* RATA VOTA, rata uocem sensu regente *Vnger*, ratas sensu uoces ferentem *Schindel*; *an* senem, rata uota ferentem *proponam?* || **805** uota *inser. post* rata **F**(**B**?) *fr. Thurnianum* π

244–245 (SVPERIS) ADIVNCTA SINISTRIS / (CONVBIA) adiuncta pro 'adiungenda'. nondum enim adiuncta erant. SINISTRIS infensis numinibus et contrariis, quia morituri sunt. 810

246–247 NEQVE ENIM ARCANO D(E) P(ECTORA) F(ALLAX) / T(ANTALVS) (ET SAEVAE PERIIT INIVRIA MENSAE) reddit causas, cur etiam Argiuos uelit euertere: scilicet propter Tantali scelus, qui decipere se credidit deos quando epulandum his apposuit filium, uel quod epulando cum diis secreta eorum mortalibus prodidit. ob quod facinus dignas apud inferos poenas soluit. [fallax autem quia deorum prodebat consilia.] 815 820

248 SAVCIA pro 'sauciata'.

249 (FLAMMATO VERSANS) INOPINVM (CORDE DOLOREM) ⟨inopinum⟩ quod Thebarum gaudebat exitio de suis urbibus iam secura. 825

250–251 MENE O IVSTISSIME DIVVM / (ME BELLO CERTARE IVBES) inuidiose se pro Argis dixit. ut Vergilius ⟨Aen. I 250⟩: 'nos, tua progenies'.

251–253 SCIS SEMPER VT ARCES / CYCLOPVM (MAGNIQVE PHORONEOS INCLVTA FAMA / SCEPTRA VIRIS OPIBVSQVE IVVEM) quia semper Iuno fauit Argiuis, ut Vergilius ⟨Aen. I 24⟩: 'prima quod ad Troiam p(ro) c(aris) g(esserat) A(rgis)'. Cyclopum autem aut quas Cyclopes fecerunt 830

810–812 SINISTRIS ... adiuncta erant *ex* atqui ... praedicit *confectum iudicauit A. Klotz p. 507* || **811** enim *om.* **fπ** || **820–821** fallax ... consilia *seclusi* || **824** quod **MG**, quia f, quo **E**[1]**mπ** | exitio] exilio **ω**, *corr. Vnger* || **831** fauit] -et **fπ** || **833** autem aut **mFp** *Mombritius*, autem **ME**[1]**π**, aut **f** (*glossa incipit ab* aut **B**)

aut magni ac miri operis. nam quicquid magnitudine sua
835 nobile est, Cyclopum manu dicitur fabricatum.

252 MAGNIQVE PHORONEOS [I(NCLVTA F(AMA)] rex Argiuorum, qui primus dicitur Iunoni templa dicasse et sacrificiorum instituisse sollemnia.

253–255 (LICET IMPROBVS ILLIC) / CVSTODEM PHARIAE
840 S(OMNO) L(ETOQVE) I(VVENCAE) / (EXSTINGVAS) Argum [ergo] describit, quem Mercurius dicitur occidisse. ⟨SOMNO LETOQVE⟩ bene prius somno. nam hic, qui centum habebat oculos, nisi somno oppressus non poterat occidi.

845 **255** EXSTINGVAS perimas. [bene exstinguas, quia anima ignis est. ut Terentius in Adelphis ⟨u. 314⟩: 'primo ipsi seni animam exstinguerem' et Vergilius ⟨Aen. VI 730⟩: 'igneus est ollis uigor'.] SAEPTIS ET TVRRIBVS AVREVS INTRES Acrisius, pater Danaes, oraculum accepit ⟨eum⟩
850 causam mortis sibi futurum, qui ex filia nasceretur.... sed

834 ac] aut **fm** || **836** INCLVTA FAMA *seclusi* (*om.* **fπ**) || **840–844** Argum ... occidisse *et* bene ... occidi non poterat *in* **ω**, *ut proposuit A. Klotz p. 507, transposui* (*alias* Argum ... occidisse *interpolatum iudicandum credidit*) || **841** ergo *seclusi, om.* **M** *Jahnke* || **842** SOMNO LETOQVE *inserui* | hic **M** *Jahnke*, homo **fmE**[1] **Bπ** || **843–844** non poterat occidi *corr. A. Klotz*, occidi non poterat **ω** || **845** EXSTINGVAS, exstinguas] RE-, re- **ω**, *corr. A. Klotz p. 494* || **845–848** bene ... uigor = *Don. Ter. Adelph. 314*[1] (*excepto* ut Terentius ... exstinguerem) *an ex Donato deriuatum fuisset quaesiuit Wessner* (*sicut ad V 728 VII 645*); *seclusi* || **849** Danaes] danae (= Danaae) f, *forsitan recte* | eum *inserui* || **850** futurum **π**, -am **MfE**[1]**mB** | *lacunam posuit Jahnke, quam per* unde sollicitus ... uigiles *ex Myth. Vat. II 110* (*non ad uerbum ex Lactantio Placido deriuato*) *explendam credidit; lacunam alias expleuit* **Q**: natam suam turri enea clausit ne uirum cognoscere posset custodesque apposuit qui eam ab omni coitu prohiberet. Non tamen ita sibi probe cauere potuit quin in fatum incideret.

Iuppiter conuersus in aurum uitiauit Danaen. ex quo coitu Perseus natus dicitur, qui Acrisium obiecto Gorgonis capite conuertit in saxum.

256–257 MENTITIS IGNOSCO TORIS (ILLAM ODIMVS VRBEM / QVAM VVLTV CONFESSVS ADIS) id est: non irascor illi ciuitati ubi mutatus adulteria commisisti. cum aliis enim maiestate dissimulata concumbis, ad Semelen uero professus numen intrasti. 855

257–258 VBI CONSCIA MAGNI / SIGNA TORI T(ONITRVS) A(GIS) hoc est: quibus mecum coire consuesti. tonitrus genere masculino protulit. 860

258 MEA FVLMINA TORQVES id est: insignia matrimonii mei, quae debui sola sentire, uel mihi soli nota et mihi tantum obnoxia. MEA FVLMINA physicum est. nam simplici ratione si intellegis, uxorem respicis. ceterum fulmen esse sine aere non potest, quia ipse aer Iuno est. etenim si non fuerint nubes aere collisae, fulmen nullum est. ut Lucanus ⟨I 151⟩: 'qualiter expressum uentis p(er) n(ubila) f(ulmen)'. MEA FVLMINA hoc secundum pontifices, qui aiunt certa cuique fulmina deo ascripta, in quibus ⟨Iunoni⟩ et Mineruae. 865 870

260 QVIN AGE figurate: concedimus, quod fieri nolumus. ut Vergilius ⟨georg. IV 329⟩: 'quin age et ipsa manu felices erue siluas'.

261–262 ET SAMON ET VETERES ARMIS E(XSCINDE) M(YCE- 875

851 aurum] imbrem aureum **fQ** *Lindenbrog* (*ex schol. ad VI 287, ut uidetur*) || **854–855** ILLAM ... VRBEM *suppleuit Schindel, cui* QVAM ... ADIS *addidi* || **867** fulmen nullum] nullum fulmen **fm** || **869** MEA *om.* **M** | est *inser. post* hoc **m** *Mombritius* || **871** ⟨Iunoni⟩ *inserui*; *cf. Seru. Dan. Aen. I 42* || **873** ipsa] ipse **mπ**

NAS) / V(ERTE) S(OLO) S(PARTEN) Samos et Mycenae atque Sparta, Graeciae ciuitates, Iunoni sacratae sunt. Samos etiam cara Iunoni; haec enim prima Iunonis nuptias uidisse dicitur. ideo cara insula attestante Vergilio ⟨Aen.
880 I 16⟩: 'posthabita coluisse Samo'. Spartam uero dixit ciuitatem Laconicae regionis.

262 SANGVINE FESTO uictima sacrificiorum.

263 TVRIS EOI id est Sabaei. ut Vergilius ⟨Aen. I 416–417⟩:

885 'centumque Sabaeo
t(ure) c(alent) a(rae)'.

265 COPTOS ciuitas Mareotica Aegypti, in qua Io uersa in Isidem colitur, cuius sacris sistro celebratis Nilus exaestuat. AERISONI LVGENTIA F(LVMINA) N(ILI) de sacris
890 Isidis tractum, quia prouentum fructuum quaerunt Aegyptii usque ad ueros planctus. nam irrigatio Nili supra dictorum fletibus imploratur. siue l u g e n t i a dicit propter Osirin, quem planctibus quaerunt et inueniunt; eundemque Solem dicunt. a e r i s o n i ait: aeris sonum dantis
895 propter sistrum.

267 SVBVENIT in mentem uenit.

269 FVRIAS pro criminibus posuit et peccatis ut illud ⟨Aen. I 41⟩: 'furias Aiacis O(ilei)'.

274–275 ILLIC MAVORTIVS AXIS / OENOMAI Elidem dicit et
900 Pisas, ubi Oenomaus regnauit, rex crudelissimus.

876 Samos *Mombritius*, -o ω, -us **vek** || **877** Sparta **Mf**, -e **E**[1]**m** **Bπ** || **878** etiam] enim **E**[1]**π** || **897–898** ut ... O(ilei) *om.* **fm**, et peccatis ut ... O(ilei) *om.* **B** || **899** Elidem **QROk**[ac] *Jahnke*, -en ω (*forsitan legendum* Elin)

275–276 GETICOQVE PECVS STABVLARE SVB HAEMO / DIGNIVS id est: equi digni erant stabulari in Scythia, ubi equi Diomedis erant, qui humana carne pascebantur.

282 [MELIVS] GENEROS [PASSVRA] NOCENTES Polynicen per patris incestum et Tydeum, qui fratrem suum Toxeum occiderat. 905

288–289 ⟨MVLTA SVPER THEBIS ...⟩ AVSVRAM[QVE] DIONEN / ⟨DICERE⟩ Veneris matrem dicit sollicitam futuram propter Harmoniam, Veneris et Martis filiam, Cadmi uxorem. 910

294 REGNIS[QVE ILLAPSVS] OPACIS umbrosis, sine sole.

296–298 ⟨QVEM ... NONDVM / VLTERIOR LETHES ACCEPIT RIPA PROFVNDI⟩ / LEGE EREBI quia dicuntur inhumatorum animae multis errare temporibus.

299–300 ⟨ARGOLICISQVE⟩ TVMENTEM / ⟨HOSPITIIS⟩ iactantem se exilio propter cognationem Adrasti. et hoc quasi deus ad eum dicit, nam futura sunt haec. 915

305 OBNVBITQVE COMAS ET TEMPERAT A⟨STRA⟩ G⟨ALERO⟩ ordo est: obnubit comas galero et temperat astra, quasi uniuscuiusque dei caput astrum sit. igitur obnubit, obscurat, ne nudo capite descendens terras fulgore percute- 920

902 equi] equi qui **fπ** | stabulari] -re *Vnger* || **904** MELIVS *et* PASSVRA *seclusi* | N. *inser. inter* PASSVRA *et* NOCENTES **Mf** || **905** Toxeum] ⟨Menalippum ut quidam auunculum suum⟩ Thoantem *uel* ⟨Menalippum, sicut Peleus⟩ Phocum *A. Klotz pp. 502–503,* Toxeum *defendit van de Woestijne, cf. Apollod. I 8,1, ubi Toxeus filius Oenei dicitur* || **907** -QVE *seclusi* || **911** -QVE ILLAPSVS *seclusi* || **915–916** iactantem **(f?)π** *Lindenbrog,* lactantem **M(E¹?)mApb**, laetantem *Mombritius* || **916** nam futura sunt haec *suspectum* || **920** dei] diei **Mf**

ret. TEMPERAT uel quia benefica stella Mercurii malefica-
rum temperat flammas, uel – certe occulte – nobis
exponit quinque plagas caeli ex istis constare sideribus:
925 Saturni, Iouis, Martis, Mercurii, Veneris. Saturni frigida
est id est nocens, ut ⟨georg. I 336⟩: 'frigida Saturni s(ese)
q(uo) s(tella) r(eceptet)', Martis calida, Mercurii frigida,
Iouis et Veneris temperatae. ergo quia per mediam zo-
nam uolabat, Iouis et Veneris uicina sidera frigido trans-
930 itu temperabat. GALERO pilleo. ut Vergilius ⟨Aen.
VII 688⟩: 'fuluosque lupi de pelle galeros'.

306 TVM DEXTRAE VIRGAM INSERVIT ut Vergilius ⟨Aen.
IV 242⟩: 'tum uirgam capit'.

306–307 QVA PELLERE DVLCES / A(VT) S(VADERE) I(TERVM)
935 SOMNOS mortis somnos dulces dixit, nam in uita dulces
non sunt. ut Cicero ⟨phil. frg. F IX 17 Müller⟩: 'hoc iter
uitae tam confragosum putamus, [ui]tam plenum iniuria-
rum ac miseriarum atque laborum' et Vergilius ⟨Aen.
VI 721⟩: 'quae lucis miseris tam dira cupido?'

940 **309** DESILVIT cum saltu descendit. ut ⟨Aen. X 453⟩: 'desi-
luit Turnus biiugis'. TENVIQVE EXCEPTVS I(NHORRVIT)
A(VRA) tenui … aura, qua mortales fruuntur. [nam ae-
ther crassior est.] inhorruit autem, quia ab aere calido
ad aerem frigidum descendit. alii inhorruit ad strido-
945 rem referunt alarum.

311 CARPIT transit. DESIGNAT NVBILA GYRO quasi more
auium, ut uolatus ipsius uideretur esse descensus, siue

928 temperatae *scripsi*, -a ω ‖ **937** [ui]tam *corr.* π *Jahnke* ‖
938 atque] et **fm** ‖ **942–943** nam … est *glossam suppositiciam ad*
tenui, *seclusi* | aether … est] aer … est aethere π *Mombritius*

gyrum irim dicit, nam ipsa est transitus deorum. transitus enim nubium necesse est ut leuem concitet rorem. nubilum autem ex transitu numinum fit et astrorum 950 motu. sol uero cum aduersam tetigerit radiis nubem aquosam, irim facit.

312 OLIM VAGVS EXSVL quia superius ⟨uu. 164–165⟩: dixit:

'iam sorte carebat 955
dilatus Polynicis honor'.

hinc ergo incipit poeta describere, quemadmodum exsul ad Adrastum peruenerit.

313 FVRTO clam. exsulem enim nisi furtim non licebat eos fines attingere, quibus fuerat expulsus. 960

314 AONIAE Thebanae regionis.

314–315 (ANIMIS) MALE DEBITA REGNA / (CONCIPIT) non 'indebita' sed male debita, ut ⟨Aen. IV 8⟩ 'male sana', dixit, quae esset proeliorum incommodis petiturus. aut certe male concipit animo regna sibi debita, quae sciebat 965 germanum nunquam redditurum sponte.

315 SIGNIS CVNCTANTIBVS tarde procedentibus. ad desiderium rettulit spem gerentis.

316–317 (TENET VNA DIES NOCTESQVE RECVRSANS) / CVRA VIRVM ⟨recursans⟩ ad cogitationem eius rettulit, non 970 ad diem.

948 nam ... deorum *post* facit (952) in ω *ad locum restituit Schindel* || **948–950** transitus[2] ... motu *locum prorsus confusum, ut uidetur, non intellego* || **950** numinum] nubium *Mombritius* || **961** Thebanae] -i(a)e **mBAp** || **963** ut male sana *ante* sed male debita *in* ω *transposui* || **970** recursans *inseruit Mombritius*

⟨**317–319** SI QVANDO HVMILEM DECEDERE REGNO / GERMANVM ET SEMET THEBIS OPIBVSQVE POTITVM / CERNERET⟩ id est: si regni cupiditas ad finem ...

975 **319** HAC AEVVM CVPIAT PRO LVCE PACISCI id est: pro illo die, quo cupit se uidere regnantem, libenter totius uitae suae offert tempora. ut Vergilius ⟨Aen. V 230⟩: 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

320–321 NVNC QVERITVR CEV TARDA FVGAE D(ISPENDIA)
980 (SED MOX / ATTOLIT FLATVS DVCIS) descriptio hominis anxii: nunc superbiam secum regnantis reputat fratris, modo uotis erigitur in regio spiritu.

321–322 SEDISSE SVPERBVS / (DEIECTO IAM FRATRE PVTAT) sibi effectum uoti frustra gaudebat.

985 **323** (LONGO) CONSVMIT GAVDIA V(OTO) semper optando regnum consumit gaudium. de rebus enim inopinatis magis laetamur quam de his, quae semper mente tractauimus.

324 TVM SEDET INACHIAS VRBES (DANAIAQVE ARVA) sedet
990 placet, ut ⟨Aen. II 660⟩ 'sedet hoc animo'. Inachias sine praepositione: ad Inachias urbes, ad arua ⟨Danaia⟩ [campi] id est Argolica. ut ⟨Aen. VII 286⟩ 'Inachiis sese

972–973 SI ... CERNERET *inserui* || **974** id est ... finem] *pars, ut uidetur, scholii a π omissa et in editionibus (praeter Vngeri) suppressa, post quam lacunam posui* | ad] habeat (*sine lacuna*) *Vnger* || **980** SED ... DVCIS *suppleuit Schindel* || **991–992** ad arua ... Argolica] *om. Lindenbrog,* DANAAEIAQVE ARVA campi id est agricolae *Mombritius* || **991** Danaia (*ex* Danai *Jahnke*) *inserui,* Inachi *proposuit Jahnke* || **992** campi *seclusi, om. Jahnke*

referebat a(b) A(rgis)'. [DANAIAQVE ARVA Danaus et Aegyptus fratres fuerunt. Danao fuit uirilis sexus quinquaginta numerus filiorum, e diuerso Aegypto par numerus 995
filiarum. uoluit ergo Danaus fratris filias liberis suis matrimonio sociare. ⟨at⟩ Aegyptus oraculo cognouerat, quod generi sui manibus interiret. iussit ⟨ergo⟩ filiabus, ut sponsos occiderent. sola Hypermestra, dum ceterae facinus perpetrassent, Lynceo pepercit.] 1000

325 ET CALIGANTES ABRVPTO S(OLE) M(YCENAS) de Atreo et Thyeste notissima historia est, quod alter alterius liberos interfecit, quo aspectu Sol dicitur refugisse. abrupto autem sole dixit subducto lumine et a cursu suo reuocato.

326 FERRE ITER IMPAVIDVM non iter ⟨impauidum⟩ sed 1005
ipse impauidus.

326–328 (SEV PRAEVIA DVCIT ERINYS) SEV FORS ILLA VIAE / SIVE HAC IMMOTA VOCABAT / ATROPOS hoc est: illud iter aut furor suasit aut casus aut fatum. PRAEVIA dux uiae. praeuii enim dicuntur duces uiarum. 1010

328 (OGYGIIS) VLVLATA FVRORIBVS ANTRA in quibus Liber pater colitur ululatu Baccharum. VLVLATA participium sine uerbi substantia ut 'regnata', 'triumphata', 'nupta'.

329 (PINGVES) BACCHEO SANGVINE COLLES ⟨Baccheo ...

993–1000 DANAIAQVE ... pepercit *seclusit Schottky* || **993** *post* ARVA *inser.* campi id est agricolae *Lindenbrog* || **993–994** Aegyptus Q *Mombritius*, egistus ω || **995** Aegypto Q *Mombritius*, egisto ω || **997** at *inseruit Schottky*, et **p** *Mombritius* | Aegyptus Q *Mombritius*, -egistus ω || **998** ergo *inseruit Mombritius* || **1005** impauidum *inseruit Mombritius* || **1007–1010** PRAEVIA ... uiarum *ante* SEV ... fatum *in* ω *transposui*

1015 sanguine⟩ sanguine, quem perempto Pentheo Agaue mater effudit. ⟨COLLES⟩ Cithaeronem significat, ubi se Bacchae secant in honorem Liberi. ut Vergilius ⟨Aen. IV 303⟩: 'orgia nocturnusque u(ocat) c(lamore) C(ithaeron)'.

1020 **330–332** [INDE] PLAGAM (... / ... / PRAETERIT) ⟨plagam⟩ id est regionem. descriptio itineris illius. QVA MOLLE SEDENS (IN PLANA) id est: qua paulatim tumores collium in planum relaxans. MOLLE pro 'molliter'.

⟨**331** PORRIGITVR⟩ ubi in campum effunditur nimis 1025 extensum. LASSVM(QVE INCLINAT AD AEQVORA MONTEM) utique fluctibus caesum, uel quia in hanc partem deuexus uires amiserit in excelsa crescendo.

332 ARTE anguste, siue doctrina, hoc est quadam sollertiae leuitate, iter faciens. PENDENS quicquid enim in 1030 praecipiti stat, uidetur pendere. nam qui per angustias ardui montis incedit, quasi pendeat, eminus cernentibus sic uidetur.

333 INFAMES SCIRONE (PETRAS) 'notas' dixit infames, ut est ⟨Horat. carm. I 3,20⟩ 'infames scopulos Acrocerau-1035 nia'. hic Sciron hospites suos uel transeuntes saxo residens cogebat pedes sibi lauare et eos ex improuiso praecipitabat, quem tamen Theseus dicitur peremisse. SCYLLAEAQVE RVRA Megaram significat ciuitatem, in qua Nisus regnasse dicitur crinem purpureum atque fatalem

1016 COLLES *inserui* || **1021** descriptio ... illius *post* Baccharum (**1012**) *in* ω *ad locum restituit Schindel* || **1024** PORRIGITVR *inserui* || **1026** caesum] exesum *coni. Lindenbrog* || **1026–1027** deuexus **mBπ**, di- **MfE**[1] || **1027** crescendo *scripsi*, -i ω || **1030** angustias] -tas **Mf** || **1033** PETRAS *inseruit Mombritius* (**P. fm**)

habens, quem dormienti patri Scylla filia secuit. nam ut Vergilius utrumque monstraret, ⟨georg. I 405⟩ ait: 'et pro purpureo poenas dat Scylla capillo'. item alibi ⟨ecl. VI 74–75⟩: 1040

'quid loquar aut Scyllam Nisi [aut] quam fama secuta est 1045
c(andida) s(uccinctam) l(atrantibus) i(nguina) m(onstris)'.

334 MITEMQVE CORINTHON tranquillam siue otiosam.

335 IN MEDIIS AVDIT D(VO) L(ITORA) C(AMPIS) Isthmon significat, qui inter duo maria sit constitutus, ut Horatius ⟨carm. I 7, 2–3⟩: 1050

'bimarisque Corinthi
moenia',

id est inter Ionium et Aegaeum describit Corinthum positam ciuitatem. 1055

336–337 IAMQVE PER EMERITI SVRGENS CONFINIA PHOEBI / (TITANIS) a re militari, quasi et sol die[i] militare uideatur. EMERITI occidentis. confinia (Phoebi) bene dixit, quia iuxta ipsum oritur. quomodo emeritos dicimus † simili labore donatos †, sic et emeritus sol occidens dicitur post laborem, cui noctis astra succedunt, ut 1060

1041 utrumque **m** *Mombritius*, -amque **Mπ** || **1042** item] idem *Vnger* || **1044** aut *seclusi*, *om. Vergilius* || **1048** tranquillum, otiosum **ω**, *corr. Vnger* (*iam* tranquillam **m**) || **1050** qui **π** *Mombritius*, quod **ω** | maria sit] sit maria **ME**[1] | constitutus Mombritius, -um **ω** || **1052** -que] -ue *Horatius* | Corinthi *om.* **mπ** || **1057** die[i] *Caviglia in ed. ad loc.* || **1058** EMERITI] et meriti **Mf** || **1059** surgit *inser. ante* oritur *Vnger* || **1060** simili labore donatos *obelis distinxi*, senili languore damnatos *Vnger*, milites rude donatos*?*

Vergilius ⟨Aen. V 70⟩: 'emeritaeque exspectant praemia palmae'.

337 TITANIS Luna. ut Vergilius ⟨Aen. VI 725⟩: 'lucentem-
1065 que globum l(unae) T(itania)q(ue) a(stra)'. sic autem Titan et Titanis dicitur, quemadmodum Phoebus et Phoebe. [MVNDO] SVBIECTA superiecta, ut Vergilius ⟨Aen. XII 287–288⟩:

'et corpora saltu
1070 subiciunt in equos.'.

338 TENVAVERAT AERA BIGA bene tenuauerat, quia diei aer crassior est, noctis tenuis.

339 IAM PECVDES V(OLVCRES)Q(VE) T(ACENT) sic Vergilius ⟨Aen. IV 525⟩: 'cum tacet omnis ager, p(ecudes) p(ic-
1075 tae)q(ue) u(olucres)'.

339–340 IAM SOMNVS AVARIS / INSERPIT CVRIS auaris indefessis. auarus enim animus difficile fatigatur. ut Horatius ⟨carm. III 29,61⟩: 'addunt auaro diuitias mari'.

340 NVTAT pendet.

1080 **341** LABORATAE ... VITAE per laborem peractae.

342–343 SED NEC PVNICEO R(EDITVRVM) N(VBILA) C(AELO) / (PROMISERE IVBAR) hoc uult poeta monstrare: serenum diem non contigisse Polynici. nec enim ulla serenitatis signa promiserat solis occasus. puniceo ergo 'sereno' di-
1085 xit. ut Vergilius ⟨georg. I 453⟩: 'caeruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros'.

344 (LONGA REPERCVSSO) NITVERE CREPVSCVLA PHOEBO

1062 emeritaeque exspectant] meritaeque -ent *Vergilius* || **1067** MVNDO *seclusi*

crepusculum dicitur, quod inter diei finem est et exordium noctis. unde et 'decrepiti' senes dicuntur esse iam prope occasum salutis et initium mortis. utrumque enim 1090 tempus ostendit: et diei initium et extremum noctis. ⟨REPERCVSSO ... PHOEBO⟩ quia praecedentis solis radii percutiuntur a crepusculo, id est ab extrema parte noctis.

345 DENSIOR A TERRIS densiorem noctem nebulam dicit, quod quando ima petunt nebulae, [serenitas est, quando 1095 altum,] sine dubio imbres futuros ostendunt. ET NVLLI PERVIA FLAMMAE quam neque solis neque aurorae ualeat flamma penetrare.

346–347 [IAM CLAVSTRA] RIGENTIS / (AEOLIAE) frigidae, quia prope est ubi habitant uenti. 1100

347 PERCVSSA SONANT certamine uentorum exire uolentium.

350 [DVM] CAELVM pro nubibus posuit.

352–353 SICCO QVOS ASPER HIATV / P(RAESOLIDAT) B(OREAS) physicam rationem secutus est. nam si primo 1105 Auster pluuias faciat, mox sequitur Boreas et easdem aut in niuem aut in grandinem mutat. inde Ouidius ⟨met. IX 220⟩: 'utque ferunt imbres gelidis concrescere uentis' id est gelari.

353–354 NEC NON ABRVPTA TREMESCVNT / FVLGVRA corus- 1110 cationes enim quasi ruptis nubibus tremunt. fulgura a fulgore dicta sunt.

1092 REPERCVSSO ... PHOEBO *scripsi pro* siue crepuscula *in* ω (sole repercusso *Jahnke*) || **1095–1096** serenitas ... altum *seclusi* || **1099** IAM CLAVSTRA *seclusi* | AEOLIAE *inseruit Lindenbrog* || **1103** DVM *seclusi*

354 (ATTRITVS ...) RVMPITVR (AETHER) quasi ex collisione nubium.

1115 **355** [IAM] NEMEA palus iuxta Cleonam, Graeciae ciuitatem, ubi Hercules leonem uicit. ut Lucanus ⟨IV 612⟩: 'ille Cleonaei proiecit terga leonis'. notandum autem, quod nomen 'a' littera terminatum longum est. Latinitas hoc non habet, sed ideo, quoniam Graecum est nomen, 1120 in eo melius Graeca ratio considerabitur.

355–356 CONTERMINA LVCIS / (... CAPITA) confinia atque uicina his lucis montium Argiuorum.

356 ARCADIAE CAPITA ALTA MADENT quinque montium cacumina Arcadiae regionis ostendit id est Cyllenii, Lycaei, 1125 † Licorionis, Agolionis †, Maenali, RVIT festinat impetu exire. ut Vergilius ⟨Aen. I 83⟩: 'qua data porta, ruunt'. AGMINE multitudine aquarum. ut Vergilius ⟨georg. I 322⟩: 'ruit agmen aquarum'.

357 INACHVS fluuius regionis Argiuae. ERASINVS fluuius. 1130 ⟨AD ARCTOS⟩ in septentrione⟨m⟩.

358–359 CALCANDAQVE FLUMINA (NVLLAE / AGGERIBVS

1113 AETHER *suppleuit Mombritius* || **1115** IAM *seclusi* || **1117–1120** notandum ... considerabitur *interpolatum iudicauit A. Klotz pp. 509–510* || **1120** eo *scripsi*, quo ω || **1121–1122** CONTERMINA ... Argiuorum *ante* notandum ... considerabitur *in* ω *transposuit Lindenbrog, iam* **B** || **1121** CAPITA *suppleuit Schindel* || **1124** Cyllenii *scripsi* (Cylleni v[2?] *Lindenbrog*), quillei ω || **1125** Licorionis (*uel* ly-) **mBt**, *obelis distinxi*, lycononis **M**, licorianis **f**, lycoronis **π** (Licornis **b**[ac]**Ovek** *Mombritius*) | Agolionis] Arg- **O** *Mombritius, obelis distinxi* || **1128** ut *inser. ante* ruit **Mπ** | ruit] uenit *Vergilius* ||**1130** AD ARCTOS *suppleuit A. Klotz p. 488* | septentrione⟨m⟩ *corr. A. Klotz* || **1131** CALCANDAQVE] CALCATAQVE *A. Klotz p. 494, quod reprobauit Hill ad loc.* | NVLLAE *suppleuit Mombritius*

TENVERE MORAE) si his fluminibus, quae ante aquae penuria calcabantur hoc est pedibus transiri poterant, riparum aggestiones opponeres, quo minus effunderentur, nullam faceres moram. 1135

359 REFVSA commota, ut Vergilius ⟨Aen. I 126⟩: 'stagna refusa uadis'.

360 (VETERI SPVMAVIT) LERNA (VENENO) lacus est apud Argos, in quo Hydram superasse Hercules dicitur. ait ergo in hoc stagno tantam uim undarum fuisse ut iterum ue- 1140 neno scatere uideretur. notandum autem quod ueteri dixit, cum omne nomen generis neutri quod in '-us' exit numquam nisi 'e' littera terminetur, ut 'pecus pecore', 'nemus nemore'.

362 BRACCHIA SILVARVM ramos arborum dixit. ut Vergi- 1145 lius ⟨Aen. VI 282⟩: 'in medio ramos annosaque bracchia pandens'.

362–363 NVLLISQVE ASPECTA PER AEVVM / SOLIBVS hoc est: inuisa soli multis temporibus. ut est ⟨Aen. VIII 195⟩: 'solis inaspectam radiis'. 1150

363 VMBROSI P(ATVERE) A(ESTIVA) L(YCAEI) euersis scilicet arboribus ⟨Lycaei⟩, montis Arcadiae, aestiua patuerunt. aestiua autem dicuntur pecorum stabula tempore aestatis umbrosa.

364 FVGIENTIA dilabentia. 1155

1135 faceres **MQψ** *Lindenbrog*, feceras **fE**[1]**mBφb** (*u. l. superscr.*), -at (*leg.* opponens) *Mombritius* || **1140** undarum] hydrarum *Vnger* || **1141–1144** notandum ... nemore *interpolatum iudicauit A. Klotz p. 509* || **1147** pandens] -it *Vergilius* || **1150** inaspectam] inaccessam *Vergilius* || **1152** Lycaei *inseruit Lindenbrog*

365 NVBIGENAS qui pluuiis augerentur, ut ⟨Theb. I 206⟩: 'et summis cognati nubibus amnes'.

366 AVRE PAVENS auditu timens. ut Vergilius ⟨Aen. II 728–729⟩:

1160 'sonus excitat omnis
suspensum'.

⟨**366–367** RAPTAS / PASTORVM PECORVMQVE DOMOS⟩ ut Vergilius ⟨georg. I 483⟩: 'cum stabulis a(rmenta) t(ulit).'

367 NON SEGNIVS id est non segnior.

1165 **368** [PER] NIGRA SILENTIA terribilia.

369 HAVRIT ITER consumit. METVS VNDIQVE ET VNDIQVE FRATER aut cuius solius timet insidias aut cuius inuidet regno. haurit ergo accipit, id est: terribile iter oculis, auribus, et omni percipit sensu et ubique sic terretur, tam-
1170 quam ubique sit frater. ut est ⟨Cic. Catil. I 18⟩: 'quicquid increpuerit, Catilinam timeri'.

370 HIBERNO PONTO tempestuoso. ut Vergilius ⟨Aen. I 125⟩: 'emissamque ⟨hiemem⟩ sensit Neptunus' id est tempestatem.

1175 **371** [CVI NEQVE] TEMO PIGER pigrum Temonem septentrionem dixit, qui nunquam mergitur. ut Vergilius ⟨georg. I 246⟩: 'Arctos oceani metuentes ae(quore) t(ingi)'.

1156 augerentur] augentur **M**^{pc} *Mombritius* || **1162–1163** ut ... t(ulit) *post* nemore (**1144**) *in* ω *ad locum restituit et cum lemmate* RAPTAS ... DOMOS *pro* RAPIVNT ANTIQVA P(ROCELLAE) / B(RACCHIA) S(ILVARVM) *in* ω *instruxit Schindel* || **1165** PER *seclusi* || **1170** ubique] ibi **M** *Vnger* || **1172** tempestuoso **Qvek** *Vnger*, -iuo ω || **1173** hiemem *inseruit* π (*post* censit **QO**, *post* Neptunus **AFp**) || **1175** CVI NEQVE *seclusi*

373 MALIGNIS latentibus siue dubiis. ut Vergilius ⟨Aen. VI 270⟩: 'sub luce maligna'.

376 TALIS OPACA (LEGENS NEMORVM) id est qualis nauta timens, tamen sine ulla segnitie uir fortis ingressum iter emetiebatur. 1180

377–379 VASTO METVENDA VMBONE (FERARVM / EXCVTIENS STABVLA ET PRONO VIRGULTA REFRINGIT / PECTORE) ⟨umbone⟩ pro clipeo, a parte totum. FERARVM EXCVTIENS STABVLA id est siluas. nunc clipeo ferarum lustra discutit, nunc pectoris impulsu. 1185

379 DAT STIMVLOS ANTIMO V(IS) M(AESTA) T(IMORIS) id est: nimium timendo non timet. sic enim tunc time[n]t, dum non time[n]t. ut Cicero ⟨pro Mil. 2⟩: 'non timere sine aliquo timore possumus'. VIS (MAESTA) TIMORIS tristitia est. 1190

380–382 DONEC AB INACHIIS (VICTA CALIGINE TECTIS / EMICVIT LVCEM DEVEXA IN MOENIA FVNDENS / LARISSAEVS APEX) ⟨Inachiis⟩ Argiuis, ab Inacho fluuio. dicit tam diu errasse Polynicen, quam diu de Inachiis tectis id est de Argiua ciuitate uictis tenebris lux emicuisset. [de ciuitatis arce, quae Larissa nominatur] non nos autem debet confundere, quod et Thessaliae ciuitas Larissa dicitur. haec enim, quam nunc commemorat, arx est ciuitatis Ar- 1195 1200

1188 sic] si **Mf** | tunc ... dum] nunc ... tum *Vnger* (*locus, ut uidetur, corruptus*) || **1189–1190** time[n]t *bis correxit Vnger, iam* **Qk**, -et[1] **A** || **1190** non] ne non *Cicero* | timere **fQ** *Cicero*, -ri **ω** *Mombritius* | quidem *post* timere *Cicero* || **1191** possumus] -imus **O** *Cicero Mombritius* | MAESTA *inseruit Lindenbrog*, .n. *Mombritius* || **1197–1198** de ... nominatur *seclusi*

giuae. [quae Larissa dicitur] (EMICVIT LVCEM) DEVEXA IN MOENIA FVNDENS quasi imaginem lucis accipere debeas. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 280⟩: 'deuexo interea propior fit Vesper Olympo'. DEVEXA in latere montis posita.
1205 [LARISSAEVS APEX arx ciuitatis Argiuae, ut est superius adnotatum.]

382–383 ILLO SPE CONCITVS O(MNI) / E(VOLAT) id est ad illam partem, unde, posteaquam lumen emicuisse uidit, desiit timere.

1210 **383** IVNONIA TEMPLA P(ROSYMNAE) Prosymna ciuitas est, ubi colitur Iuno.

384 LAEVVS HABENS sinistro latere praeteriens.

384–385 HINC HERCVLEO SIGNATA VAPORE / L(ERNAEI) S(TAGNA) (ATRA VADI) ⟨hinc⟩ ad dextrum latus Lernae
1215 stagna. HERCVLEO VAPORE SIGNATA ⟨signata⟩ quasi in famam dimissa. si ueram quaeramus historiam, Lerna palus fuit, quae cum frequenter siccaretur ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit uenas terrae incendio posse praecludi atque ideo, postquam exhausit eam,
1220 ignem adhibuit, et si qua unda prorumpebat, obstruxit. nam Hydram monstrum fuisse fabula ⟨est quae⟩ *ἀπὸ τῶν ὑδάτων* nomen obtinuit.

1201 quae ... dicitur *seclusi* | EMICVIT LVCEM *suppleuit Schindel* || 1202 quasi ... debeas *non intellego*; debeas *Schindel*, -at ω || 1205–1296 LARISSAEVS ... adnotatum *seclusi* || 1212 id est *inser. ante* sinistro **Mf** || 1215–1216 in famam **M**, infamia **fE**[1]**mBπ** || 1221 fabula ⟨est quae⟩ *ἀπὸ τῶν ὑδάτων Schindel, quod exempli gratia in textu recepi*, apothonydaton fabula ω | *ἀπὸ τῶν ὑδάτων* **QbR** *Duebner*, apothonydaton ω, *ἀπὸ τοῦ ὕδατος Lindenbrog* || 1222 nomen] nomine *Vnger* (= *ἀπὸ τῶν ὑδάτων?*)

385–386 TANDEMQVE R(ECLVSIS) / I(NFERTVR) P(ORTIS) signum est pacificae ciuitatis.

386 ACTVTVM confestim. ut Terentius ⟨Adelph. 634⟩: 1225
'aperite aliquis actutum'.

389 (INVITAT) TENVES A(D) D(VRA) C(VBILIA) S(OMNOS) ⟨tenues⟩ leues. subtiliter: in paupere magnus est somnus. Lucanus ⟨V 505–506⟩:

'in quorum pectora somno 1230
dat uires fortuna minor'.

Iuuenalis ⟨I 16–17⟩:

'consilium Sullae dedimus, priuatus ut altum
dormiret'.

390 REX IBI TRANQVILLE M(EDIO) D(E) L(IMITE) V(ITAE) id 1235
est tunc, cum esset aetatis mediae.

391 ADRASTVS Talai filius et Eurynomes.

392 DIVES AVIS hoc est a maioribus nobilis. ut Vergilius ⟨Aen. VII 56⟩: 'auis atauisque potens'. VTROQVE IOVEM DE SANGVINE DVCENS paterni maternique generis nobilita- 1240
tem explicuit.

393 HIC SEXVS MELIORIS INOPS ut Vergilius (Aen. VII 50–51):

'filius huic fato diuum prolesque uirilis
nulla fuit'. 1245

1228 subtiliter **M**(**E**[1])**φ**, -les **fBKψ** || **1233** Sullae dedimus] dedimus Sullae *Iuuenalis traditio ut uidetur optima* | Sullae] sille **ω**, *corr. ex Iuu. Jahnke* || **1236** esset aetatis mediae] aetatis esset mediae **M**, esset mediae aetatis **f** || **1244** filius **M**, *om.* **mKπ** (*om. schol.* **fB**)

400 AEGRESCIT CVRA PARENTIS aegritudinem indicat. ut Vergilius ⟨Aen. XII 46⟩: 'aegrescitque medendo'. hoc est: responsi quidem nesciebat euentum, cura autem torquebatur ancipiti.

1250 **401–402** ECCE AVTEM ANTIQVAM FATO CALYDONA RELINQVENS / ⟨OLENIVS TYDEVS⟩ Calydon [Pleuron] et Olenos ciuitates sunt Aetoliae, unde fuit Tydeus. atque ideo modo Olenium dicit, modo Calydonium ⟨II 476⟩. [modo Pleuronium.] hic autem Tydeus fratrem suum Toxeum
1255 interemit. moris autem fuit antiqui, sicut etiam Homerus ⟨Il. XXIV 480–482⟩ dicit, ut reus homicidii exsularet. ergo Tydeus conscius parricidii dimisit paternum regnum et casu eadem nocte iisdem confectus imbribus, quibus Polynices, Argos uenit. Calydona[m] uero urbem esse Ae-
1260 toliae Vergilius loquitur dicendo ⟨Aen. VII 307⟩: 'quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydona merentem'.

402–403 FRATERNI SANGVINIS ⟨.../CONSCIVS HORROR⟩ quia occiderat auunculum suum Thoan⟨tem⟩, Althaeae

1251 Pleuron *Vnger*, -os ω, *seclusi* || **1253–1254** modo Pleuronium *seclusi*: *nusquam, ut iam Heuvel ad 401 notat*, Pleuronium *Tydeus designatur* (*sed cf. Theb. II 727*) || **1254** Toxeum *Vnger ex scholio ad I 282*, focum ω (*fratrem* Toxeum *fuisse in his duobus locis legimus*, Melanippum *in scholiis ad I 402* (*interpolato, ut uidetur*), *et II 113*). *scholia ad I 401–402 et 402–403 sese contradicere est euidentissimum*: *quid scripserit Lactantius et quid sit interpolatum, nescio* || **1259** Calydona[m] *corr.* **Q** *Jahnke* || **1263** Thoan⟨tem⟩ Althae-] *Vnger* (Thoantem **Fp** *Mombritius*), toasa altere **M**^{pc}, thoasa (*supra rasuram* **Q**) altee **M**^{ac}**Q**, toa saltem **fAψ**, t(h)oasa altem **mKt**, teo saltem (**E**^{1}?) (*matrem* Althaeam *fuisse et hic et in scholio ad I 669 legimus*, ⟨P⟩eriboeam (*ut correxi*) *in scholio ad I 41*

matris fratrem, uel, ut quidam uolunt, Apharea. [manifestius tamen est, quod Melanippum fratrem suum, dum uenatur, occidit.] 1265

403 AGIT insequitur. EADEM SVB NOCTE pari tempestate uexatus.

404 LVSTRA hoc est ferarum cubilia.

405 LIQVENTIA distillantia. 1270

406 VNO TEGMINE tecti scilicet, quo Polynices.

408 RABIEM litem.

409–410 (HAVD PASSI SOCIIS) DEFENDERE NOCTEM / (CVLMINIBVS) prohibere iniuriam tempestatis non passi sunt. ut Vergilius ⟨Aen. X 905⟩: 'hunc, oro, defende furorem' id est prohibe. 1275

410 ALTERNIS (IN VERBA) mutua uice uerborum. ⟨ALTERNIS⟩ aduerbium pro 'inuicem'.

411 IACTIS SERMONIBVS quasi qui uulnus facerent. ut Sallustius ⟨Iug. 11, 5⟩: 'Iugurtha inter alias res iacit'. 1280

413 EXSERTARE nudare. ut ⟨Lucan. II 543⟩: 'exserta manus uesana Cethegi'. NVDAM sine ferro.

1264 matris fratrem] fratrem matris **m**, -em maris **K** || **1264–1266** manifestius ... occidit *quod scholium praecedens contradicit, seclusi.* manifestius tamen est = *μᾶλλον εἰκὸς δ' ἐστί secundum A. Klotz, qui de scholio minime dubitauit*; *cf. de aliis locis quos ex exemplaribus Graecis deriuatos crediderunt A. Klotz p. 521 François Bidez et Cumont ad III 476–477 684–685 IV 516–517 V 434–435 475 VII 340–342 730–732 VIII 58–59 XII 510–511* || 1265 Melanippum *Vnger*, menalippum **ω** || **1278** ALTERNIS *inserui* || **1281** id est *inser. ante* nudare **mK** | exserta] -ique *Lucanus*

414 CELSIOR ILLE GRADV (PROCERA IN MEMBRA) Polynices pedibus longior et membris decorus.

1285 **415** INTEGER ANNORVM id est iuuentute firmissima. Vergilius ⟨Aen. IX 255–256⟩:

'atque integer aeui
Ascanius'.

417 MAIOR IN EXIGVO REGNABAT CORPORE VIRTVS ut Ver-
1290 gilius ⟨georg. IV 83⟩: 'ingentis animos angusto i(n) p(ectore) u(ersant)'. uiribus ergo compensauit, quod proceritatem natura non cessit, ut paruo corpori ingens robur infunderet.

419–420 TELORVM AVT GRANDINIS INSTAR / R(IPHAEAE)
1295 telorum propterea, quod uulnera infligebant, grandinis, quod assidue. RIPHAEAE id est Scythicae. Riphaeus mons Scythiae, in quo semper nimiae tempestates sunt. ut Vergilius ⟨georg. III 382⟩: 'Riphaeo tunditur Euro'.

420 FLEXOQVE GENV duplicato, quod Graeci *διπλοῖς γόνα-*
1300 *σιν* uocant.

421–422 NON ALITER QVAM PISAEO S(VA) L(VSTRA) T(ONANTI) / (CVM REDEVNT) Pisae ciuitas Elidis, ubi Olympica corona est, hoc est: ubi agon in honorem Olympici Iouis celebratur finito quinquennio.

1305 **422** CRVDIS ... SVDORIBVS duris aut magnis siue uehementibus.

1291–1292 proceritatem *Schindel*, -i, ω, -e *Vnger* || 1297 Scythiae **vek** *Lindenbrog*, tracie ω || **1299–1300** *διπλõις γόνασιν proposuit Jahnke*, dyplogonatin ω, *διπλογόνασιν Jahnke in textu suo* (*δυπλογόνασιν Lindenbrog*), dyplon *Mombritius*, *διπλοῦν γόνασιν Vnger* || 1303 Olympici] -iaci **f**[ac]**E**[1]**m**

423–424 TENEROS (CAVEAE DISSENSVS) EPHEBOS / (CONCITAT) ⟨teneros⟩ imprudentes. [CAVEAE DISSENSVS] id est: fauor populi dissidentis instigat ephebos. et expressit fauentum studia. 1310

424 EXCLVSAEQVE EXPECTANT PRAEMIA MATRES sacrorum lege prohibitum est Olympicum certamen spectare mulieres.

425–426 (ALACRES ODIO) NVLLAQVE CVPIDINE LAVDIS / (ACCENSI INCVRRVNT) non pecunia aut praemii nimietate 1315 certabant, nec laudis auidi; solius erat uirtutis contentio.

426 [INTIMA] VVLTVS genetiuus est singularis.

430 IVVENIS THEBANE apostropha ad Polynicen.

433–434 MAGNIS CVI SOBRIA CVRIS / (P(ENDEBAT) S(OMNO) I(AM) D(ETERIORE) S(ENECTVS) pendebat sollicita erat. ut 1320 Vergilius ⟨Aen. VI 614⟩: 'suspensi poenam exspectant'. SOMNO IAM DETERIORE quia ⟨in⟩ ingenti cura minor est somnus. ⟨SENECTVS⟩ deficiente calore sanguinis minimum quietis senectus capit. ordo: cui magnis curis pendebat ⟨sobria⟩ senectus. 1325

435 NVMEROSA LVCE cum multis lampadibus.

1308 CAVEAE DISSENSVS *seclusi* || **1314–1315** ALACRES ODIO, ACCENSI *suppleuit Schindel* || **1315** pecunia] -ae *Vnger* || **1316** nec *scripsi pro* sed ω (sed ⟨ne⟩ laudis ⟨quidem⟩ *Schindel*) | auidi] -is **M**[pc] *Vnger* | contentio *Lindenbrog*, in- ω || **1317** INTIMA *seclusi* || **1321** suspensi] inclusi *Vergilius* || **1322–1323** quia ... somnus *post* somnus (*sic*) (**1325**) *in* ω *ad locum restituit Schindel* || **1322** in *inser.* **O** *Mombritius* || **1323** SENECTVS *inseruit Mombritius* || **1323–1324** minimum **MQF** (mīmū (?) **p**), nimium **M** (*uaria lectio*) **fE**[1]**BKAψ** || **1325** sobria *inserui* | senectus *scripsi*, somnus ω

439–440 EXTERNI IVVENES (NEQVE ENIM MEVS AVDEAT ISTAS / CIVIS IN VSQVE MANVS) ⟨iuuenes⟩ alterius generis. ⟨EXTERNI⟩ ut Vergilius ⟨Aen. III 42–43⟩:

1330 'non me tibi Troia externum tulit'.

talis est ergo sensus: externi estis, o iuuenes, nam ciuis meus nunquam usque adeo litis suae audet finem extendere ut transferat in manus furorem. aut certe illud uult
1335 magis intellegi: tantam ciuium suorum metu regis esse formidinem ut nullus audeat manu litem conserere.

442–443 (VSQVE ADEONE) ANGVSTA DIES (ET TRISTE PARVMPER / PACEM ANIMO SOMNVMQVE PATI) ⟨angusta dies⟩ ad discordiam conserendam. TRISTE tristis res.
1340 (PARVMPER) PACEM ANIMO (SOMNVMQVE PATI) ⟨ordo:⟩ et animo triste est pacem paulisper pati. adeo dies uestrae pugnae non suffecit, ut noctem quieti non daretis?

443 PRODITE dicite.

444–446 (NAM VOS) / HAVD HVMILES (TANTA IRA DOCET GE-
1345 NERISQVE SVPERBI / MAGNA PER EFFVSVM CLARESCVNT SIGNA CRVOREM) ut Vergilius ⟨Aen. IV 13⟩: 'degeneres animos timor arguit'. quisquis enim timet in certamine, degener est. econtra qui imperterritus fuerit, generosi sanguinis indolem profitetur.

1350 **447** OBLIQVA TVENTES id est: inuicem se iuuenes male obliquis oculis intuentes.

1329 EXTERNI *inserui* || 1332 ergo sensus **M**, ordo **fE**[1]**mBKπ** || 1334–1336 aut certe ... conserere *post* externum tulit (1331) *in ω ad locum restitui* || 1340 PARVMPER *inseruit Lindenbrog* (TRISTE PARVMPER tristis res *Mombritius*) | ordo *inserui* || 1347 certamine] discrimine *Vnger* || 1348 fuerit **Mπ**, est **fE**[1], *om.* **mKB**

450–451 (HAEC PASSIM TVRBATIS VOCIS AMARAE) / CONFVDERE SONIS pariter dicendo significationem turbauere uerborum. IN ORDINE iam non turbato sono.

452 (MAESTI CVPIENS) SOLACIA CASVS quia fratrem occidit. 1355
CASVS quia parricidium ignarus admisit. dicitur enim uenationis fortuito peremisse germanum.

453 MONSTRIFERAE CALYDONIS propter aprum, qui illic monstri similis natus est et iracundia Dianae regionem Calydoniam totam uastabat. ACHELOIAQVE ARVA Achelous amnis Thessaliae oriens Aetoliam perfluit, Tethy[d]is 1360
filius, qui primus uinum poculis miscuit. ut Vergilius ⟨georg. I 9⟩: 'poculaque inuentis Acheloia miscuit uuis'.

455 (TECTO) CAELVM PROHIBERE caelum pro aere et nimbis posuit. id est: pluuiam tecto declinare. 1365

455–456 QVIS ISTE / (ARCVIT) id est: quam gerit potestatem, qui hospitalitatis communionem sic prohibet?

457–458 BIMEMBRES (CENTAVROS) duplicium membrorum. ut Iuuenalis in quinto ⟨XIII 64–65⟩:
> 'egregium sanctumque uirum si cerno, bimembri 1370
> hoc monstrum puero'.

459 COMPOSITOS ex uariis gentibus.

459–460 (IVRA INSITA ...) / FASQVE SVVM iura humanitatis atque concordiae.

1357 fortuito **M**π, -u **fm** (*partem scholii om.* E[1]B) || **1361** Tethy[d]is *corr. Vnger* (*sed cf. Myth. Vat. I 201, 28–29 Kulcsár de Thetide maiore, matre Thetidis illius Achillis matris*) || **1373** iura *fr. Bernense Lindenbrog,* hora ω

1375 ⟨460 NOBIS SOCIARE CVBILIA TERRAE⟩ [et] deest 'non licuit' per iracundiam.

461 AVT HODIE SPOLIIS GAVISVS ABIBIS ut Vergilius ⟨Aen. X 862–863⟩:

'aut hodie ⟨uictor⟩ spolia illa cruenta
1380 et caput A(eneae) r(eferes) L(ausique) d(olorum)'.

462–465 (ME ... / ... MAGNI DE) STIRPE CREATVM / OENEOS (ET MARTI NON DEGENERARE PATERNO / ACCIPIES) Mars Meleagri pater, Meleager Oenei, Oeneus Tydei, quamuis plerique dicant eum Marte procreatum conuerso
1385 in uultum Oenei. ordo talis: accipies ⟨me⟩ non degenerasse a paterna uirtute. ACCIPIES senties siue experieris. SANGVIS HEBET stupet originis uirtus horrore parricidii perpetrati.

466–467 ILLE REFERT CONTRA (SED MENS SIBI CONSCIA
1390 FATI / CVNCTATVR PROFERRE PATREM) Polynices respondet iniuriis, sed incesti conscius celauit nomen parentis. ⟨CONSCIA FATI⟩ ergo si accusabis, facti legis, si purgas, fati. CVNCTATVR PROFERRE PATREM timet Oedipum nominare, quia frater est et pater.

1395 470 COEANT (ANIMORVM IN PIGNORA) DEXTRAE has apud ueteres foedera fecisse et Vergilius testatur, ut ⟨Aen.

1375 NOBIS ... TERRAE *inseruit Mombritius* | et *seclusi, om. Vnger* || 1375–1376 deest ... iracundiam *interpunxit A. Klotz p. 499 n.*, 'non ... iracundiam' *Damsté* || 1379 uictor *inseruit Lindenbrog* || 1381 DE *inser.* m *Mombritius* || 1385–1386 me *inser.* f *Lindenbrog post* degenerasse, *post* accipies *ego* || 1387–1388 SANGVIS ... perpetrati *post* d(olorum) (1380) *in* ω *ad locum restitui* || 1392 CONSCIA FATI *inserui* || 1395–1396 has ... fecisse *scripsi*, haec ... fuisse ω

VIII 124⟩: 'excepitque manu dextraque amplexus inhaesit'.

473–474 (NEC VANA VOCE LOCVTVS) / FATA SENEX bene dixit fata. quicquid enim senex loquitur, propemodum fa- 1400 tum est. et reuera quasi instinctu numinis locutus est. nam ex discordia magna familiaritas conflata est inter Tydeum et Polynicen.

474–476 (SIQVIDEM HANC PERHIBENT POST VVLNERA IVNCTIS / ESSE FIDEM QVANTA PARTITVM) EXTREMA (PRO- 1405 TERVO / THESEA PIRITHOO) ⟨extrema⟩ extreme. nomen pro aduerbio. PROTERVO (... PIRITHOO) quod amore Proserpinae inferos penetrare non timuit. esse ergo pro 'fuisse' dixit et recte. nam omnia, quae nimis bona aut mala sunt, pro praesentibus ascribuntur. extrema ergo, 1410 quia fides extrema erat usque ad inferos. id est: quanta fide perhibent fuisse extrema partitum Pirithoo Thesea. [THESEA PIRITHOO] hanc talem fidem uult esse qualem colebat antiquitas. quattuor namque amicitiarum exempla fuisse certissimum est: Thesei et Pirithoi, Orestis et Pyla- 1415 dis, Achillis et Patrocli, Tydei et Polynicis. Theseus et Pirithous conspirauerunt filias Iouis uxores ducere: Theseo rapuerunt Helenam adhuc paruam, Pirithous cum filiam Iouis quaereret et non inueniret, quia apud inferos erat Proserpina, coniurauerunt ut descenderent pariter. qui 1420 deprehensi poenas dederunt. – Orestes post necem matris

1397 dextraque] -amque *Vergilius* || **1403** Polynicen] -em **fB** || **1406** pro *inser. ante* extreme **fm** || **1412** cum *inser. post* partitum *Vnger* || **1413** THESEA PIRITHOO *seclusi* || **1420** coniurauerunt] -uenerunt **M** *Vnger*

Furias passus ⟨est⟩. ut Vergilius ⟨Aen. III 331⟩: ⟨'et scelerum Furiis agitatus Orestes'⟩ [aut ⟨Aen. IV 471⟩: 'Agamemnonius scenis agitatus Orestes']. huic Pylades tulit in
1425 calamitate solacium, cuius auxilio Furiis liberatus est. – Patroclus deside Achille causa Briseidis armis ipsius indutus uenit ad Troiam atque ibi manu procubuit Hectoris. – Tydeus uero causa Polynicis pergit ad Thebas ibique dimicans periit.

1430 **479–480** VENTIS VT DECERTATA (RESIDVNT / AEQVORA) parenthesis per similitudinem. Lucanus ⟨V 217–218⟩:

'sed ut timidus Boreas post flamina uentus
rauca gemit'.

480 LAXATIS (... / ... VELIS) id est cessante uento distentis.
1435

481 PASSI SVBIERE PENATES ordo est: tunc (**478**) ... passi subiere penates, id est: tunc permiserunt sibi ut pariter Adrasti domum subirent.

483–484 INANEM / ... LEONEM hoc est pellem leonis. ut
1440 ipse alibi ⟨VI 722⟩ 'inanem tigridem' dicit.

1422 est *inser.* **f**E[1] *Vnger* || **1422–1424** *pro* Agamemnonius ... Orestes *profert Lindenbrog* 'et scelerum Furiis agitatus Orestes', *quod lectionem ueram iudicaui et inserui* || **1423–1424** aut ... Orestes *seclusi* | aut] *om.* **M** *Lindenbrog* (*om. schol.* **K**, *om.* aut ... Orestes **E**[1]) || **1424** agitatus] -ur *Vergilius* || **1426** deside] -sede **M**^{pc}**m** | Briseidis **F** *Mombritius*, -e **ω** (-ae *Vnger*) || **1429** *post* periit *sequitur in* **E**^{2}**B**π *uarie deformatum* RABIDAM (*u. 477*) id est contra eum furentem. nam tres esse Furiae dicuntur Plutoni deseruientes, quarum prima ... protelare (= *Fulg. myth. I 7 pp. 20–21 Helm*) || **1437** permiserunt] pro- **MK** || **1440** inanem tigridem] tigrin inanem *Statius*

484 IMPEXIS ⟨... IVBIS⟩ compositis aut non compositis. VTRIMQVE ex utroque humero.

485–487 ⟨ILLIVS IN SPECIEM⟩ QVEM PER TEVMESIA ⟨TEMPE / AMPHITRYONIADES FRACTVM IVVENALIBVS ARMIS / ANTE CLEONAEI VESTITVS PROELIA MONSTRI⟩ ⟨Teumesia Teu- 1445 mesum⟩ [oppidum Thessaliae aut] Boeotiae montem designat, tempe aut⟨em⟩ loca amoena a caeli temperamento dicta. ILLIVS leonis scilicet, quem in Teumes[i]o Hercules occidit. nam idem duos superasse dicitur: primum Teumesium, secundum Cleonaeum. [Teumesus 1450 mons Boeotiae est, Nem⟨e⟩aeus mons Arcadiae, qui est Cleonaeus.]

489 AMBIRE uelare seu cingere.

490 CALYDONIS HONOS quasi ipse aper Calydon[ius] esset appellatus. 1455

1443 TEMPE *inser.* **B** *Lindenbrog* || **1445–1446** Teumesia *inseruit van de Woestijne,* Teumesum *ego* (aut *van de Woestijne*) || **1446** oppidum ... aut *seclusi* || **1446–1447** aut Boeotiae montem designat *post* dicta (**1448**) *in* **ω** *ad locum restituit van de Woestijne* || **1447** aut⟨em⟩ *corr. Schindel,* aut *deleuit van de Woestijne* | Thessaliae *inser. post* amoena *van de Woestijne, ex Seru. georg. II 469, forsitan recte* || **1447–1448** tempe ... dicta (*nota ἔτυμον* tempe *ex* temperamento) *ante* Teumesia aut (**1445**) *uoluit ponere van de Woestijne* || **1448** Teumes[i]o *corr. Vnger, iam* **Q**^{pc} *Mombritius* || **1450–1452** Teumesus ... Cleonaeus *seclusi* || **1450** Teumesus *Ven. 1483 1490,* themesius **M**, theumesis (f?), t(h)eumeus **E**^{1}**B**, t(h)emeus **Kπ**, themesus **Q**^{pc}**F**^{pc}**b** || **1451** Nem⟨e⟩aeus *scripsi* | est^{2}] et *Jahnke* || **1452** Cleon(a)eus **fbGOv**^{pc}**e(k)** *Ven. 1483 1490,* oleneus **MmE**^{1}**Kφc** (*u. l. in* **b**) **R** *fr. Bernense* || **1454** Calydon[ius] *correxit Jahnke*

492 VOCALIBVS ANTRIS fatidico Apollinis specu. ⟨VOCALIBVS⟩ responsa promentibus.

493 OBTVTV fixo aspectu, id est aut stupore animi aut senectute. ut ⟨Aen. VII 250⟩ 'obtutu tenet ora soloque
1460 i(mmobilis) h(aeret)'.

493–494 (LAETVSQVE PER ARTVS) / HORROR IIT medie dictum. horror enim aut gaudiorum est aut maeroris. sed modo gaudii intellegendum. timoris horror est, quem Vergilius ⟨Aen. II 755⟩ dicit: 'horror ubique animos, si-
1465 mul i(psa) s(ilentia) t(errent)', laetitiae, ut Terentius ⟨Eun. 83–84⟩:

'totus, Parmeno,
tremo horreoque, postquam aspexi hanc'.

495 AFFORE adesse. NEXIS AMBAGIBVS obscuris respon-
1470 sis. ut Vergilius ⟨Aen. VI 100⟩: 'obscuris uera inuoluens'.

496 VVLTV FALLENTE superficie sola.

498 NOX QVAE TERRARVM C(AELI)Q(VE) A(MPLEXA) L(ABORES) laus noctis, quia habet officium suum ... CAELI (... AMPLEXA LABORES) lunae uel siderum cursus am-
1475 plexa. ut Maro ⟨Aen. II 251⟩: 'inuoluens umbra magna terramque polumque'.

499 (MVLTIVAGO) TRANSMITTIS (SIDERA LAPSV) aut ⟨cum⟩ transire facis per te, aut cum ipsa transis, quia fixa sunt sidera.

1457 VOCALIBVS *inseruit Jahnke* || **1461** medie] *sc. ambigue* || **1464** animos] -o **M** *Vergilius* || **1473** quia] quae *?* | *post* suum *lacunam posui* || **1477** SIDERA *inseruit Lindenbrog*, s. l. **m** | cum *inserui: an sit* cum *utrumque omittendum?*

500 INDVLGENS REPARARE ANIMVM dixit, quid sideribus praestet; quid etiam mortalibus praebeat, dicit. hoc est: indulgens otium, quo animus reparatur. ut Ouidius de Somno libro XI ⟨623–625⟩: 1480

'Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum,
pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris 1485
fessa ministeriis mulces reparasque labori'.

500–501 (DVM PROXIMVS AEGRIS / INFVNDAT TITAN) AGILES (ANIMANTIBVS ORTVS) ⟨agiles⟩ celeres. summa est enim celeritas illi redeundi. ⟨ANIMANTIBVS⟩ celeres ergo in nostro officio. 1490

502 [TV MIHI] PERPLEXIS ... (ERRORIBVS) quibus agimur, quia oraculum de generis erat obscurum.

503–504 ADVEHIS (ALMA FIDEM VETERISQVE EXORDIA FATI / DETEGIS) id est: responsa Apollinis soluis. VETERIS ... FATI praeteriti responsi. 1495

504 ADSISTAS OPERI precor, ut nuptiarum beneficium compleas.

505 DIMENSIS ORBIBVS (ANNI) finitis annis singulis. anniuersarium illi sacrificium pollicetur. ut Vergilius ⟨Aen. V 53⟩: 'annua uota tamen ⟨sollemnesque ordine pompas⟩'. 1500

1480 dixit *om.* Kπ || **1483** XI] undecimo **m**K || **1489** ANIMANTIBVS *inserui* || **1491** TV MIHI *seclusi* | PERPLEXIS ... (ERRORIBVS) quibus agimur *scripsi*, quibus agimur. TV MIHI PERPLEXIS ω | ERRORIBVS *scripsi* (QVAESITAM ERRORIBVS *Jahnke*, Q. ERRORIS *Lindenbrog*) || **1493** ALMA FIDEM *suppleuit Lindenbrog* || **1494** soluis Mπ, *om.* **fm**E[1]BK || **1500–1501** sollemnesque ... pompas *suppleu.* (*leg.* po.) **vek** (s. q. o. p. **Q**) *Jahnke*

507 LVSTRALIA ... EXTA pinguia. nec possumus quinquennalia accipere, cum constet anniuersarium sacrum dicatum fuisse. lustralia ergo pecora sunt, quae per quin-
1505 quennale tempus deuota sacrificiis nutriuntur et ideo pinguia.

509 PRISCA magna. OBSCVRIQVE RECESSVS pro voluntate deorum aut oraculi fide[m] latentes. *μετωνυμία:* per id, quod efficit, id, quod efficitur.

1510 **510** DEPRENDI FORTVNA DEOS agnoui oraculum.

512 CANIS albis. ut Horatius ⟨carm. I 4,4⟩: 'canis albicant pruinis'.

[**514** ADOLERE FOCOS uerbum proprie est sacra reddentium, quod significat uotis uel supplicationibus numen
1515 auctius fieri. ergo adolere accumulare. unde Vergilius ⟨Aen. VII 71⟩: 'adolet dum altaria t(aedis)'.]

514–515 (EPVLAS ... RECENTES) INSTAVRARE IVBET ⟨instaurare⟩ renouare, sacrificium celebrare, ut intellegamus superiore die uota Apollini persoluta, quae nunc
1520 aduentu iuuenum praecipit renouari in honorem Apollinis.

⟨**515–516** DICTIS PARERE MINISTRI / CERTATIM ACCELE-

1502 LVSTRALIA **Mπ**, -QVE *add.* **mK** (*om. schol.* **f**) || **1503** sacrum **Mπ**, *om.* **E**[1]**mBK** (*om. partem scholii* **f**) || **1508** fide[m] *corr.* **O** *Lindenbrog* | latentes *scripsi cum* **Q**, -er **ω**, -e *Lindenbrog* | *μετωνυμία*] metonomia **ω**, -nymia *Mombritius* || **1513–1516** ADOLERE ... taedis (= *Non. p. 58, 18–19 M.* (*p. 81 Lindsay*)), *seclusi* || **1522–1523** DICTIS ... ACCELERANT *scripsi pro* VARIO S(TREPIT) I(CTA) T(VMVLTV) / R(EGIA) (*u. 516*) (Regia quando fixum est significat palatium *inser. post* R. **fm**[2]) *in* **ω**

RANT⟩ ut Maro ⟨Aen. I 705⟩: 'centum aliae totidemque pares aetate ministri'.

518 EMVNIRE TOROS instruere. (ALTOSQVE ...) TAPETAS genere masculino. ut Vergilius ⟨Aen. IX 358⟩: 'pulchrosque tapetas'. 1525

519 LEVARE lucidas facere. ut Vergilius ⟨Aen. V 306⟩: 'leuato lucida ferro'. MENSAS pro uasculis posuit.

527 SICCATI VVLNERA LYMPHIS secundum Vergilium lota aqua uulnera siccata dixit. ut ⟨Aen. X 834⟩ 'uulnera siccabat lymphis'. 1530

530 ALTRIX nutrix.

531 IVSTAE VENERI legitimas nuptias dixit, aut ⟨iustae⟩ fideli. 1535

532 TACITA nomen pro aduerbio 'tacite'.

534–536 (MISERABILE VISV / PALLADOS ARMISONAE PHARETRATAEQVE ORA DIANAE / AEQVA FERVNT) TERRORE MINVS ⟨terrore minus⟩ id est sine terrore. pulchritudinem potuit dare deae, potestatem uero non potuit praebere mortali. sensus uero talis est: quantum ad pulchritudinem, Mineruae et Dianae similes erant, quantum ad terrorem, minores. 1540

536–538 NOVA DEINDE PVDORI / V(ISA) V(IRVM) F(ACIES) (PARITER PALLORQVE RVBORQVE / PVRPVREAS HAVSERE GE- 1545

1527 *post* tapetas *in* E[1]Bπ *sequitur* tertio ... accusatiuus (*uel sim.*) (= *Seru. Aen. VII 274*), *quod seclusit Jahnke* || 1534–1535 aut fideli *post* tacite *in* ω *ad locum restitui* | iustae *inserui* || 1536 nomen pro aduerbio] nomen *ut saepius* = adiectiuum ; *cf. TLL I 676, 25–26 s. u. "adiectivus"* | nomen *om.* E[1]**B** || 1540 potuit *om.* fm

NAS) n o u a ... f a c i e s id est peregrinorum uisa est pudicis uirginibus, quae per pudorem et palluerunt et rubuerunt. PVRPVREAS HAVSERE GENAS p u r p u r e a s pulchras. HAVSERE consumpsere, quia desierunt esse
1550 purpureae.

538–539 (OCVLIQVE) VERENTES (AD PATREM) ⟨u e r e n t e s⟩ uerecundiam patientes.

539 AD SANCTVM REDIERE PATREM primo patrem, post iuuenes, et ite⟨ru⟩m patrem aspexerunt. mores expressit
1555 erubescentium, quae si nouam uiderint faciem, statim suos oculos ad notam sibi personam retorquent.

541–543 IASIDES (PATERAM FAMVLOS EX MORE POPOSCIT, / QVA DANAVS LIBARE DEIS SENIORQVE PHORONEVS / ADSVETI) ⟨I a s i d e s⟩ patronymicum [Iasii filius]. ⟨EX
1560 MORE⟩ ab antiquis ducibus ducto. ⟨SENIOR ... PHORONEVS⟩ qui ante Danaum fuit. Iasius et Phoroneus antiqui reges Argiuorum fuere, qui primi Iunoni sacrificauerunt. p o p o s c i t ergo Adrastus e x m o r e p a t e r a m, qua assuerant Argiuorum antiqui principes diis litare. ut Vergilius
1565 ⟨Aen. I 729–730⟩:

1554 ite⟨ru⟩m *corr.* G *Vnger* || 1559 patrony(-i-)micum **E**[1]**R** (G)**vek** *Mombritius,* -nomicum **ω** (-on **M**[ac](K)), *πατρονυμικόν Jahnke* | Iasii filius *post* fuit *in* **ω** *ad locum restitui et seclusi* || **1559–1560** EX MORE *inserui* || **1560** ducto *scripsi*, -um **ME**[1]**mKv ek**, dictum **fBπ** || **1560–1561** SENIOR ... PHORONEVS *inserui*, SENIORQVE *proposuit scribendum Jahnke* || **1561** qui] quia *anon. in Lit. Centralblatt 1899, 347* | fuit] fuerunt **f** *Jahnke* | Iasius *scripsi*, -ides **ω**, -us **O**[pc]**vek** *Mombritius* || **1563–1564** assuerant **M**[ac]**Bπ**, -euerant **M**[pc]**E**[1]**Kb**[pc]**GO**, -erunt **fm**

'impleuitque mero pateram, q(uam) B(elus) e(t) o(mnes)
a B(elo) s(oliti)'.

543 CAELATA insculpta.

545 ITA VISVS [IN AVRAS] ad probationem rei, tamquam 1570
uerum esset, exposuit.

546–547 (ILLA) GRAVES OCVLOS (LANGVENTIAQVE ORA / PAENE MOVET) ⟨graues⟩ morituros, et quia omnem uim nocendi in oculis habebat, quaerebat abscisa sectorem. [ad admirationem ueri finxit et sensum.] 1575

547 VIVO fuluo, quod uiui colorem habeat. ⟨PALLESCIT⟩ quod pallidus mortui habet colorem. admiratur autem quod, cum in uiuo sit picta, mortis tamen pallore torpescat.

548 HINC PHRYGIVS ... VENATOR Ganymedes Trois regis et 1580
Callirrhoae filius, quem Iuppiter dilexit.

549 GARGARA summae partes Idae montis quasi 'Carcara' id est 'capitis caput'. *Κάρα* enim Graeci caput uocant.

550 STANT MAESTI COMITES ut Vergilius ⟨Aen. V 256⟩: 'longaeui palmas nequiquam a(d) s(idera) t(endunt)'. 1585

554–555 COMITVM FAMVLVMQVE ... / ... MANVS id est amicorum et seruorum multitudo. PVDICA / FRONDE id

1570 IN AVRAS *seclusi* ‖ **1572–1573** ILLA, LANGVENTIAQVE ... graues *suppleuit Schindel* ‖ **1575** ad admirationem ... sensum *seclusi* | ueri] uiri **M**, *om.* **π** ‖ **1576** habeat] -bat **BK** | PALLESCIT *inseruit Jahnke* ‖ **1580** Trois *coni. Lindenbrog*, troili **ω** (tro(i)i **b**pc **Rv ek**) ‖ **1582** Carcara] garcara **fπ**, gargara **mG**

est lauro. pulchre propter Daphnen, quae uirgo permansit.

1590 **555** CVI FESTA DIES Apollini scilicet. ut est ⟨Aen. II 249⟩: 'festa uelamus fronde p(er) u(rbem)'.

557–559 FORSITAN O IVVENES (QVAE SINT EA SACRA QVIBVSQVE / PRAECIPVVM CAVSIS PHOEBI OBTESTEMVR HONOREM ... EXQVIRANT ANIMI) sensus talis est: credo, sanctissimi
1595 iuuenes, unde nobis sint sacrorum ista sollemnia, animos uestros uelle cognoscere.

562 SINVOSA VOLVMINA spatiosa. longum hyperbaton: postquam (562) ... perculit (567).

564 (AMPLEXVM DELPHOS SQVAMISQVE ...) TERENTEM cre-
1600 bris amplexibus tenuantem.

564–565 (ANNOSA / ROBORA) CASTALIIS (... FONTIBVS) magnae arbores iuxta Castalium fontem sunt, qui in Boeotia esse dicitur Musis consecratus.

566 NIGRO SITIENS ALIMENTA VENENO quaerens accipere
1605 alimenta ut augeret uenenum. ueneno enim proficit quicquid acceperit serpens bibendum. ut supra ⟨u. 91⟩ 'sulphureas permiserat anguibus undas.'

570 CROTOPI hic rex Argiuus fuit, qui Apollinem Pythonis caede pollutum expiauit. huic filia ⟨P⟩samathe ⟨fuit⟩,
1610 cum qua Apollo concubuit. de quo compressu genuit ac

1588 pulchre **M**(*ex* -ere)f, -um **E**[1]**mKApψ**, -o **B**, pudicum **Q**, -a **F** *Grotius*, pudi (pudic* *in marg.*) **O** || **1590** Apollini] -is **Kπ** || **1608** Pythonis *Kohlmann*, tiphonis **ω** || **1609** ⟨P⟩samathe *corr. Mombritius*, (*leg.* -te; -tha *Vnger*, -the *primus scripsit Jahnke*) | fuit *inseruit Jahnke*

mox editum partum exposuit ... quod Apollo indignanter accipiens in uindictam iniuriae suae iniecit monstrum quod Coroebus occidit.

572 DECORE SVO ex natura uenienti, non fucis aut cura decorato. SERVABAT NATA PENATES Psamathen dicit, Crotopi filiam. SERVABAT possidebat. ut Vergilius ⟨Aen. VII 52⟩: 'sola domum et tantos seruabat nata penates'. 1615

573–574 FELIX SI DELIA NVNQVAM / FVRTA (NEC OCCVLTVM PHOEBO SOCIASSET AMOREM) id est felix, si nunquam fuisset Apollinis perpessa concubitus. 1620

575 AD FLVMINIS VNDAM morem habent poetae, ut ex diis genitos super fluminum ripas memorent esse conceptos, ut facilis numini possit esse ablutio.

576 BIS QVINOS (... ORBES) uult poeta monstrare legitime editum partum puerperae auctore Vergilio ⟨ecl. IV 61⟩: 'matri longa decem tulerunt f(astidia) m(enses)'. Terentius ⟨Adelph. 474–475⟩: 1625

'uirgo ex eo
compressu grauida facta est; mensis hic decimus est'. 1630

577 (LATONAE ...) NEPOTEM quia ex Apolline nascebatur.

581 CVSTODI huius in historia Helenus nomen inuenitur.

1611 *lacunam post* exposuit (*cf. u. 596 sqq.*) *posuit Heuvel ad loc.* || **1614** SVO *proposuit Ellis in editione Garrodiana*, PIO ω || 1615 decorato] -a *Jahnke* || **1617** tantos **fmKπ**, -as **MQvek** | nata penates] filia sedes *Vergilius* || **1623** ut ... ablutio *om.* **mK** || **1632** Helenus] Hellanici *Barth* (*ex* heleni *Mombritius*: *apud Hellanicum in Ἀργολικά? cf. Welcker, sed melius nomen custodis ipsum)*

⟨**584–585** CLAVSA ARBVTEI SVB CORTICE LIBRI / MEMBRA TEPENT⟩ quasi indumenta eius essent ex libris et arbuto.
1635 arbutei ergo pro '⟨i⟩lignei' posuit, nam arbutus tegimen non habet.

586 ET PECORI COMMVNE S(OLVM) ut ostenderet pecori pastorique domum esse communem. ut Iuuenalis ⟨IV 4⟩: 'et pecus et dominos communis clauderet umbra'.

1640 **586–587** SED FATA NEC ILLVM / CONCESSERE LAREM id est: fatorum necessitas puerum uiuere nec in indigno loco permisit. ut Vergilius ⟨Aen. VI 869–870⟩:

'ostendent terris hunc tantum fata nec ultra
esse sinent.'

1645 **588** TEMERE casu, periculose. PATVLO CAELVM ORE TRAHENTEM ut ⟨ipse alibi ⟨Theb. IV 792⟩: 'patulo trahit ore diem'⟩ et ⟨ut⟩ Vergilius ⟨georg. I 376⟩: 'patulis captauit naribus auras'.

591 ADIT percutit.

1650 **591–592** PVLSI EX ANIMO (GENITORQVE PVDORQVE / ET METVS) conscientiae haec sunt tria supplicia: uerecundia ⟨patris⟩, pudor, et supplicii metus. haec omnia mortui filii dolor exclusit.

1633–1634 CLAVSA ARBVTEI *scripsit Lindenbrog, et* SVB ... TEPENT *suppleui, pro* NON TIBI DIGNA PVER (*u. 582*) ω ‖ **1635** arbutei **fE**[1]**mBKb**[pc]**G** *fr. Bernense*, -is **Mπ** | ilignei **f** *Vnger*, lignei **E**[1]**mB Kb**[pc] *fr. Bernense*, -is **Mπ**, iligneis **v**, illigeis **k** ‖ **1639** communis] -i **BQψ** *Iuuenalis* ‖ **1641** in *om.* **fKE**[1] ‖ **1644** sinent] -unt **Kπ** ‖ **1646–1647** ipse ... diem *inserui* (*proposuit uersum excidisse Jahnke*) ‖ **1647** et ⟨ut⟩ Vergilius *scripsi*, Vergilius et ω ‖ **1652** patris *inserui* | pudor *suspexit Lindenbrog*

593 VACVVMQVE FERENS VELAMINE PECTVS id est: scissis uestibus nudauerat pectus. 1655

594 NEC MOTVS uel paterna affectione uel luctu.

595 INFANDVM absolute dixit. ut Vergilius ⟨georg. I 478–479⟩:

'pecudesque locutae
(i(nfandum)!)'. 1660

596 SERO MEMOR THALAMI bene sero, quia post mortem eius iniuriam uindicauit, siue quod eam ulcisci magis uoluerit quam tueri. SOLACIA MORTI solacia pro ultione posuit.

599 AETERNVM aduerbium est, id est 'semper'. 1665

600 FERRVGINEAM (FRONTEM DISCRIMINAT ANGVIS) ⟨ferrugineam⟩ nigram. est sensus: ferrugineam frontem anguis discriminat, quasi a media fronte consurgat, ut, quod facit uitta in crinibus feminarum, hoc in monstri capite anguis faciat. 1670

601 NOCTVRNO (... PASSV) quod noctu incederet, nam quasi infernum monstrum uitabat aspectum.

602–603 (ANIMAS) A STIRPE RECENTES / (ABRIPERE ALTRI CVM GREMIIS) ⟨recentes⟩ mox natas id est pueriles animas. 1675

⟨**603–604** MORSVQVE CRVENTO / DEVESCI ET MVLTVM PATRIO PINGVESCERE LVCTV⟩ ut ostenderet, quam rem dolor Apollinis uindicaret.

1656 affectione *scripsi*, admonitione ω | luctu] -us **MmK** || **1667** id est *ante* nigram *inser.* **mK** || **1676–1677** MORSVQVE ... LVCTV *inserui*

607 (FAMAM) POSTHABITA (FACILES EXTENDERE VITA) qui-
1680 bus facile est famam morte mercari. ut Vergilius ⟨Aen. IX 205–206⟩:

'est hic, est animus lucis contemptor et istum
qui uita bene credat emi, q(uo) t(endis), h(onorem)'.

qui enim uitam spernit, famam acquirit.

1685 **608** NOVOS ... P(ENATES) quos nondum uastauerat.

609 (PORTARVM) IN BIVIO aditus et ex illa parte et hinc patens. ut Vergilius ⟨Aen. XI 516⟩: 'ut biuias armato obsidam milite fauces'. PARVVM pro 'paruorum'.

610 ET IAM VNCA MANVS V(ITALIBVS) H(AERET) horum uis-
1690 cera lacerare iam coeperat.

611 FERRATI ... VNGVES duri.

615–616 PROFVNDO / (REDDIT HABERE IOVI) ⟨profundo⟩ insatiabili, qui semper mortuos rapit. [HABERE] IOVI utique Plutoni, ut ⟨Aen. IV 638⟩: 'sacra Ioui Stygio'.

1695 **616** (IVVAT IRE ET) VISERE IVXTA quia uiuo monstro comminus accedere non licebat.

617–618 (VTERIQUE NEFANDAM) / PROLVVIEM cadaueribus humanis uteri confectam proluuiem.

619 QVA NOSTRAE CECIDERE ANIMAE ad superiora respon-
1700 det, id est qua aluo.

620 (MAGNAQVE POST LACRIMAS ETIAMNVM GAVDIA) PALLENT aut propter monstrum, quia horrore sui etiam post

1680 famam **M** *Mombritius, om.* **fE¹mBKπ** || **1686** et¹ **m** *Vnger,* ut **ME¹**, *om.* **fBKπ** || **1687** ut¹ *om.* **mKπ** || **1693** HABERE *seclusi* || **1699–1700** respondet **ψ** *Vnger,* -it **ω** || **1700** aluo] proluuie **f** *Jahnke*

mortem timeri coeperat, aut pallor, qui ex luctu et timore inerat omnibus, tantus fuit ut nec post gaudia sedaretur, quae solent immutare hominum uultus. 1705

622 (ASPROSQVE) MOLARES id est natos ad molarum usum lapides, eo quod natura sint asperi. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 250⟩: 'uastisque molaribus instant'.

623 DECVLCARE de alto illidere siue deprimere. NEQVIT IRAM EXPLERE POTESTAS licentia securi aspectus satiari ira 1710 non poterat.

625 IMPASTAE FVGISTIS AVES eleganter impastae per hyperbolen dixit, ut 'etiam esurientes abstinuistis', ne satiatae abstinuisse crederentur. hic ergo aut propter formam aut propter foetorem fugisse impastas uolucres dixit. 1715

628–629 BIVERTICIS ... / PARNASSI qui in duos diuiditur colles.

629 INIQVO irato.

630–631 (CELSA) CYCLOPVM / TECTA uelut Cyclopum. idonee enim omnia constructa aedificia Cyclopea dixit anti- 1720 quitas.

631 (SVPERIECTO) NEBVLARVM I(NCENDIT) A(MICTV) id est: morbo uitiauit seu polluit. NEBVLARVM ... AMICTV nebularum aere pestilenti.

⟨**632** LABVNTUR DVLCES ANIMAE⟩ ut Lucanus ⟨VI 100⟩: 1725 'sed languor cum morte uenit'.

1704 omnibus **Fp** *Jahnke*, hominibus **ω** || **1707** ut *om.* **M**[ac]**fπ** || **1708** instant] -at *Vergilius* || **1713–1714** satiatae **Mπ**, -i **fE**[1]**mBK** *fr. Bernense* || **1722** NEBVLARVM ... AMICTV *scripsi*, amictu nebularum **ω** || **1725** LABVNTVR ... ANIMAE *inserui*, ut ... uenit *post* fuerat **(1729)** *in* **ω** *ad locum restitui*

632–633 MORS FILA S(ORORVM) / E(NSE) M(ETIT) non iam pollice fila rumpuntur, sed ad saeuiendum in facinus ferro exsecantur. tanta festinatio Mortis fuerat.

1730 **633** (CAPTAMQVE TENENS) FERT M(ANIBVS) V(RBEM) hoc est: in urbe dominatur.

634 DVCI Crotopo.

634–635 LAEVVS / I(GNIS) iniquissimus pestilentiae furor.

⟨**635** ET IN TOTVM REGNARET SIRIVS ANNVM⟩ siue Sirius,
1735 qui certis temporibus uideri pestilens solet, nunc sibi anni spatia uindicaret.

637 IVVENES QVI C(AEDE) P(OTITI) id est: qui peremerant monstrum.

638 FORTVNATE A(NIMI) apostropha ad ipsum iuuenem qui
1740 pro patria optauit mori.

638–639 (LONGVMQVE IN SAECVLA) DIGNE / P(ROMERITVRE) D(IEM) digne aduerbium est.

641 COMMINVS O(RA) F(ERENS) cum ob declinandam mortem posset Coroebus se occulere, propior tamen se Apol-
1745 lini furenti obtulit de poena securus.

643–644 NON MISSVS THYMBRAEE TVOS (SVPPLEXVE PENATES / ADVENIO) Thymbraeus dicitur Apollo sub herba thymbra, quae in templo Troados abundat. MISSVS humilis, deiectus, aut coactus. sed sponte huc ueni, non ad
1750 supplicium, sed magis ad iracundiam tuam lacessendam.

1728 in facinus] instantius *Barth*, infestius *Vnger* || 1734 ET IN TOTVM ... ANNVM *inserui* || 1744 propior **ME**[1]**mφOve**, -rem f *Vnger*, proprior **KAψ** *fr. Bernense*

644–645 MEA ME P(IETAS) E(T) C(ONSCIA) V(IRTVS) / (HAS EGERE VIAS) pietatem posuit, quia ciues suos internecione monstri seruauerat, uirtutem, quia non timebat interitum aut quia uirtute monstrum occiderat.

646 MORTALE NEFAS ostendit se culpa carere peccati, siquidem nil sanctum uiolauerit, cum constet nefas peremptum fuisse mortale. 1755

647–648 (NIGRA TABE) SINISTRI / ... POLI ⟨tabe⟩ corrupti aeris siue nullum habente remedium sanitatis.

648 INIQVE iniuste, qui pro aliena culpa alios punis. 1760

649–650 (IACTVRAQVE) VILIOR ORBI / (MORS HOMINVM) cui orbi iactura uilior est? [id est] diis, quibus uilius damnum sit homines perire quam monstra.

650 INCLEMENTIA iracundia. ut Vergilius ⟨Aen. II 602⟩: 'diuum inclementia, d(iuum)'. 1765

651 QVID M(ERVERE) A(RGI) cur pro aliena culpa punis innoxios? ME ME DIVVM OPTIME pro salute ciuium se obtulit puniendum. ut Vergilius ⟨Aen. IX 427⟩: 'me, me, (adsum, qui feci), in me conuertite ferrum'. DIVVM OPTIME per ironiam dictum. non enim conueniebat ut, quem supra iniquum (u. 648) dixerat, nunc praeconio laudis efferret. 1770

653 (AN ILLVD) / LENE MAGIS CORDI iucundum est, si tibi cordi sunt magis monstra quam homines.

1751 MEA ME] ME MEA **M**π || **1758** TABE *suppleuit Schindel*, tabe *ego* || **1759** habente *scripsi ex* -i *Schindel*, -is ω || **1760** qui ... punis] *fortasse secludendum, quod A. Klotz p. 507 ob metrum de u. 651 deriuatum iudicauit* || **1762** orbi] -is **O** *Lindenbrog* | id est *seclusi* | diis quibus] quibus diis π *Mombritius* || **1765** diuum[1] *om.* **fK** || **1767** OPTIME **K**π, *om.* **Mm** || **1773** id *post* iucundum *inser.* π *Mombritius*

1775 **653–654** QVOD DESOLATA DOMORVM / (TECTA VIDES) id est orbitate uacuas domus et tecta iam paene inania.

655 LVCET A(GER) scilicet ex rogis.

656 EXSPECTANT M(ATRES) ut morbus ciuium meo finiatur interitu.

1780 **657** SATIS EST M(ERVI) N(E) P(ARCERE) V(ELLES) hoc est: sufficit mihi, quod talibus te prouocaui conuiciis, ut dignus ueniae tuae esse non debeam.

658 PROINDE M(OVE) P(HARETRAS) meretur reus ueniam cum sibi eligit poenam. SONOROS grauiter sonantes. s o -
1785 n a t enim quod leuiter strepit, s o n o r a t, quod grauiter.

659 INSIGNEMQVE A(NIMAM) (LETO DEMITTE) artificiosa concessio quae habet quandam correctionem. si insignis est, non meretur ut pereat. est et apud Vergilium ⟨Aen. IV 381⟩ ista concessio: 'i, sequere Italiam, uentis' – addi-
1790 dit ⟨t⟩errorem – 'pete regna per undas'.

659–661 (ILLVM) / PALLIDVS (INACHIIS QVI DESVPER IMMINET ARGIS / DVM MORIOR DISPELLE GLOBVM) globum pestilentiae, antequam moriar, discute.

661–662 (SORS AEQVA) MERENTES / (RESPICIT) bene pro-
1795 meritos semper respicit aequa fortuna. nam cum paratus

1775 TECTA VIDES *suppleuit Schindel* || **1776** orbitate **M**[pc]**f**, -is **M**[ac]**mBK**, -ibus **π** | domus] -os **fQψ** *fr. Bernense* (*u. l. inter lineas*) *Mombritius* || **1777** AGER **fπ**, A. **M**, AER *Mombritius* || **1784–1785** sonat ... grauiter *uncis inclusit Jahnke* || **1785** sonorat] son[or]at **m**, sonat **Aψ**, sonorum est *Vnger* || **1787** concessio] -fessio **Bπ** || **1790** ⟨t⟩errorem *corr. Mombritius* || **1792** DISPELLE] *lectionem a Lactantio lectam iudicauit A. Klotz p. 491*

uenisset ad mortem, Apollinis fauore seruatus est, quia non merebatur occidi.

662–663 ARDENTEM (TENVIT REVERENTIA CAEDIS / LETOIDEN) ⟨ardentem⟩ saeuientem. TENVIT repressit. REVERENTIA quia iustum uirum non sine pudoris sui iactura potuisset occidere. 1800

663–664 (TRISTEMQVE VIRO) SVMMISSVS (HONOREM / LARGITVR VITAE) ⟨summissus⟩ flexus siue misericordia inclinatus. HONOREM / (... VITAE) id est praemium donatae uitae, quod uir fortis, qui se saluti uouerat ciuium, non libenter accepit. 1805

665–666 (TV) STVPEFACTI (A LIMINE PHOEBI / EXORATVS ABIS) ⟨stupefacti⟩ uirtutis tuae admirantis audaciam.

666 EXORATVS 'orare' est preces fundere, 'exorare' orata meruisse. ut Terentius ⟨Hec. prol. 9–10⟩: 1810

'orator ad uos ueni ...
sinite exorator siem'.

ergo poeta hoc uult intellegi: inuitum Coroebum precibus ciuium a mortis discessisse proposito. STATA SACRA constituta, quae differri nefas est. STATA ab eo quod stent nec mutentur neque differri possint. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 173⟩: 'annua, quae differre nefas'. 1815

668 (HAS) FORTE INVISITIS ARAS duce fortuna ad haec sacra uenistis.

669–671 (CALYDONIVS) OENEVS / (ET PORTHAONIAE ... / ... TIBI CVRA DOMVS) Tydeum dicit, Oenei et Al- 1820

1796 quia (f?) **FpbRGO** *Mombritius,* qui **ME**[1]**mBK**, qua **Ac**, qua uel quia **Q**, quae **vek** || **1805** uouerat] nouerat **KA**[ac]**cR** || **1806** accepit] acceperit **E**[1]**B**, accipit **Kπ** || **1811** ueni] uenio *Terentius* || **1812** siem] sim *Terentius*

thaeae filium. [ET] PORTHAONIAE regionis Aetoliae, in qua Portheus, Tydei patruus, regnauit. [sensus: Oeneus Calydonius et Porthaoniae tibi cura domus]

1825 **670–671** SI CERTVS A(D) A(VRES) / (CLAMOR IIT) id est: si bene audisse me memini.

⟨**671–672** TV PANDE QVIS ARGOS / ADVENIAS⟩ et ad Polynicem uersus: tu quis sis, indica, qui ad Argos ueneris. QVIS ex quo genere uel quo sanguine procreatus.

1830 **672** QVANDO quoniam.

673–674 DEIECIT (MAESTOS EXTEMPLO ISMENIVS HEROS / IN TERRAM VVLTVS) signum uerecundiae. erubuit Polynices propter ⟨patris⟩ parricidium et matris incestum. indolem uenerandi pudoris agnoscit, ⟨et⟩ erubescit crimen fa-
1835 miliae, ne similis iudicetur. ISMENIVS HEROS Polynices a fluuio Thebarum.

674–675 (TACITEQVE AD TYDEA LAESVM) / OBLIQVARE OCVLOS uerecundia coepit opprimi, quoniam necesse erat, ut dedecus generis sui inimicus agnosceret.

1840 **678** (PIGET) INTER SACRA F(ATERI) piaculum est, si audias genitorem.

679 SED SI P(RAECIPITANT) (MISERVM COGNOSCERE)

1822 ET *seclusi* | PORTHAONIAE] PÅ- (f?), POA- **A**, PA- **QFpψ** || **1823** Portheus *Vnger*, proteus *uel* pr(a)etus **ω**, Parthaon (*lege* Porthaon) *Jahnke*; *neque hoc neque illud* Portheus *ut nomen Porthaonis filii, Tydei patrui, alibi inuenitur* || **1823–1824** sensus ... domus *seclusi*; *an sit* sensus *solum suppositicium*, Oeneus ... domus *lemma deformatum quod a loco aberrauit?* || **1827** TV ... ADVENIAS *inserui* || **1828** quis] qui **M**^{ac}**π** || **1833** patris *inseruit Schindel* || **1834** et *inserui*

C(VRAE) Vergilius ⟨Aen. II 10⟩: 'sed si tantus amor casus cognoscere nostros'.

680 CADMVS O(RIGO) P(ATRVM) eleganter patrem propter infamiam tacuit, auum significasse contentus. TELLVS M(AVORTIA) T(HEBE) Mauortiam dixit aut propter Harmoniam Martis et Veneris filiam aut 'fortem' significat, ut ⟨Aen. XI 374⟩ 'si patrii quid Martis habes'. aut ad terrigenas referendum est, quos constat draconis dentibus genitos qui fuerit in tutela Martis. 1845 1850

681–682 TVM MOTVS A(DRASTVS) / (HOSPITIIS) motus affectu, quo quis circa hospites suos solet moueri.

⟨**682** AGNOVIT ENIM⟩ aut quod ipse Oedipoden aliquando susceperat aut quod ipse ab Oedipo fuerat aliquando susceptus. 1855

683–684 (SCIMVS ...) NEC SIC A(VERSVM) F(AMA) M(YCENIS) / (VOLVIT ITER) non ita a nobis fama auersum uoluit iter, ut ea, quae longe constituti compererint, nos finitimi nesciamus. Vergilius ⟨Aen. I 568⟩: 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'. 1860

684 [REGNVM E(T) F(VRIAS)] O(CVLOS)[Q(VE)] P(VDENTES) egregie dictum: qui considerato commisso iudicarunt se dignos esse supplicio.

685 (ARCTOIS SI QVIS DE SOLIBVS) HORRET ⟨horret⟩ propter nimium frigus. hoc est: siqui sub septentrionali plaga sunt constituti. 1865

1854 AGNOVIT ENIM *scripsit pro* SCIMVS AIT (*u. 683*) *in* ω *Schindel* | Oedip(p)oden **fKAcGve** *fr. Bernense* (-pedon **Fp**) *Mombritius*, -em **BQbRO**, oedippum **M**, -en **E**[1]**m** ‖ 1855 Oedippo] -pode **BQ** *Mombritius*, -pe **Fp** ‖ 1857 SCIMVS *suppleuit Schindel* ‖ 1858 fama *Schindel*, sol ω ‖ 1862 REGNVM ET FVRIAS *et* -QVE *seclusi*

686 GANGEN fluuius Indiae.

686–687 AVT NIGRVM O(CCASIBVS) I(NTRAT) / O(CEANVM)
1870 quasi eo loci domicilium noctis sit, ubi est solis occasus.

687 INCERTO (LITORE SYRTES) quia subito de mari siccus fit locus. SYRTES *ἀπὸ τοῦ σύρειν* id est ⟨trahere⟩.

688 DESTITVVNT reciprocis meatibus deserunt.

688–689 (NE PERGE QVERI) CASVSVE PRIORVM / (ADNVME-
1875 RARE TIBI) non habes necis maculam. culpa est prioris fortunae, non tua.

689–690 (NOSTRO QVOQVE SANGVINE MVLTVM) / ERRAVIT PIETAS in nostro etiam genere pietas aberrauit. [**694** SERVATOREMQVE P(ARENTVM)] cum responsum accepisset
1880 Thyestes aliter malorum remedium inueniri non posse, nisi cum Pelopeia filia concubuisset, paruissetque responsis, natus est ex ea Aegisthus, Clytaemestrae adulter, Agamemnonis parricida. aut propter Tantalum dicit, sceleribus ne suos quidem caruisse maiores.

1885 **691** TV MODO DISSIMILIS ut tu non sis criminosus.

691–692 (REBVS) MEREARE S(ECVNDIS) / (EXCVSARE TVOS) sensus: enitendum tibi est, ut factis tuis non solum parentibus uideare dissimilis, sed etiam illos facias innocentes.

1871–1872 INCERTVS (*sic*) ... locus *post* id est *in* ω *ad locum restitui* || **1871** INCERTO *Lindenbrog*, -VS ω || **1872** trahere *inseruit Vnger* || **1874** CASVSVE] -QVE **fm** || **1875** necis **QO** *Jahnke*, uocis **Mπ**, notis **fE**[1]**mBKb**[2] (*u. l. inter lineas*) *Lindenbrog* || **1878–1883** SERVATOREMQVE ... parricida *post* innocentes (**1888**) *posuit* ω, *quod ad locum restitui* || **1878–1879** SERVATOREMQVE PARENTVM *seclusi* || **1880** inueniri *Lindenbrog*, -re ω || **1883** aut **fE**[1] **mK**, et hoc **B**, hoc **π**, *om.* **M** || **1888** uideare] -ris **fm**

692–693 ET IAM TEMONE S(VPINO) / L(ANGVET) H(YPERBOREAE) G(LACIALIS) P(ORTITOR) V(RSAE) Ophiuchum significat, qui sub Vrsa est. aduentu enim diei incipiunt sidera septentrionis hebescere. 1890

696 PHOEBE P(ARENS) inuocatio siue hymnus Apollinis.

696–697 (TE) LYCIAE P(ATAREA) (NIVOSIS / EXERCENT DVMETA IVGIS) Lyciae ciuitas est Patara, Apollini sacra. unde Horatius ⟨carm. III 4,64⟩: 'Lycius et Patareus Apollo'. 1895

697–698 (RORE PVDICO) / CASTALIAE ubi quondam uirgo Castalia, quam cum Apollo amaret et uim uellet inferre, in fontem se praecipitauit. 1900

699 (TROIAM) THYMBRAEVS HABES Thymbra locus est Troiae ab herba cognominatus, quam Latine 'puleium' dicimus.

⟨**699–700** VBI FAMA VOLENTEM / INGRATIS PHRYGIOS VMERIS SVBIISSE MOLARES⟩ illic ... Admeto regi pecus pauit. [Thymbraeum Apollinem philosophi imberbem dixerant, quoniam ipse sol est. sol autem ignis est, qui nunquam senescit.] 1905

701–702 (SEV IVVAT AEGAEVM FERIENS) LATONIVS V(MBRA) / C(YNTHVS) (ET ASSIDVAM PELAGO NON QVAERERE 1910

1895 sacra] sacrata **M**^{pc}**HφG**, consecrata **ψ** *Mombritius* || **1899** fuit *inser. post* Castalia **fπ** || **1902** puleium **Mm**, puleiunt **f**, peleum **K**, poleium **π** || **1904–1905** VBI ... MOLARES *inserui* || **1905** *lacunam post* illic *posui*: Laomedonti *pro* Admeto *Vnger* || **1906–1908** Thymbraeum ... senescit **fmKπ**, *om.* **M**(**E**^{1}**BH**) *Lindenbrog, seclusit Jahnke* || **1906** imberbem **π**, ueuernam **f**, ueruenam **mK**

DELON) Cynthus mons est Deli, cuius tantam uult esse magnitudinem ut umbra sua Aegaei maris ambitum protegat. ipse enim Latonam susceperat, cum adhuc Delos erraret. et est sensus: si te non iuuat esse in Delo, quae
1915 instabilitate sua hospes est litorum diuersorum.

703 LENTANDVS flectendus, ut Vergilius ⟨Aen. III 384⟩: 'lentandus remus in unda'.

704–705 (AETHERII) DONO C(ESSERE) P(ARENTES) / (AETERNVM FLORERE GENAS) Apollinem imberbem philoso-
1920 phi tradunt eo, quod ipse sit sol. sol autem ignis est, qui nunquam senescit. et est sensus: dono cesserunt aetherei parentes genas aeternum florere.

705–706 (TV DOCTVS INIQVAS) / PARCARVM P(RAENOSSE) M(ANVS) quia quaecumque Fata parant, tu nosti, et omne
1925 futurum tibi patet. ⟨FATVMQVE QVOD VLTRAST⟩ [id est:] quia adhuc decreta non sunt.

⟨**707** SVMMO PLACITVRA IOVI⟩ quae summo Iovi displicere non poterunt.

707–708 QVIS LETIFER ANNVS / (QVAE MVTENT SCEPTRA CO-
1930 METAE) letifer annus multa complexus est, famem, mor-

1911 Cynthus **f(B)π**, *om.* **M(E**[1]**)mHK** || **1918–1921** P(ARENTES) ... parentes *scripsi, cum, ut uidetur, Lactantius* cedere = concedere *male intellexit* (*cf. Hill ad loc.*)] -IS *Barth* (*Vnger in Lactantio*) ... -is **Mvek** || **1919–1922** GENAS ... genas] -AE *Lachmann* (*Vnger in Lactantio*) ... -e **M** *solum* || **1921** cesserunt **fK**, -ere **π**, *om.* **Mm** || **1925** FATVMQVE QVOD VLTRAST *scripsi pro* PLACITVRA I. *in* **ω** | id est *seclusi* (*ex* I(oui) *ortum*) || **1926** quia] quae *Vnger* || **1927** SVMMO ... IOVI *inserui* || **1930** letifer annus *scripsi*, -um -um (*post transpositionem corruptum*) **ω** || **1930–1931** famem ... regnorum *et* multa complexa est *inuerso ordine in* **ω** *transposui*

bum, immutationemque regnorum. quae mala, etsi diuer-
sis modis distincta sunt, unius tamen pestilentis anni esse
noscuntur.

709 TV PHRYGA S(VBMITTIS) C(ITHARAE) Marsyam dicit, qui
uictus submissus est poenae. S(VBMITTIS) inferiorem fa- 1935
cis.

709–710 (TV MATRIS HONORI / TERRIGENAM) TITYON (STY-
GIIS EXTENDIS HARENIS) ⟨Tityos⟩, Terrae filius, Lato-
nam, Apollinis matrem, amasse dicitur, sed ne sacrilegae
libidinis commento impune potiretur, ab Apolline uinc- 1940
tus est et deductus ad Tartara. cuius iecur ⟨a⟩ uulture
tunditur, in aeternitatem supplicii pullulantibus fibris.

711–712 TE VIRIDIS P(YTHON) (THEBANAQVE MATER OVAN-
TEM / HORRVIT IN PHARETRIS) ⟨u i r i d i s⟩ aut epitheton
est serpentum, quia uirides sunt, aut ⟨u i r i d i s⟩ veneni 1945
plenus. THEBANAQVE M(ATER) Nioben dicit, Tantali fi-
liam, Amphionis uxorem, fecundam, antequam Latonam
sperneret. namque cum quattuordecim mater filiorum es-
set ... Iuuenalis ⟨VI 177⟩ ait: 'atque eadem scrofa
⟨Niobe⟩ fecundior alba'. 1950

712–714 (VLTRIX TORVA MEGAERA / IEIVNVM) PHLEGYAN

1931 quae mala] q^{b}ue m^{a}la **M** (*sic in* **ω** *scriptum?*) ‖ **1934** S(VBMITTIS) *scripsi pro* siue **ω** ‖ **1938** Tityos *suppleuit Jahnke ex* **H** ‖ **1941** a *suppleu.* **f** *Mombritius* ‖ **1944–1945** uiridis *bis inserui* ‖ **1947** fecundam **Mπ**, secundam **fmBe** *fr. Bernense* (*u. l. inter lineas*) ‖ **1948–1949** esset **M**, fuisset **fmπ**, fuit **B** | *lacunam post* esset *posui, quam suppleuit* **π**: ingressa templum dianę (*corr. in* latonae *Mombritius,* diane ał latone **Q**) pretulit se illi, quae tantummodo duos peperit. unde Apollo iratus filios sagittis necauit, Diana autem filias, ad ultimum uero ipsam matrem. ‖ **1950** Niobe *suppleuit Jahnke ex Iuuenali*

(SVBTER CAVA SAXA IACENTEM / AETERNO PREMIT ACCVBITV) Phlegyas, filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit. eius Vergilius meminit ⟨Aen. II 618–619⟩:
1955 'Phlegyasque miserrimus omnis admonet'.
AETERNO P(REMIT) A(CCVBITV) id est: super ipsum accumbit, ne quando possit requiem capere.

714–715 (DAPIBVSQVAE PROFANIS) / INSTIMVLAT ⟨id est:⟩
1960 inicit illi cupiditatem. fames quidem urget, ut capiat, sed comedere timore fastidit. comesse enim non sinitur, cui fastidium irrogatur.

716 (ADSIS O) MEMOR H(OSPITII) propter Crotopum. ADSIS faveas.

1965 **717** SEV TE R(OSEVM) T(ITANA) V(OCARI) dicit Apollinem a diuersis gentibus uariis appellari nominibus. apud Achaemenios enim Titan uocatur, apud Aegyptios Osiris, apud Persas, ubi in antro colitur, Mithra⟨s⟩ uocatur. quae sacra primum Persae habuerunt, a Persis Phryges, a Phrygibus
1970 Romani. apud Persas Sol proprio nomine Mithra⟨s⟩ dici-

1959 id est *inserui* || **1961** comesse] commedere **M** (*ex* commesset) **f** || **1963–1964** ADSIS faueas *ante* MEMOR ... Crotopum **fH** || **1968** Mithra⟨s⟩ *scripsi* || **1968–2005** *supplendum est filum in hoc labyrintho*: *sciat lector ordinem scholiorum in* ω *fuisse* quod ... segregari. (**2001–2005**: *interpolationem extra ordinem*) PERSEI ... dicuntur (**1973–1976**) sub rupibus ... uehitur (**1981–1990**: *interpolationem extra ordinem*) SEV PRAESTAT ... contingere (**1977–1979**) quae ... refert (**1968–1972**: *extra ordinem transpositum*) INDIGNATA ... M(ITHRAM) (**1980–1981**) prius ... torquet (**1990–2001**); *in* ω' quod ... segregari *forsitan in marg. superiore*, sub rupibus ... uehitur *et* quae ... refert *in lateribus paginae descriptis* || **1968–1972** quae ... refert *post* contingere (**1979**) *in* ω *ad locum restitui, post* **2005** segregari *Cumont* || **1968** *et* **1970** Mithra⟨s⟩ *scripsi*

tur, ut Osthanes ⟨Osthan. frg. 8a, p. 271 Bidez-Cumont⟩ refert.

⟨**718** GENTIS ACHAEMENII RITV⟩ Persae ab Achaemene, ⟨Persei⟩ et Andromedae filio, qui eis imperauit, nunc⟨upantur⟩ Achaemenii. illi Mithram Solem dicunt, 1975 cuius et sacrorum ritus inuenisse dicuntur.

718–719 SEV PRAESTAT OSIRIM / (FRVGIFERVM) secundum Aegyptios, qui Osirim Solem interpretantur, per quem prouentum frugibus existimant posse contingere.

719–720 (SEV PERSEI SVB RVPIBVS ANTRI) / INDIGNATA 1980 S(EQVI) T(ORQVENTEM) C(ORNVA) M(ITHRAM) [sub rupibus: Persae in spelaeis coli Solem primi inuenisse dicuntur. est enim in spelaeo Persico habitu cum tiara et utrisque manibus bouis cornua comprimens. quae interpretatio ad Lunam dicitur. nam indignata sequi fratrem 1985 occurrit illi et lumen subtexit. his autem uersibus sacro-

1971 Osthanes] hostenes **mK**, hoste (*om.* refert) **H** || **1973–1990** GENTIS ... RITV *scripsi pro* PERSEI S(VB) R(VPIBVS) A(NTRI) (*u. 719*) *in* ω (*cui praefix.* SEV **m** *Mombritius*): ⟨SEV⟩ PERSEI ... dicuntur (1973–1976) sub rupibus uehitur (1981–1990) *et* SEV PRAESTAT ... contingere (1977–1979) quae ... refert (1968–1972) *in* ω *transposuit Lindenbrog* || **1973** Persae ab Achaemene *Jahnke* (*iam* Persea ab Achemene *Mombritius*, Persei ab Achemene *Lindenbrog*), persea panchemone **M**, persei pachemonae **f**, persea pachomene **m**, persea bachemone π, *om.* E^1**K** || **1974** Persei *inser.* π *Mombritius* | Andromedae] andro monet **f**, andromenę **m** | qui eis *Cumont*, qui iis b^{pc} *Vnger*, quis ω, qui sibi *Mombritius*, qui ibi *Lindenbrog* || **1974–1975** nunc⟨upantur⟩ *corr. Cumont*, nunc⟨upati⟩ *Vnger* || **1975** illi *Cumont*, ubi ω | Mithram *scripsi*, Apollinem (*glossa suppositicia*) ω || **1978** Osirim] orisin **f**, osirin **H** || **1981–1990** sub rupibus ... uehitur *post* dicuntur (1976) *in* ω *ad locum restitui et seclusi* || **1984** bouis cornua] cornua bouis **fm** || **1985** dicitur] dirigitur *Vnger*

rum Solis mysteria patefecit. Sol enim, Lunam minorem potentia sua et humiliorem docens, taurum insidens cornibus torquet. quibus dictis Statius Lunam bicornem in-
1990 tellegi uoluit, non animalia, quibus uehitur.] [prius ordinem dicit, postmodum sensum.] ⟨ordo:⟩ seu Mithram uocari praestat sub Persei antri rupibus torquentem cornua indignata sequi. sensus talis est: Persae in spelaeis Solem colunt. et est hic Sol Ephippos uocatus Mithras,
1995 qui, quia eclipsin patitur, ideo intra antrum colitur. est autem ipse Sol leonis uultu cum tiara Persico habitu et utrisque manibus bouis cornua comprimens. quae interpretatio ad Lunam dicitur, quae indignata sequi fratrem occurrit illi et lucem eius obscurat. nudauit autem
2000 mysteriorum partem. Sol ergo quasi Lunam minorem docens ideo taurum torquet. [quod autem dicit⟨ur⟩ torquentem cornua, ad illud pertinet, quod simulacrum eius fingitur reluctantis tauri cornua retentare. quo signi-

1987 Solis **Mπ**, *om.* **E^1mBHKG** | Sol enim] sole **MHK** || **1990** animalia, quibus] animal, quo *Cumont* (*cf. 2006 infra*) || **1990–1991** prius ... sensum *seclusi* || **1991** dicit] dicam *Cumont* | ordo *inserui* || **1992** sub *Lindenbrog*, seu **ω** || **1993** est *om.* (f?)**AQ** || **1994** Ephippos (*Ἐφίππος*) *Dillon, cf. Campbell*, pepisso **Mπ**, proprio nomine (*ex* **1970**) **fHK**, proprie nomine **E^1**, *ἐπ' ἴσον Jahnke*, *ἐπιχω⟨ϱίως⟩ Schindel* (*quod postea litteris retraxit*), Persico *Cumont* | uocatus **HK**, uoca*** **f**, uocatiutis **E^1**, *om.* **Mπ**, *om. partem scholii* **m**, uocatur *Lindenbrog* | Mithras] -a *Mombritius edd.* || **1996** in *inser. post* Sol *Vnger* || **1998** dicitur] dirigitur *Vnger* || **2000** mysteriorum **fHK** *Lindenbrog*, -orem **ME^1π** (*om. partem scholii* **mB**) || **2001–2005** quod ... segregari *post* uocatur (**1968**) *in* **ω** *post* uehitur (**1990**) *posuit Lindenbrog*: *ad locum ut mihi uidetur proprium restitui et seclusi* || **2001** dicit⟨ur⟩ *corr. Lindenbrog* || **2003** retentare] -ans *Cumont*

ficatur luna ab eo lumen accipere, cum coeperit ab eius
radiis segregari.] mire autem cornua posuit, ut Lunam 2005
manifestius posset exprimere, non animal, quo illa uehi
figuratur. sed [tamen] quia locus non est secreta deorum
istorum iuxta tenorem internae philosophiae disserere, ta-
men de figuris, quibus creduntur, pauca dicamus. Sol
ineffabilis, quia principale signum inculcat et frenat, Leo- 2010
nem scilicet, idcirco et ipse hoc uultu fingitur, uel quod
hic deus ⟨inter⟩ ceteros ui numinis et potentiae impetu
excellat, ut inter reliquas feras leo, uel quod sit rapidum
animal. Luna uero, quia propius taurum coercet adducit-
que, ideo uacca [lunae] figurata est. ceterum diuini et re- 2015
gii dii isti, ut comparent in orbe, sic sunt expertes morta-
lis figurae tam hominis quam beluae, non haben⟨te⟩s
initium terminumque uel quod interpoletur medium, ut
dii minores et reliqui, ut supra ⟨uu. **205–206**⟩ ipse ait:

'mox turba uagorum 2020
semideum'.

id enim ratio aeternitatis expostulat.

2004 luna] -am **GO** *Lindenbrog* || **2007** tamen *seclusit Cumont, om. Mombritius* || **2008** internae] intimae *Cumont* (*ex* intemae M^{ac}) || **2009** creduntur *Schottky*, -itur ω, *suspexit Cumont* | pauca *scripsi*, -is ω || **2010** inculcat] inculat **HK** || **2012** inter *inseruit Vnger* || **2014–2015** adducitque] adductique **HK** || **2015** lunae (*immo* luna, *ex* π) *seclusit Jahnke* || **2016** comparent in orbe] circumferuntur in orbem *Schottky* || **2017** tam *Mombritius*, seu ω | haben⟨te⟩s *corr.* **H** *fr. Bernense Mombritius*

LIBER II

Reditus Mercurii cum umbra Laii per Taenarum, Laconiae promuntorium. aduentus ipsius umbrae ad Thebas. immutatio eius in Tiresiam et admonitio, ut contra fra-
5 trem bella suscipiat. descriptio orientis diei. pollicitatio Adrasti filiarum suarum in coniugio Polynicis et Tydei. illorum gratula⟨to⟩ria responsio. descriptio nuptialis ... ascensio puellarum in Mineruae templum, ubi et augurium est factum futuri belli. descriptio monilis Harmo-
10 niae, quod gerebat Argia. Polynicis de regno desiderium. allocutio coniugis hoc deprehendentis. mariti consolatio. Tydei legatio et allocutio apud Eteoclen de regno repetendo. allocutio regis negantis. responsio bellum minitantis. regressus eius. quinquaginta a rege missi, qui redeun-
15 tem Tydeum occiderent. descriptio rupis Sphingos. immissi ab Eteocle Tydeo insidias collocarunt. pugna cum omnibus Tydei et interitus eorum. Mineruae allocutio ad Tydeum. Maeonis unius dimissio ad indicium cum

4 ad Eteoclem *inser. post* admonitio *Kohlmann ex* **C** || **6** filiarum suarum *Mombritius*, -as -as **ω** (*quod defendit Weber, cf. Plaut. Amph. 519 Truc. 622*) || **7** gratula⟨to⟩ria *corr.* **O** *Mombritius* (*iam* H, *Weber teste*) | *lacunam ponendam proposuit Jahnke* || **8** ascensio] -sus *Mombritius* || **9** est **M**, *om.* **fmHKFp** (*om.* ascensio ... monilis (**8–9**) **AQψ**) || **10** Argia] rigia **HK** || **13** negantis] negatis **HK** | alternationem imperii *post* negantis *inser. Kohlmann ex* **C** || **18–19** cum minis **M**^ac^**fmHKb** (*u. l.*), communis **M**^pc^**π**

minis. belli tropaeum Mineruae factum a Tydeo eiusque hymnus in laudem Mineruae. 20

1 INTEREA GELIDIS (MAIA SATVS ALIGER VMBRIS) reditum Mercurii ab inferis poeta describit impeditum, quia nulla re uolatus eius adiuuari poterat crassioris poli aere tardante. Styx quoque circumflua ⟨*u.* 5⟩ remeantis numinis impediebat regressum. in primo enim libro ⟨uu. 25 292 sqq.⟩ Iuppiter Mercurio ut inferos peteret imperauit euocaretque umbram Laii, qua innitente nepotibus belli furor increceret. GELIDIS ... VMBRIS bene gelidis, quia color in vita est, frigus in morte. unde Vergilius ⟨Aen. IV 705⟩: 'dilapsus calor, atque in uentos uita reces- 30 sit'.

4 NEC ZEPHYRI zephyros pro omnibus posuit. sunt uenti iuxta Graecorum uoluntatem nati ex Astraeo et Aurora. † unde Titanes † ... originem trahunt. quos Iuno causa Epaphi ex Io nati contra Iouem excitauit duce Atlante 35 arma sustollere. unde uicti poenas dederunt adiuuantibus diis et Atlanti caeli onus imposuit. unde Vergilius ⟨Aen. I 132⟩: 'tantane uos generis tenuit f(iducia) u(estri)?' hi autem appellantur diuersis nominibus tam a Graecis quam a nobis. illi Zephyrum, nos ⟨Fauonium, illi Notum, 40 nos⟩ Austrum uocamus; nos Aquilonem, illi Borean dicunt; illi Eurum, nos ⟨Subsolanum, illi Libem, nos⟩ Africum uocamus.

34 unde Titanes *obelis distinxi*; ⟨Astraeus⟩ unus de Titanibus? (*cf. Seru. Aen. I 132*) | lacunam *post* Titanes *posui*; fuit, qui ex Vrano et Terra *uel sim. exspectes* ‖ **35** Io **M** *Jahnke*, ioue **fE¹m Bπ** ‖ duce Atlante *post* Titanes *in* ω *ad locum restitui* ‖ **40–41** Fauonium ... nos *suppleui* ‖ **42** Subsolanum ... nos *suppleui* (*cf. Fauorin. apud Apul. de mundo XI–XIII Moreschini*)

5 [AVRA] POLI polus est circuitus, qui in se totum conti-
45 net.

5–6 (STYX INDE NOVEM CIRCVMFLVA CAMPIS / HINC OBIECTA VIAS) TORRENTVM INCENDIA (CLVDVNT) tardius ab inferis Mercurius remeabat propter crassum aerem et sine uento et propter Stygis impedimenta et fluuios ardentia
50 fluenta uoluentes.

7 PONE retro.

8–10 CAPVLO (NAM LARGIVS ILLI / TRANSABIIT COSTAS COGNATIS ICTIBVS ENSIS / IMPIVS) totus ensis mersus est in uulnere Laii quod ei Oedipus intulit. ut Vergilius ⟨Aen.
55 II 553⟩: 'capulo tenus abdidit ensem'.

10 ET PRIMAS FVRIARVM (PERTVLIT IRAS) id est exordium furoris filii pater pertulit ⟨aut certe ensis ... primas ... pertulit iras id est⟩ primus inflixit. per quod intellegi uult: quae secuta sunt postea, fuerunt multo peiora, Ioca-
60 stae concubitus, Oedipi caecitas.

11 MEDICA FIRMAT V(ESTIGIA) V(IRGA) caduceum ostendit insigne Mercurii, quod illi medeatur, qui nequeat ambulare. Vergilius ⟨Aen. IV 242–243⟩:
'hac animas ille euocat Orco
65 pallentes'.

44 AVRA *seclusi, om.* **H** || **56** PERTVLIT] P. *iam* **H** || **56–57** id est ... pater pertulit] *a Lactantio de Laio* pertulit *male intellectum notauit Weber* || **57–58** aut certe ... id est *inserui* || **58** inflixit **M** (*ex* inflexim) **m**, inflexus **fGO**, inflixi **E**[1]**BHK**, -us **φcb**[pc], influxus **Qb**[ac]**Rvek**, infixus *Mombritius*, inflexio *Lindenbrog* || **59** fuerunt **FR** *Mombritius* (*iam* **H**, *Weber teste*), -int **ω** || **62** medeatur] -etur **M** *Jahnke* || **63** ut *inser. ante* Vergilius **HK**

FIRMAT VESTIGIA ut idem ⟨Aen. III 659⟩: 'trunca manu pinum regit et uestigia firmat'.

13 FERRVGINEVM NEMVS horridum. Vergilius ⟨Aen. VI 303⟩: 'ferruginea subuectat corpora cimba'.

14 MIRATVR P(ATVISSE) R(ETRO) ⟨miratur⟩ nouitatem: 70
cum introeuntibus solis pateat, ⟨non⟩ deesse ipsum iter [et] redeuntibus. ut Vergilius ⟨Aen. VI 126, 128–129⟩:

'facilis descensus Auerni:

....

sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, 75
hic labor, hoc opus est'.

14–16 NEC LIVIDA T(ABES) / (INVIDIAE FVNCTIS QVAMQVAM ET IAM LVMINE CASSIS / DEFVIT) mores inuidentium bene 'liuorem' dixit. ordo hic est: nec liuida tabes inuidiae defuit functis. hoc est: mortuis non recedit, a naturae malo, 80
liuor inuidiae. ut Vergilius ⟨georg. III 37–38⟩:

'inuidia infelix furias amnemque seuerum
⟨Cocyti metuet⟩'.

⟨**16–18** VNVS IBI ANTE ALIOS CVI LAEVA VOLVNTAS / SEMPER ET AD SVPEROS ... / INSVLTARE MALIS REBVSQVE AEGRE- 85

66 FIRMAT VESTIGIA *scripsi*, VESTIGIA FIRMAT ω | ut] et **Mm** | manu] -um **HK** || 67 pinum] -us *Vergilius* || 68 ut *inser. ante* Vergilius **mBK** || 69 cimba] cumba *Vergilius* || 71 ⟨non⟩ deesse *scripsi*, decedere **M**[pc], deesset **f**, deest **B**, dedisse *Jahnke* (*an* adesse ?) || 72 et *seclusi* | redeuntibus **fπ**, -itum **MBHK** || 76 hic labor, hoc opus] hoc opus, hic labor *Vergilius* || 79–82 *et* 86 ad animi enim (*sic*) adiecit *et* ordo ... seuerum *in* ω *ordine reuerso transposui* || 81 ut *om.* **Mm** || 83 Cocyti metuet *inseruit Mombritius* || 84–86 VNVS ... LAETIS *inserui*

SCERE LAETIS⟩ [ad animi enim] adiecit [ET IAM L(VMINE) C(ASSIS)] quia, ['superas euadere ad auras, / hoc opus, hic labor est'. quia,] si nec mortuis defuit, unde esse posset inuidia, nec ille defuit, qui redeunti inuideret.

90 **17** (HINC ET) GRAVIS E(XITVS) AE(VI) quasi hoc accipiendum poeta uoluerit, ut intellegamus hunc nescio quem pro morum suorum meritis occidisse, et uotum eius malae mentis ostendit, quod esset etiam apud inferos reseruatum.

95 **18** REBVSQVE AE(GRESCERE) L(AETIS) id est de aliorum felicitate torqueri. nam cum malis pasceretur alienis, prosperitate tabescebat. Terentius ⟨Andr. 627–628⟩:

'ut malis gaudeant atque ex incommodis
alienis ⟨sua⟩ ut comparent commoda'.

100 **19** QVOSCVMQVE V(OCARIS) I(N) V(SVS) in quaecumque obsequia uel remedia uocaris excitus.

21 FVRIATA S(ACERDOS) furore correpta maga, qualis describitur apud Lucanum ⟨VI 507 sqq.⟩.

22 ARCANO ... SEPVLCRO proprio siue inferno.

105 **23** HEV interiectio dolentis siue inuidentis alienis bonis.

86 ad animi (animum **M**) enim *seclusi* (ad animi *ex* A(NTE) A(LIOS) *forsitan ortum*, enim *ad sensum complendum insertum*) ‖ **86–87** ET IAM L(VMINE) C(ASSIS) *post uerum lemma amissum interpolatum seclusi* ‖ **87–88** superas ... quia *seclusi*, *om. iam Ven. 1490 Lindenbrog* ‖ **88** quia si] quasi **π** *Lindenbrog* | nec] = *ne ... quidem* ‖ **89** nec] non **BHKπ** | ille *scripsi*, illi **ω** ‖ **92** eius] cuius **M** (**B**? – *an* eius?) **π**, uiuis (**E**[1] ?) ‖ **93** esset *om.* **HK** ‖ **99** alienis] alterius *Terentius* | sua *inser.* **fψ** *Ven. 1483 1490* ‖ **105** interiectio **E**[1]**Bπ**, aspiratio **MmHK**, *om.* **f**, suspiratio *coni. Weber*

SOLEMQVE R(ELICTVM) quem moriens reliquisti, aut certe nos omnes animae, dum ad inferos ueniremus.

24 VIRIDES T(ERRAS) E(T) P(VROS) F(ONTIBVS) A(MNES) apud inferos steriles sunt terrae et caenosi fluuii. puros dixit, qui ex splendidissimis fontibus generantur. 110

25 TRISTIOR (HAS ITERVM TAMEN INTRATVRE TENEBRAS) quod natura humana non tantum gaudet in bonis fruendis, quantum dolet, cum his priuata fuerit. (HAS ITERVM TAMEN) INTRATVRE T(ENEBRAS) et hoc quasi inuidus imprecatur. id est: non tamen diu apud superos immorabe- 115 ris.

27 ATQVE OMNIS C(APITVM) S(VBREXIT) H(IATVS) et ad ipsius canis capita referendum est et ad serpentum, qui capita eius cingunt. id est: aut omnis hiatus horum capitum, quia Cerberus ⟨triceps⟩ est, aut omnis hiatus serpentum, 120 quibus caput eius collaque uallantur. ut Vergilius ⟨Aen. VI 419⟩: 'cui uates horrere uidens iam colla comasque'.

28 SAEVVS E(T) I(NTRANTI) P(OPVLO) ut feritatem circa exeuntes exprimeret, addidit 'et intrantibus saeuus'. 125

29 IAM SPARSA S(OLO) T(VRBAVERAT) O(SSA) turbauerat et sparsa fecerat. hypallage est et hoc irascentis est, ut Vergilius ⟨Aen. VIII 297⟩: 'ossa super recubans', Gigantum scilicet ossa insepultorum. fingitur enim Cerberus cadaueribus pasci. ut Lucanus ⟨VI 702–703⟩: 130

'qui uiscera saeuo
spargis nostra cani'.

117 S(VBREXIT)] E. **HK** || **119** aut omnis] autem **HK** || **120** triceps (*cf. u. 31*) *inserui*, centiceps *proposuit Weber* || **122–123** comasque] colubris *Vergilius*

31 FERREA T(ER)G(EMINO) (DOMVISSET LVMINA SOMNO) propter bina lumina trium capitum, quasi tot illi somnos
135 miserit, quot capita luminibus armarentur.

[**32** EST LOCVS I(NACHIAE) D(IXERVNT) T(AENARA) G(ENTES) haec 'topothesia' dicitur, nam in eiusmodi descriptione, ubi ueri loci ⟨f⟩acies demonstratur, 'topographia' dicitur; ubi fictum quid uelit, 'topothesia'; 'cosmographia' dicitur
140 mundi descriptio.]

32–34 ⟨EST LOCVS INACHIAE DIXERVNT TAENARA GENTES / QVA FORMIDATVM MALEAE SPVMANTIS IN AVRAS / IT CAPVT⟩ chorographia. Taenaros locus Laconiae, in quo aditus dicitur esse inferorum. ut ⟨georg. IV 467⟩: 'Taenarias etiam
145 fauces, alta ostia Ditis'. et est ordo: locus ⟨est qua in auras it caput⟩ Maleae spumantis, id est iuxta Maleum fluctibus concitatum eo quod ibi mare saeuum sit, ubi est promuntorium Maleum. unde Vergilius ⟨Aen. V 193⟩: 'Maleaeque sequacibus undis'. inde mons exsurgit, qui
150 Taenaros dicitur.

35–36 (IMBRESQVE) SERENVS / DESPICIT ⟨despicit⟩ infra se nubes.

136–140 EST ... descriptio *seclusi*, cosmographia ... dicitur *iam interpolatum iudicauit van de Woestijne* || **138** ⟨f⟩acies *corr.* **m**^{pc}**b**^{pc}**O**^{pc} *Mombritius* || **141–142** EST ... CAPVT *inserui* || **143–154** chorographia ... nubes *ego*, ET TANTVM ... sumant *Mombritius post* EXPOSITOS (**186**) *in* **ω** *ad locum restituimus* (**151–153** SERENVS ... A(STRIS) *om. Lindenbrog*) || **143** chorographia] topographia **Mm** | Taenaros] -us **mQ** (*u. l. in marg.* **F**) **bR** *Mombritius* || **143–154** *om.* Taenaros ... sumant **KH** || **145–146** est qua in auras it caput *suppleui* || **150** Taenaros **π**, -us **Mmb**$^{pc?}$(**O**) (*om.* et est ordo ... dicitur (**145–150**) **f**) || **151** despicit *inseruit Mombritius* (*sed om.* DESPICIT): *primus duplex uerbum scripsi* | infra **Q** (*u. l. in marg.*) **vek** *Mombritius*, intra **ω**

ET TANTVM F(ESSIS) I(NSIDITVR) A(STRIS) altitudinem uoluit exprimere, quasi illic astra requiem sumant.

[**33–34** MALEAE S(PVMANTIS) I(N) A(VRAS) / (IT CAPVT) Maleum promuntorium est. IN AVRAS ⟨IT CAPVT⟩ erigitur. ⟨SPUMANTIS⟩ in qua fracti spumant fluctus. 155

35 SERENVS quia nubes excedit.

36 ET TANTVM F(ESSIS) I(NSIDITVR) A(STRIS) super ipsum fessa astra considunt, id est: propter eminentiam sui sedem praestat astris rapido cursu fatigatis.] 160

[**41–42** (AST VBI PRONA DIES LONGOS SVPER AEQVORA FINES / EXIGIT) ATQVE INGENS MEDIO N(ATAT) (VMBRA) P(ROFVNDO) in tantum Taenarum montem elatum dicit, ut meridianis horis, quibus sol occidui caeli occupat partem, umbra eius inumbret medium mare.] 165

⟨**41–42** LONGOS SVPER AEQVORA FINES / EXIGIT⟩ ultra fines litorum progrediens.

⟨**43–44** INTERIORE SINV FRANGENTIA LITORA CVRVAT / TAENAROS⟩ dicit nescio qua parte Taenarum recuruari ad uicem portus, in quo refert equos suos consueuisse stabulare Neptunum. est autem hyperbaton, talis ut sit ordo: 170

155–161 MALEAE ... fatigatis *post scholia transposita ad uacuum explendum composita iudicaui et seclusi* || **156** IT CAPVT *inseruit Lindenbrog* || **157** SPVMANTIS *inseruit Jahnke* || **160** *post* eminentiam *uerbum uelut* capitis *excidisse suggessit Jahnke* || **163–165** ATQVE ... N. P. in tantum ... mare *post* adducat (**185**) *in* ω *ad locum restituit Jahnke atque seclusi* || **167–168** ultra ... progrediens (*nota clausulam*) *post* non (**188**) *in* ω | *ad locum restitui et cum lemmate* LONGOS ... EXIGIT *suppleui* || **169–170** INTERIORE SINV *inseruit* π (INTERIORES ψ) *Mombritius,* FRANGENTIA ... TAENAROS *ego* || **172** est autem hyperbaton, talis ut sit ordo *Jahnke,* est autem hy-

[et tantum fessis insiditur astris.]
interiore sinu frangentia litora curuat
175 Taenaros, expositos non audax scandere fluctus. (43–44)
ast ubi prona dies longos super aequora fines
exigit atque ingens medio natat unda profundo. (41–42)
180 illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos
in portum deducit equos. (45–46)

consequens est enim, ut non appropinquante nocte curuet Taenaros sinum, quia est natura montis immobilis, sed ut incipiente nocte illo ad requiescendum Neptunus
185 equos adducat. FRANGENTIA L(ITORA) C(VRVAT) epitheton, quia in litoribus solent fluctus frangi. (TAENAROS) EXPOSITOS NON AVDAX (SCANDERE FLVCTVS) ⟨expositos ... fluctus⟩ [non] eiectos fluctus intra Taenarum. ergo Taenaros non est mons altior fluctibus. ⟨NON AV-
190 DAX⟩ ut eiectos fluctus et euitet et repellat.

perbaton talis ut sit talis **M**, est hyberbaton talis ut sit talis **f**, est autem hyperbaton talis **m**, ordo autem talis est **B**, est autem hyperbaton ut talis sit ordo **HK**, est autem ordo talis **π** *Mombritius*

173 et ... astris *seclusi* || **175** Taenaros **Mf**, -us **mBKπ**, teneros **H** | non ... fluctus **BHKπ**, *om.* **Mfm** || **178** exigit] exit $\mathbf{M}^{ac}$, exiit **HK** || **182** non *om.* **fπ** || **183** Taenaros *scripsi*, -us **ω** || **184** ut *del.* **M**, *om.* **HK** || **186** TAENAROS *Jahnke*, *inser. iam* Taenarus *Lindenbrog* || **188** *sqq. de hoc loco uide quod scripsit Mulder ad loc.* (*"Malea altissime surgens ... Taenari litus ... leniter accliue"*): *cf. Lucan. II 401 sqq.* || **188** non *seclusi* | eiectos *scripsi*, *iam* euectos *Weber*, -i **ω** || **189** Taenaros *scripsi*, -us **ω** | non est mons *scripsi* (*iam* non est *Mombritius*, nomen est montis (*ex* mons) **M** (*om.* ergo ... regione **f**), nomen est mons est **m**, mons est **CHKQO** *Jahnke*, nomen est **π** || **189–190** NON AVDAX *inserui* || **190** eiectos] erectos **Hvek**

45 ILLIC in eadem regione. AEGAEO ... GVRGITE mari ab Aegeo, Neptuni filio, Thesei patre.

46–47 (PRIOR) HAVRIT (HARENAS / VNGVLA POSTREMI SOLVVNTVR IN AEQVORA PISCES) ⟨haurit⟩ ferit. Vergilius ⟨Aen. X 314⟩: 'latus haurit apertum.' quasi per transitum 195
Neptuni equos mira ratione descripsit.

48–49 DEVIVS V(MBRAS) / T(RAMES) A(GIT) hoc animae mortuorum destinantur ad Tartara. deuium autem tramitem dixit, quod sit deuius uiuis. TRAMES itineris compendium. 200

49 NIGRI ... IOVIS Stygii.

51 GEMITVS POENARVM quas apud inferos nocentes persoluunt. ATROQVE T(VMVLTV) quia tumultus, qui fit apud inferos, auditur in illo loco. atro ergo quasi infernali. 205

52 VOCESQVE M(ANVS)Q(VE) manus, quod flagellis personant, dum noxios caedunt, uoces secundum Maronem, qui ⟨Aen. VI 572⟩ ait: 'uocat agmina saeua sororum'.

54 AGRICOLAS C(AMPIS) A(VDITVS) A(BEGIT) quasi iuxta habitantes terrore suo fugauit agricolas. 210

⟨**57** VIVIS ADFLATIBVS ORA SERENAT⟩ aurae uitalis afflatu laetior factus est. ⟨VIVIS⟩ id est superioribus.

194 ut *inser. ante* Vergilius **HK** || **196** descripsit] describit **mHK** || **197** hoc *scripsi*, hac **ω** || **198** destinantur] -atur **f** (*an* -at*?*) **m** || **204** illo loco **Mψ** *Mombritius*, illa loca **fmBHKφ** || **209** quasi] quia **H** *Jahnke* || **210** fugauit] fatigauit (**H**)**K** || **211** VIVIS ... SERENAT *proposuit Jakobi pro* EXSILIT (*u. 56*) *in* **ω** || **212** VIVIS *scripsi pro* INDE PER A(RCTVRVM) (*u. 58*) **ω**

58 PER ARCTVRVM per septentrionem. per arcton solet uolare Mercurius, quia ibi maior est uentus et citatiores fa-
215 cit eius uolatus. MEDIAEQVE S(ILENTIA) L(VNAE) philosophi lunam terram ⟨aetheriam⟩ esse dicunt, quae circa nostrum hoc solum circulo altiore suspensa est. haec autem omnia corpora maiora gignit, utpote quae uicina sit caelo. poetae denique omnes asserunt leonem de his polis
220 ortum, quem Hercules prostrauit, ut etiam Olymp⟨i⟩us ⟨Nemesian. frg. 2⟩ ait. de lunari autem globo leuiorem perstringam, quia apud mortalium genus caeli ratio ignoratur, quare proximus sit terris et ultimus ⟨ab astris⟩. hoc diuinum lumen animas tam de [astris] hominibus quam
225 de omni materia mundi subtracta parte superna excipit et decerpit quasi lumina, quae postea ter quinis diebus, ut collegerat, totidem refundit in fratrem.

59 ARVA SVPER (POPVLOSQVE MEAT) ut ⟨Aen. IV 256⟩: 'terras inter caelumque uolabat'.

213 id est *inser. ante* per[1] **HK** | per arcton *om.* **HK** | arcton *Mombritius*, -os **ω** || **216** aetheriam (*immo* -eam) *inser. Pontanus ante, ego post* terram || **218** gignit **HK** *Lindenbrog*, -unt **MfE**[1] **mπ** | sit **H** (*Weber teste*) *Lindenbrog*, sunt **ω** || **219–220** polis ortum (*uel* poli sortum) **E**[1]**mHKb**[pc], poli sortem (*uel* polis sortem) **Mftπ** || **220** Olymp⟨i⟩us *corr. Wernsdorf* || **221** lunari autem globo **E**[1]**mHKp** *Mombritius*, lunari globo autem **M**, autem lunari globo **fπ** || **221–222** leuiorem ... quia *ante* hoc (223) *in* **ω** *ad hunc locum transposuit van de Woestijne* || **221** leuiorem] *sc. rationem* || **223** quare ... ultimus *hoc loco* **CHK**, *post* ait **MfE**[1]**mπ**; *van de Woestijne credidit fieri posse ut lacuna inter* ait *et* quare *sit ponenda* | ab astris *inserui* || **224** astris *seclusi* | hominibus **fE**[1]**m HK**, omnibus **Mπ** *edd.* || **225** subtracta] substracte **H**, subtracte **K** || **228–229** terras inter] -a finit **H**, -a sinit **K** || **229** uolabat] -bunt **HK**

61 (RECTO) DECEDIT L(IMITE) C(AELI) quasi non solum 230
obuius Mercurio Somnus assurgat, sed ueniente ⟨deo de⟩
tramite certo declinet.

62 INFERIOR quia super lunares polos dixerat ire Mercurium.

62–63 PRAEREPTA .../ (... SIDERA) non enim naturae lege, 235
sed ferro uita defunctus est.

63–64 (ARDVA CIRRHAE) / POLLVTAMQVE S(VO) D(ESPECTAT) P(HOCIDA) B(VSTO) illam tangit historiam: cum deus somnum caperet, quidam, cuius nomen fabulae tenent, dormienti tetendit insidias. qui tamen conata peregisset, nisi 240
eum filia Palaestra excitauisset. qui cum odio terrae migrasset ad caelum, creditus est obiisse. quo facto iniuriosam meruit sepulturam. sed melius de Laio creditur, qui cum ad Naubolum hospitem Phocidis pergeret, occisus a filio est. DESPECTAT P(HOCIDA) de iugo Cirrhae uidit bu- 245
stum suum, quod fuerat in Phocide. [Cirrha Boeotiae planities, in quo campo Apollini lustrum datur. Phocis ergo Boeotia est.]

69 PAENE R(ETRO) T(VRBATVS) A(BIT) significare uoluit
quia, ut fama est, timet umbra, quae passa est. 250

71–72 ET TVNC F(ORTE) D(IES) (NOTO SIGNATA TONANTIS / FVLMINE) id est primus natalis Liberi, quo fulminata est Semele et exsecto utero Liber Iouis femini insertus est.

231 ueniente *Mombritius*, -em **ω** | deo de *inserui* || **233** dixerat **MHKπ**, dixit **fE¹m** || **238** deus] Mercurius **HK**, deus Mercurius **B**, deus scilicet Mercurius **π** || **239** quidam] *sc. Choricus siue Corycus, pater Palaestrae, qui suos filios in deum Mercurium incitauit* (*cf. Seru. Dan. Aen. VIII 138*) || **244** Naubolum] nuabo **H**, nuabolum **K** || **246–248** Cirrha ... Boeotia est *seclusi*

secundus enim dies natalis Dionysi ille dicitur, quo exac-
255 tis mensibus legitimi partus Iouis est productus ex femine, quem diem homini scire fas non est. ideo et Διθύραμβος dicitur id est bis genitus.

73 TYRIIS (... COLONIS) propter Cadmum Tyrium, qui conditor est Thebarum.

260 **74** EDVCERE NOCTEM ut Vergilius ⟨Aen. IX 166–167⟩:
'noctem custodia ducit
insomnem ludo'.

76–77 ANHELVM / (PROFLABANT SVB LVCE DEVM) Somnum, ut Vergilius ⟨⟨Aen. IX 326⟩:
265 'toto proflabat pectore somnum' et⟩
⟨Aen. IX 336–337⟩:
'multoque iacebat membra deo uictus'.

78 AERAQVE TAVRINOS (SONITV VINCENTIA PVLSVS) nam tympanis, quae sunt ex taurina pelle, plus sonant cymbala, quae sunt ex aere, acutiore tinnitu. ut est ⟨Aen.
270 IX 619⟩: 'tympana uos buxusque uocant'.

79–80 (SANAS / IMPVLERAT MATRES) BACCHO MELIORE C(ITHAERON) non sic irato Baccho, ut cum Agaue occidit filium furens. uel meliore, qu⟨i⟩a propter diem [ut] ipse Liber ignoscat. CITHAERON mons Boeotiae, ubi Liberi pa-
275 tris sacra celebrantes matres Pentheum discerpserunt. nunc ergo sanas dicit sine furore.

256–257 *Διθύραμβος*] ditirambus ω ‖ **260** EDVCERE] *an melius* DVCERE, *ut monuit Hill?* ‖ **263** DEVM *iam inser. Lindenbrog* ‖ **269** 'toto proflabat pectore somnum' et *inserui* ‖ **272** qu⟨i⟩a *scripsi cum* E[1], qua ω, ut si qua π *Mombritius*, ut si qua deliquerit *Lindenbrog* | ut *seclusi, om.* π *Mombritius* ‖ **276–277** QVALIA ... Thraciae *post* Thessaliam **(280)** *ad locum restituit Jahnke*

81 [QVALIA] P(ER) R(HODOPEN) ⟨Rhodope⟩ mons Thraciae.

82 BISTONES Thraces a Bistone rege, unde Orpheus fuit [aut certe ipsi Thraces]. ⟨OSSAE⟩ Ossa mons inter 280
Thraciam et Thessaliam.

85–86 AT OGYGII S(I) (QUANDO) A(FFLAVIT) I(ACCHI) / (SAEVVS ODOR) ⟨Ogygii⟩ Thebani ab ... indigena, ut ante ⟨I 173–174⟩:

'Ogygiis, ait, aspera rebus 285
fata tulere uicem'.

sic Pindarus in encomiis ⟨hymn. frg. 44 Snell-Maehler⟩: *Ὠγυγίων δ' εὗρεν ὀρ⟨έ⟩ων ἐν τηλεφανέσσι πύργοις.*
⟨AFFLAVIT⟩ non apte hic posuit proprie fulminis uerbum. ut ⟨Aen. II 649⟩: 'fulminis afflauit uentis et contigit igni'. 290
IACCHI Bacchi. hoc est: cum uinum hauserint. ut Horatius ⟨carm. I 27, 1–2⟩:

'natis in usum laetitiae scyphis
pugnare Thracum est'.

SAEVVS O(DOR) qui ducit ad facinus. 295

89 NOX EA id est: talis nox erat tunc Thebanis, quali[a] conuiuia solent Thraces exercere.

276 QVALIA *seclusi* || **279** aut ... Thraces *seclusi* | OSSAE *inseruit Jahnke* (*iam* H, *Weber teste*) || **281** QVANDO *suppleuit Jahnke* || **282** *ante* indigena *lacunam posui*, ⟨Ogygo rege⟩ *proposuit A. Klotz p. 501, cf. ad I 173–174, ex* Ogyge rege **vek** *Lindenbrog* | ante *Jahnke*, anne ω || **286** encomiis *scripsi*, somnis ω, hymnis *Boeckh*, scoliis *Weber* || **287** *sic id quod in codicibus litteris partim Graecis partim Latinis est exscriptum restituit Schroeder, alii alias* || **288** AFFLAVIT *inseruit Lindenbrog* (*iam* H, *Weber teste*) || **292** scyphis] ciphis **HK** || **295** quali[a] *correxit Weber*

90 REGIS ECHIONII Eteoclis ab Echione rege Thebanorum.

300 ⟨**92–93** PRO GNARA NIHIL MORTALIA FATI / CORDA SVI⟩ exclamatio, ut ⟨Aen. X 501⟩: 'nescia mens hominum fati sortisque futurae', quod futurus parricida munera securitatis amplectitur.

⟨**93** HABET ILLE SOPOREM⟩ aut quia rex aut quia regnum
305 destruxit aut quia perfidus, ideo quietem capere non debet.

95–96 ⟨LONGAEVI VATIS⟩ OPACOS / TIRESIAE V⟨VLTVS⟩ Tiresias, Eueris filius, genere Thebanus, uates, qui fertur in feminam uersus, cum ... dis certantibus Ioue et Iunone,
310 utrum mas an femina maiorem sentiret coitus uoluptatem, nouem partibus libidinis dixit feminam potiorem et una uirum. ob quod caecatus est a Iunone. – est et alia talis fabula: in monte Cyllenio Tiresias dracones coeuntes calcasse dicitur. ob id in mulieris figuram uersus, ut Oui-
315 dius ⟨met. III 316 sqq.⟩ refert, monitus sortibus in eodem loco rediit in figuram pristinam. eo tempore, ut diximus, inter Iouem et Iunonem fuit certatio, in quo sexu esset maior libido, Tiresia iudice, qui expertus fuerat. cum Ioui iudicasset, illa irata manus eius praecidit et excaecauit.

299–305 *scholia* aut quia ... debet *et* exclamatio ... amplectitur *falsis lemmatibus inuerso ordine in codicibus ad ueros locos restitui* || **299** PRO ... SVI *scripsi pro* HABET ILLE SOPOREM ω || **303** HABET ILLE SOPOREM *scripsi pro* CAPIT ILLE DAPES (*u. 93*) ω | aut[1] *om.* HK | quia[2] *delendum putauit Weber* || **307** Eueris *scripsi,* perieri ω, Pericli *Mombritius,* Perierae *Jahnke ex codd. Myth. Vat. II 84* || **308** *lacunam post* cum *proposuit Jahnke, qui* iudex esset factus *uel sim. supplere uoluit* || **314–315** eodem loco *van de Woestijne, qui* ⟨dracones cum calcasset⟩ *addidit,* eundem -um ω

Iuppiter ob id fecit, ut septem aetates uiueret uatesque 320
praeter ceteros mortales ueracissimus haberetur.

⟨**97–98** MANSERE COMAE PROPEXAQVE MENTO / CANITIES PALLORQVE SVVS⟩ quae similia Tiresiae uideri poterant, non mutauit. ut Vergilius ⟨Aen. I 689–690⟩:

'et alas 325
exuit et uultu gaudens incedit Iuli'.

98–99 FALSA C(VCVRRIT) / I(NFVLA) non sua, quasi uatem sola infula mentiretur.

99–100 (GLAVCAEQVE INNEXVS) OLIVAE (/ VITTARVM PROVENIT HONOS) ipse honos uittarum adnexus glaucae 330
oliuae.

100–101 TANGERE R(AMO) / P(ECTORA) Eteoclis dormientis.

105–108 TV VELVTI M(AGNVM) (SI IAM TOLLENTIBVS ASTRIS / IONIVM NIGRA IACEAT SVB NVBE MAGISTER / IMME- 335
MOR ARMORVM VERSANTISQVE AEQVORA CLAVI / CVNCTARIS) hyperbaton est. id est: tu cunctaris, ita quietem agis ut gubernator dormiens uentis mare uersantibus.

108 SIC FAMA id est: sic de eo Fama loquitur, uel notum est, quod dico, omnibus. 340

109–110 (VIRESQVE PARAT QVIS REGNA) CAPESSAT / (QVIS NEGET INQVE TVA SENIVM DESTINAT AVLA) quasi perpetuo retenturus. Sallustius ⟨Cat. 52, 5⟩: 'expergiscimini aliquando et capessite rem publicam'. QVIS NEGET id est: ui-

320 praeter *Lindenbrog*, per ω (prae **R**) ‖ **321–322** MANSERE … SVVS *scripsi pro* VELLERA NOTA INDVITVR (*uu. 96–97*) ω ‖ **338** sic π *Mombritius Hill*, SCIT ω ‖ **342** expergiscimini] experge- **M**[ac]**A c**(**b**)**R O**

345 ribus quibus neget tibi, scilicet omnia negaturus fraude pactorum. (INQVE TVA SENIVM SIBI) DESTINAT AVLA in aula, in qua tu iaces, in eadem tuus frater sibi senectutem te pollicetur expulso.

112 NEC NON I(N) F(OEDERA) V(ITAE) id est in amicitiarum
350 foedus.

113 POLLVTVS P(LACVIT) (FRATERNO SANGVINE TYDEVS) id est: Tydeus aduersum te pactus est foedus. pollutus autem sanguine Melanippi fratris sui, quem in uenatu incautus occiderat ut Peleus Phocum, unde reiecta post
355 terga manu pingitur. et ille nihilominus talia cogitat, qui tales sibi quaerit auctores.

117 AVSVRVMQVE E(ADEM) G(ERMANVM) E(XPELLE) quae nunc hortor, ut tu facias, ille ausurus est. id est: repetenti regnum nega, quod te exsule facturus est.

360 **119** AVT CADMO D(OMINAS) I(NFERRE) M(YCENAS) Cadmo pro Thebis, Mycenas pro Argis.

120–121 PALLIDA T(VRBANT) / S(IDERA) L(VCIS) E(QVI) ⟨pallida⟩ pallentia Solis aduentu. LVCIS lucis id est Solis.

365 **124** PERFVNDIT V(VLNERE) S(OMNVM) uulnere pro 'sanguine' posuit. non somnum perfudit, sed ipsum Eteo-

344–345 scilicet ... pactorum] regnum **f** *Mombritius*, *om.* **π** || **344** scilicet *R. Klotz*, sic **ω** || **346–347** senectutem te pollicetur] pollicetur senectutem te **Mm** || **352** Melanippi *scripsi* (*ex Hyg. 69*: *iam Aly*), Menalippi **ω** *edd.* || **355** auctores] adiutores *coni. Lindenbrog* || **364** PERFVNDIT] -FVDIT **M**[ac]**B** || **365–366** Eteoclen **fKAp**, -em **MmBQψ**, -a **F**

clen dormientem. uulnere ergo suo Laius sanguine Eteoclen perfudit, ut eum pollutum sceleribus imbueret.

126 MONSTRIS pro 'terroribus' posuit.

126–127 (VANVMQVE CRVOREM) / EXCVTIENS putans se 370 uero sanguine esse perfusum.

129 HORRVIT I(N) M(ACVLAS) quasi saeuitiam feritatis macularum praemonstret horrore. ut Vergilius ⟨Aen. X 726–727⟩:

'comasque arrexit et haerens 375
uisceribus superincumbens',

aut certe maculas, quae in retibus texuntur, explicuit [de retinaculo ⟨in⟩ Verr⟨in⟩is ⟨Cic. Verr. II 5,27⟩: 'minutis maculis'.]⟨HORRVIT⟩ plena est horrore.

133 IN ABSENTEM C(ONSVMIT) P(ROELIA) F(RATREM) ut Ver- 380 gilius ⟨Aen. XI 491⟩: 'et spe iam praecipit hostem'. quia iam uidebatur peregisse bella cum fratre. ad animum rettulit Eteoclis belli auidum.

134 MYGDONIIS (... CVBILIBVS) Lydiis uel Phrygiis. Tithonus enim Lydius fuit, maritus Aurorae. unde Vergilius ⟨Aen. 385 IV 585⟩: 'Tithoni croceum linquens A(urora) c(ubile)'. est ergo Mygdonia regio in finibus Asiae, a rege Mygdone.

137–138 (ILLI ...) SERAS / (ADVERTIT) F(LAMMAS) hoc est: Aurorae flammas Lucifer serus accendit. siue ad comparationem dixit ceterorum siderum, quia omnibus stellis 390 tardius occidit Lucifer. ADVERTIT id est: ad eam et contra eam uertit.

366–367 Eteoclen *scripsi*, -em **O** *Mombritius*, -a ω || **374** haerens] -et *Vergilius* || **376–378** de ... maculis *glossam seclusi* || **377** ⟨in⟩ Verr⟨in⟩is *correxi* || **378** HORRVIT *inserui* | plena est *scripsi*, plenum ω || **386** Mygdone *scripsi*, -nio ω

138–139 (ALIENVMQVE AETHERA TARDO) / LVCIFER EXIT EQVO nam uerso caelo ad aduentum Aurorae, cum cetera
395 sint apud antipodas, Lucifer solus apud nos inuenitur. hoc est alienum ... aethera, qui est diei, siue quia caelum stellis nocte concessum est. ergo Lucifer officio suo nocte non fungitur, cum eum oriri constet prope lucis aduentum. hinc alieno ... aethere uidetur exoriens.

400 **140** RADIOS V(ETET) E(SSE) S(ORORI) ut Vergilius ⟨georg. I 396⟩: 'et fratris radiis obnoxia surgere Luna'.

142 DIRCAEVS (... HEROS) Polynices a Dirce fonte Thebanorum. ACHELOIVS H(EROS) Tydeus ab Acheloo fluuio, qui per Aetolos fluit in Calydonem.

405 ⟨**143–144** ILLOS POST VERBERA FESSOS / EXCEPTAMQVE HIEMEM⟩ causa, cur tardius Tydeus et Polynices a somno surrexerint, Adrastus uero celerius.

145 AT INACHIO (... REGI) notanda elegantia poetae, qui tres duces fluuiorum cognominibus designauit: Dircaeum
410 Polynicen, Acheloium Tydeum, Inachium Adrastum.

148–151 (POSTQVAM) ... / INSIDVNT hyperbaton, id est: postquam insidunt.

150 (QVO SERERE) ARCANAS APTVM (ATQVE EVOLVERE CVRAS) uenerunt ad locum aptum, secretum fabulis uel
415 curis. nam ab eo quod in secretis locis curae publicae dis-

400 et] nec *Vergilius* || **403** Aetolos] ethelos **fBApc**, *om.* **m** || **404–405** ILLOS ... HIEMEM *scripsi cum* **B** (*usque ad* F.) *pro* CORRIPVERE T(ORIS) (*u. 143*) **ω** || **409** Polynicen *scripsi cum* **c** (policen A), -em **ω** || **410–416** *scholia* INSIDVNT ... insidunt *et* ARCANAS ... antiquitas *in* **ω** *reuersa ad rectum ordinem restitui* || **414** nam $\mathbf{M}^{pc}$**f** $\mathbf{b}^{pc}$($\mathbf{O}^{pc}$?), non $\mathbf{M}^{ac}$**mBKπ**

serantur, ad hoc electa loca 'curias' nominauit antiquitas.

152–153 (QVOS NON SINE NVMINE REGNIS) / INVEXIT NOX ATRA MEIS quos per imbres et fulmina non sine fato in regnum meum Apollo perduxit. 420

154 INTEMPESTVMQVE TONANTEM hoc est uehementer tempestuosum, hiemalem. econtra Vergilius, cum clementiam uerni temporis uellet ostendere, ait ⟨ecl. VII 60⟩: 'Iuppiter et laeto d(escendet) p(lurimus) i(mbri)'.

158–159 (GEMINAE MIHI NAMQVE NEPOTVM) / LAETA FIDES 425 (AEQVO PVBESCVNT SIDERE NATAE) ordo: Argia et Deipyle geminae mihi natae pubescunt, nepotum laeta fides.

160 (QVANTVS HONOS QVANTVSQVE PVDOR) NE CREDITE PATRI ne laudare magis uideretur quam uerum dicere, fidem suam uoluit ipsis testibus approbare. HONOS pulchri- 430 tudo. ut Vergilius ⟨Aen. I 591⟩: 'laetos oculis a(fflarat) h(onores)'.

161 SVPER pro 'inter'.

162–163 HAS TVMIDI SOLIO (ET LATE DOMINANTIBVS ARMIS / OPTAVERE VIRI) ⟨tumidi solio⟩ imperio superbi. 435 et artificiose, ne uideatur hos procorum inopia generos elegisse, ait se multos repudiasse et honore praestantes.

⟨**163** OEBALIOS⟩ accipiamus 'Laconicos'. Oebalus enim

418 fulmina] flumina **fK** || **420–421** tempestuosum *coni. Lindenbrog*, -iuum **ω** || **425** ordo *inser. post* est **Mm** || **437** OEBALIOS *scripsi pro* LONGVM ENVMERARE **ω**, LONGVM ENVMERARE PHERAEOS OEBALIOSQVE *Lindenbrog* || **437–438** accipiamus ... fuit *post* matrem (**439**) **ω**, *ad locum restituit Lindenbrog* || **437** ergo *inser. post* accipiamus **mBKπ**

Laconum rex fuit. [⟨ACHAEA PER OPPIDA MATRES⟩ Atalanten significat, Parthenopaei matrem.]

440 ⟨**165–166** NEC PLVRA TVVS DESPEXERAT OENEVS / FOEDERA⟩ Oeneus, Tydei pater, cuius Deianira filia a multis in coniugium exoptata procis. pro qua Hercules et Achelous, Aetoliae amnis, certasse dicuntur. Deianiram ergo, Oenei et Althaeae filiam, uno tempore in coniugium pe-
445 tebant Hercules et Achelous acceptaque lege ab Oeneo, ut qui uirtute superasset, Deianiram duceret, congressi in certamine. cum superaretur Achelous ab Hercule, per diuersas immutatus est figuras. OENEVS Tydei pater. ideo ait t u u s.

450 **166** PISAEISQVE (SOCER METVENDVS HABENIS) Oenomaus, Martis filius, propter Hippodamiam filiam procos suos uictos curruli certamine morte afficiebat ad reliquorum terrorem. ideo hunc m e t u e n d u m dixit.

170 (TALES) STIRPEMQVE ANIMOSQVE VENITIS figura
455 Graeca usus est. illi enim sic dicunt: uenit doctus sapientiam. TALES quasi fortes et nobiles.

171 VT RESPONSA IVVENT ut me delectet tales generos Apollinis meruisse responso.

438 Laconum rex] rex Laconum **M** *Mombritius* || **438–439** ACHAEA ... MATRES *inseruit Lindenbrog, ad quod lemma male intellectum scholium satis ineptum a nescioquo sciolo interpolatum esse credo et seclusi* || **440–441** TVVS DESPEXERAT OENEVS *inseruit Lindenbrog,* NEC PLVRA, FOEDERA *ego pro* SPEM GENERIS (*u. 165*) **ω** || **444** Althaeae *Jahnke*, etholię **ω**, Aethesiae *Mombritius* || **445** -que] *om.* **f**, ergo **m** || **446** ut **M**^{pc} *Lindenbrog, om.* **fE**^{1} **mπ** || **448** fuit *inser. post* pater **mπ** || **451** filiam **Mf**, *om.* **E**^{1}**m Bπ** || **452** curruli] cur(r)ili **Mm** || **453** terrorem **GO** *Lindenbrog*, -es **ω**

173–175 (FIXOSQVE OCVLOS PER MVTVA PAVLVM / ORA TE-
NENT VISQVE INTER SESE ORDINE FANDI / CEDERE) SED 460
CVNCTIS TYDEVS AVDENTIOR ACTIS talis ubique monstrabi-
tur, etiam tempore, quo ei moriendum est. sensus talis
est: dum sibi inuicem detulerunt, pendebat amborum ore
loquendi principium. dubitabant ergo, quis prior deberet
incipere. quod intellectum est ex eo, quod se mutuis in- 465
tuebantur aspectibus.

176–177 O QVAM TE PARCVM IN PRAECONIA F(AMAE) /
(MENS AGITAT MATVRA TVAE) ordo: o quam te parcum agi-
tat mens matura in praeconia famae tuae. hoc est: pudore
nimio plurimum tuis laudibus detrahis. 470

177 FERENTEM feliciter praecedentem.

178 FORTVNAM DOMAS quae solet alios secundis rebus ex-
tollere. ut Vergilius ⟨Aen. X 502⟩: 'et seruare modum re-
bus lassata secundis'.

⟨**178–179** CVI CEDAT ADRASTVS / IMPERIIS⟩ quippe quo 475
nullus potior inuenitur.

179–181 QVIS TE SOLIO SICYONIS AVITAE / (EXCITVM IN-
FRENOS COMPONERE LEGIBVS ARGOS / NESCIAT) Sicyon
ciuitas est Achaiae, in qua primo regnauit. unde Argos ro-
gatus Adrastus aduenit, ut mores barbaros naturae suae 480
lenitate componeret.

181–184 (ATQVE VTINAM HIS MANIBVS PERMITTERE GEN-
TIS / ... QVAS DORICVS ALLIGAT INTVS) / ISTHMOS (ET AL-

464 prior *om.* **Mf** ‖ **468** MENS AGITAT *inseruit Mombritius* | est *inser. post* ordo **mψ** ‖ **472–473** FORTVNAM ... extollere *post* inuenitur **(476)** **ω** *ad locum restituit Lindenbrog* ‖ **474** lassata] sublata *Vergilius* ‖ **475** CVI ... ADRASTVS *inseruit Lindenbrog* (*leg.* CEDIT), IMPERIIS *ego* ‖ **478** Sicyon *om.* **fπ** ‖ **479** est *om.* **Fπ**

TERNO QVAS MARGINE SVMMOVET INFRA / NON FVGERET DI-
485 RAS LVX INTERCISA MYCENAS) ⟨Doricus … Isthmos⟩ Peloponnesum significat omnem, aut quod summouet Helladem aut Ioniam ⟨ab illa⟩. adhuc enim illis locis Thesei uersum legunt: 'inde est Peloponnesus, hinc Ionia'. (GENTIS / … QVAS DORICVS ALLIGAT INTVS / ISTHMOS ET
490 ALTERNO QVAS MARGINE SVMMOVET) INFRA [id est: 'intus' et 'infra' Aegaeum dicit mare et Ionium, quae Isthmos diuidi⟨t⟩.] id est illas gentes, quae sunt intra et extra Isthmon. sensus ergo talis est: si tua mansuetudo illis gentibus praesideret, nunquam Mycenae fraterno scelere
495 potuissent fugam Solis scire.

185 SAEVA NEC ELEAE (GEMERENT CERTAMINA VALLES) Elea ciuitas est Oenomai, cuius crudelitatem detestatur, quod in petitores filiae suae Hippodamiae crudelis exstiterit.

500 ⟨**186–187** ET QVAE / TV POTIOR THEBANE QVERI⟩ uel de quibus crudelitatibus et tu, Thebane Polynices, queri poteris.

191–192 (TAMEN OMNIS CORDE) RESEDIT / TRISTITIA (ADFIXIQVE ANIMO CESSERE DOLORES) bene: praesentibus gau-

486 omnem aut *Jahnke*, omne autem ω ‖ **487** Helladem *Jahnke* (-en *Lindenbrog*), -am **K**, bella dam- **Mfmπ** | aut Ioniam *Wilamowitz*, a sicionia ω | ab illa *inserui exempli gratia* ‖ **488** uersum *Wilamowitz*, uatem ω | inde *Wilamowitz*, unde ω | Peloponnesus **m(K)** *Mombritius*, -um **M(f)π** | hinc Ionia *Wilamowitz*, sicionia ω ‖ **490–492** id est intus … diuidit *seclusi*, *om.* id est … infra **π** ‖ **491** quae **π** *Mombritius*, quasi ω ‖ **492** diuidi⟨t⟩ *corr.* **π** *Mombritius* ‖ **493–495** sensus … scire *post* sicionia (*pro* hinc Ionia) **(488)** *in* ω *ad locum restitui* ‖ **500** ET QVAE *inseruit Lindenbrog*, TV … QVERI *ego* ‖ **500–502** uel … poteris *post* scire **(495)** *in* ω *ad locum restituit Lindenbrog*

diis praeterita oblitus est, quo ostenditur humana uarie- 505
tas.

193–195 NEC MINVS HAEC LAETI (TRAHIMVS SOLACIA QVAM SI / PRAECIPITI CONVVLSA NOTO PROSPECTET AMICAM / PVPPIS HVMVM) notandum, quod comparationem miscet allocutioni, ut supra ⟨uu. 105–107⟩: 510

'ueluti, magnum ⟨si iam tollentibus austris,
Ionium nigra iaceat sub nube magister
immemor armorum uersantisque aequora claui'.⟩

PROSPECTET AMICAM suffecerat addidisse h u m u m, nisi iungeret et a m i c a m. ut Plautus in Menaechmis 515
⟨uu. 226–229⟩:

'uoluptas nulla est nautis, Messenio,
maior meo animo, quam qui ex alto ad
terram prospiciunt. maior, non dicam dolo,
quam si adueniens terram conspicias, quae fuerit 520
tua'.

195–197 (IVVAT INGRESSOS FELICIA REGNI / OMINA QVOD SVPEREST FATI VITAEQVE LABORVM) / FORTVNA TRANSIRE TVA ⟨f o r t u n a t r a n s i r e t u a⟩ sub tutela fortunae tuae. hoc est: iunctos felicibus infelices posse aduersa superare. 525
dicunt ergo laetari se, quod futuras aerumnas suas felicitatis eius prosperitate ualeant euitare. **[191** NONDVM

511–513 si ... Ionium *inseruit Mombritius,* nigra ... claui *ego* || **514** PROSPECTET **fmO** *Mombritius,* -AT **M**π || **517** nautis] nauitis *Plautus* || **518** qui] quom *Plautus(?)* | ad] procul *Plautus* || **519** prospiciunt] con- *Plautus(?)* || **520** quam si] quasi *uel* si *Plautus(?)* | conspicias] uideas *Plautus* || **527–548** NONDVM ... uota *post* exstiterit **(498–499)** *in* ω *ad locum restitui* || **527–529** NONDVM ... Venus] *notam scribae cum lemmate suppositicio et uerbis ex lemmatibus confectis seclusi*

LAETA VENVS quod superius deest, hic redditur. iuuat laeta Venus.] docet poeta infelices felicibus iunctos fortu-
530 nam et laborem uitae contra fata posse transire. sic Cicero in Philippicarum primo ⟨I 4, 10⟩: 'multa etiam contingunt praeter naturam praeterque fatum'. et hoc diuersum est: nam quod putant, [quod] infelices felicibus iunctos [et] immutantes fortunam fata superasse, uel [ex]
535 ipsius felicitatis factos sine fato esse participes, hoc non est. nam ut miser iungeretur felici homini, per quem ad bonum statum peruenire po[tui]sset, id ipsum fati fuit. ut ⟨Aen. VII 234⟩: 'fata per Aeneae iuro' et ⟨Aen. X 814–815⟩:
540 'Lauso
Parcae fila legunt'
et alibi ⟨Aen. VI 683⟩ totum iuxta fati propositum: 'fataque fortunasque uirum moresque manusque'. denique infinito⟨s⟩ scimus fidos carosque potentibus, potentia omni
545 promerita priuatos fato prohibente, et alios nuper agnitos

529 felicibus] infelicibus **Mm** || 533 quod[1] *Jahnke*, qui ω | quod[2] *seclusi*, *om. Jahnke* || 534 iunctos *Mombritius*, -i ω | et *seclusi*, *ante* iunctos *Mombritius*, *om. Lindenbrog* | immutantes] -ant *Lindenbrog* | fata] fataue *Mombritius* | superasse] -ant *Lindenbrog* | uel] id est f, ut π *Mombritius* | ex *seclusi*, *om. Lindenbrog* || 535 ipsius] ipsis **M**[ac] *Jahnke* | felicitatis *Lindenbrog*, -e ω | factos *Lindenbrog*, -um **MfE**[1]**m**, fati π *Mombritius* | sine] si non **m**, sed π, se *Mombritius*, se sine ('al. iam se' *in obseruu.*) *Lindenbrog* | fato] -i *Mombritius* | participes *Lindenbrog*, -em ω || 537 po[tui]sset *corr. Kohlmann* || 542 iuxta **M**, iunxit **fm**π | fati *scripsi*, -um ω | propositum *scripsi*, praeposito ω (pro- **QRGOvek**, -um (*cum* iuxta) *R. Klotz apud Jahnke* || 543–544 infinito⟨s⟩ *corr.* π || 545 promerita priuatos *R. Klotz*, promeritos **Mfm**, priuatos π

et nullius fructus cum essent humiles laborum, ab eisdem multa bona meruisse. ⟨FELICIA REGNI OMINA⟩ quia felicia ista sunt uota.

202 PRIMISQVE HYMENAEIS Vergilius ⟨Aen. I 345–346⟩: 'cui pater i(ntactam) d(ederat) p(rimisque) i(ugarat) o(minibus)'. 550

204 TVMIDA IAM VIRGINITATE matura.

205 GAVDIA MENTE PARANT dum uotis exagitant⟨ur⟩, uidentur parare, quod gaudeant. ordo ergo: alacres Argi ⟨**202**⟩ ... gaudia mente parant. 555

206–207 LYCAEOS / PARTHENIOSQVE (SVPER SALTVS) montes Arcadiae. et in Lycaeo templum est Panos, in quo natus asseritur. unde Vergilius ⟨Aen. VIII 344⟩: 'Panos de more Lycaei'. famam ergo ait in haec loca penetrasse.

207 EPHYRAEAQVE RVRA Corinthiorum regioni confinia 560 extrema posuit. Corinthus namque a mari Arcadi⟨am⟩, a terra Peloponnesum claudit.

208 OGYGIAS ... THEBAS non montes Ogygios, sed locum ubi Thebae sunt constitutae. EADEM DEA TVRBIDA uelox Fama. 565

546 cum ... laborum *post* potentibus (**544**) *in* **ω** *ad rectum ordinem restitui* | humiles **π**, -i **Mf**, *om.* **mO** || **546–547** ab eisdem multa bona *scripsi*, multa bona ab eisdem **ω** || **547** FELICIA ... OMINA *scripsi pro* NONDVM LAETA VENVS (*u. 191*) *in* **ω** || **547–548** felicia *scripsi*, -ium **ω** || **553** exagitant⟨ur⟩ *corr.* **π** || **557** Panos **Kπ**, *om.* **Mfm** || **560** Corinthiorum] -thorum **fm** || **561** namque] ergo **f**, autem **m** | Arcadi⟨am⟩ a *corr. Mombritius* || **563–565** EADEM ... Fama *et* OGYGIAS ... constitutae *inuerso ordine in* **ω** *ad rectum ordinem restitui*

209 PERFVNDIT rumoribus imple[ui]t.

210 LABDACIVM Eteoclen. patronymicum ab auo Oedipi, huius proauo. (PRAEMISSAE) CONSONA NOCTI conuenientia, ut nihil a somniis discreparent. conueniens ergo cum
570 somnio praecedentis noctis, qua a Laio in Tiresiae effigiem mutato Eteocles fuerat admonitus. uel ipsa fama consonat praemissae nocti, id est quae nuper exacta est, qua Laius auus futura uisus est commonere. consonam autem conuenientem famam cum promissis Laii, qui ait
575 superius ⟨uu. 111–112⟩:

'dant animos socer augurio fatalis Adrastus
dotalesque Argi'.

⟨**211–212** HOSPITIA ET THALAMOS ET FOEDERA REGNI / PERMIXTVMQVE GENVS⟩ 'canit' ubique subaudiendum
580 ab eo quod dicturus est: 'quis furor est? iam bella canit'.

215–216 (SPECIES EST) CERNERE AVORVM / (COMMINVS) imagines auorum comminus cernere. est operae pretium descriptio eorum quorum statuae in Adrasti domo fuerant constitutae. ut Vergilius ⟨Aen. VII 177–179⟩:

585 'quin etiam ueterum effigies ex ordine auorum
antiqua e cedro [I(talusque) p(aterque) S(abinus)
u(itisator)]'.

566 imple[ui]t *corr. Mombritius* || **567** patronymicum **b**^pc^**RGv e(k)** *Mombritius*, -nomicum **fE**[1]**mBφcb**^ac^**O**, patri- **M** (-on **K**) || **571** admonitus] amm- **MmB** || **576** animos **M**^pc^**ObR** *Statius*, -o **M**^ac^**fπ**, *om. schol.* **mK**, *om. uerba Statii* **B** || **578–579** HOSPITIA ... GENVS *scripsi pro* IAM BELLA CANIT (*u. 213*) **ω** || **579** est *inser. post* subaudiendum **mB** || **580** est[1] **M**^pc^**E**[2]**BG** *Mombritius*, *inser. ante* dicturus **vek**, *om.* **M**^ac^**fmKπ** | est[2] **M**^pc^, *inser. Lindenbrog* || **586–587** Italusque ... uitisator *seclusi*

216 (VIVIS) CERTANTIA VVLTIBVS AERA Vergilius ⟨Aen. VI 848⟩: 'et uiuos ducunt de marmore uultus'.

217 TANTVM AVSAE PERFERRE MANVS ut imitarentur ui- 590
tam. quasi contra naturam fecissent, quod addidissent aeri spiritum.

219 IASIVS etiam iste rex Argiuorum fuit. PLACIDVS ... PHORONEVS quod primus Iunoni sacrificasset.

220 [ET] BELLATOR ABAS Abantis filius Proetus, cuius fi- 595
liae Proetides Furiis fallentibus a Venere boues sibi sunt creditae, quas Melampus expiauit.

221 COROEBVS hic est, qui, ne Argi pestilentia laborarent, Apollini se perimendum obtulit et ueniam meruit. FERENS CAPVT uel suum altius ferens, uel illius, quod oc- 600
ciderat, monstri.

222 TORVAQVE IAM DANAI F(ACINVS) M(EDITANTIS) I(MAGO) Danaus, Beli filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidemque Aegyptus, frater eius, filios, qui Danaum fratrem filias suis filiis in matrimonium postula- 605
uit. Danaus responso comperit quod generi sui manibus

589 et *deest in Vergilio* | ducunt] -ent *Vergilius* || **593–594** PLACIDVS ... sacrificasset *et* IASIVS ... fuit *inuerso ordine in* ω *ad rectum ordinem restitui* || **595** ET *seclusi* || **596** Furiis fallentibus *scripsi*, furiis fauentibus **Mfm**², furtis fauentibus **E**²**Kt**, furore immisso π *Mombritius* || **597** *post* pepercit (**615**) *in* **f**²**E**¹**B**π *sequitur* Indignatusque tonantem. (*u. 220*) (*lemma om.* **B**) Acrisius rex Argiuorum ... Ardea condidit (= *Seru. Aen. VII 372*) *quod ad locum suum restituit et seclusit Jahnke* || **602–615** TORVAQVE ... pepercit] *scholium delendum credidit Schottky* || **604** Aegyptus *Mombritius*, aegistus ω || **606** generi **M**pc**mBbvek** *Mombritius*, -is **M**ac**E**¹π, manibus f

interiret. Argos profectus est et primum dicitur nauem fecisse, a cuius nomine Argo dicta est nauis. Aegyptus misit filios suos ad persequendum fratrem hisque praecepit
610 ut aut Danaum interficerent aut ad se non redirent, ut Agenor filio imperauerat. qui postquam uenerunt Argos, coeperunt patruum oppugnare. Danaus postquam uidit se resistere non posse, filias suas fratris sui filiis spopondit uxores. quae patris iussu uiros uniuersae suos interfece-
615 runt. sola Hypermestra Lynceo pepercit.

224–225 (PROCERVM MANVS OMNIS ET ALTO) / QVIS PROPIOR DE REGE GRADVS (STANT ORDINE PRIMI) quisquis regem affinitate contingit, id est proceres et illi qui regibus genere iungebantur [et] stabant primi, ut singulorum ordo
620 poscebat et generis gradus. (ALTO / ...) STANT ORDINE PRIMI ⟨ordo⟩: alto ordine stant primi. hos autem dicit, quod Tullius ⟨de imp. Cn. Pompei 24⟩ sic nominauit: 'qui uiuunt in regnis' hoc est qui regibus obsecuntur. STANT ... PRIMI illi etiam proximi regi stabant qui orna-
625 bantur generis dignitate.

227–228 CASTA MATRVM C(INXERE) C(ORONA) / A(RGOLIDES) multitudine religiosa, id est pars matrum uirginibus nupturis admixta.

229 FOEDERA CONCILIANT id est: sponsos commendant et
630 docent eas foedera nuptiarum.

230 (HABITV ...) VERENDO uirginali.

232 DEIECTAEQVE GENAS id est: terram intuentes prae pudore.

608 Aegyptus *Mombritius*, aegistus **ω** || **616–617** PROPIOR] PROPRIO **fBπ** || **619** et *seclusi* || **621** ordo *inserui* || **624** stabant] stant **M**^{ac}**m**

233 PRIMAEQVE MODESTIA CVLPAE culpam putant amissionem uirginitatis. 635

235 TENEROS ... PARENTES timidos, quia delectauerint Adrastum filiarum lacrimae. erat enim pudoris insigne etiam uota trepidare.

237 [ET] ASPERIOR PHOEBI SOROR fratre asperior, quia ille citharae, illa uenatibus operam dedit. 640

239 ILLA SVAS CYNTHO COMITES AGAT H(AEC) A(RACYNTHO) Cynthus Deli mons est Dianae sacer, unde Diana Cynthia dicta est. Aracynthus Atticae regionis mons Mineruae sacer.

240 TVNC SI FAS (OCVLIS) id est: si liceat, quoniam mortalibus concessum non est uidere caelicolas. 645

244 FATIGANT diu inuocant, ut Horatius ⟨carm. I 2,26–28⟩:

'prece qua fatigent 650
uirgines sanctae minus audientem
carmina Vestam?'

245 (QVAE CVIQVE DOMVS SACRIQVE) FACVLTAS unusquisque pro uiribus suis uota faciebat.

247–248 NEC MINVS AVDITI (SI MENS ACCEPTA MERENTVR / TVRE DEOS) sensus: nec minus auditi sunt illi qui ture deos placabant illis qui hostias immolarant. uictimarum enim loco sola etiam bona conscientia diis litatur. sicut Persius ⟨II 73–74⟩: 655

636 delectauerint] -unt **fπ** *Mombritius* ‖ **639** ET *seclusi* ‖ **641** SVAS] SVOS **Mπ** ‖ **642** archadię (*ex* archandię **M**) *inser. post* mons est **Mf** ‖ **654** faciebat **f** (*ex* facebat) **E¹mπ**, -bant **MB** ‖ **657** immolarant **fmBKπ**, -bant **ME¹O**

660 'compositum ius fasque animi sanctusque recessus
mentis et incoctum generoso pectus honesto'.

249 LACHESIS unam pro omnibus posuit.

252–253 PALLADA MONYCHIIS (CVI NON ARGIVA PER VRBES /POSTHABITA EST LARISSA IVGIS) Pallas, quae non
665 minus diligit Larissam quam Monychiam. Larissa autem oppidum est Adrasti in quo nunc nuptiae fiunt, non illa Thessaliae unde Achilles dicitur natus.

255 LIBARE uel consecrare uel aliquid templis appendere. Vergilius ⟨Aen. VII 391⟩: 'sacrum tibi pascere crinem' id
670 est nutrire.

255–256 PRIMOSQVE SOLEBANT / EXCVSARE TOROS id est: in templo Mineruae solebant uirgines nupturae placare deam quae sit fautrix uirginitatis et excusare quod necessitate et lege naturali nubere cogebantur.

675 **257–260** (SVMMI DELAPSVS CVLMINE TEMPLI) / ARCADOS EVHIPPI SPOLIVM (CADIT AEREVS ORBIS / PRAEMISSASQVE FACES FESTVM NVBENTIBVS IGNEM/ OBRVIT) Euhippus, rex … Argiuorum, mirae felicitatis fuit. cuius clipeum qui[a] apud Argos nobiliter rem gessisset accipiebat, ut illo per
680 urbem incedens honestaretur. unde prouerbium apud illos tale est, cum alicuius ignauiam irriderent, ut Callima-

660 animi] -o *Persius* | sanctusque **MfmφcGO**, -osque **BKb Rvek** *Persius* || **663** PALLADA] PALLIDA **Mf** | MONYCHIIS] -I(I) **Bπ** || **664** Pallas, quae *scripsi*, quae palla(s) **ω** | Pallas **MQbRGO**^{2}, -a **fE**^{1}**mBKπ** || **665** Monychiam **(B)π**, -an **MfE**^{1}**m**, -ān **K** || **678** argiuorum **ω**, Arcadūm *Kohlmann 1874. scholium et de Abante rege Argiuorum et de Euhippo primum tractans postea mutilatum credidit Mulder ad loc., quem sequens lacunam post* rex *posui* | qui[a] *corr.* **O** *Lindenbrog* || **680** urbem] -es **Mf**

chus ait ⟨frg. 683 Pfeiffer⟩: *ὡς τὴν ἀσπίδα † ατον † ἑλών*. hoc nunc spolium dicit faces nuptiales exstinxisse, cum caderet uera ominis ratione, quia nuptias bella diremerunt. 685

260 EQVE ADYTIS SIMVL E(XAVDITA) R(EMOTIS) Vergilius ⟨Aen. III 92⟩: 'et mugire adytis cortina reclusis'.

263 MOX AVDISSE NEGANT ut homines suspicionem sedarent, more uulgi potentibus blandientes audisse se negant quae constabat gaudiis obfutura. 690

265–267 (NEC MIRVM NAM TVM INFAVSTOS DONANTE MARITO) / ORNATVS ARGIA GERIS (DIRVMQVE MONILE / HARMONIAE) dicit non esse mirandum quod aduersum omen acciderit, siquidem Argia, uxor Polynicis, funestum monile acceperit, quod Thebis ueniens ad Argos extulerat. et 695 repetit originem huius muneris, quod a Vulcano Veneri fabricatum fuisse dicatur et deinde Harmoniae ⟨fuerit⟩, postremo reginarum omnium quae Thebis uixerunt, quas istius monilis omine dicit infeliciter deperisse.

272 HARMONIAE DOTALE DECVS ut illa puniretur, quae ex 700 adulterio Martis et Veneris nata esset. huiusmodi enim uenenis infecerat illud monile Vulcanus, ut necesse esset hoc monile gestanti aerumnarum mole opprimi. hoc enim usa est Harmonia, Agaue, Semele, Iocasta, Argia, ultimo Eriphyla, nam ad Polynicen hoc hereditario iure 705 peruenerat. quaecumque ergo hoc ornatu usae sunt, graui

682 *uerba Graeca sic reconstituit Pfeiffer, ἀσπίδ' ἄεθλον Kohlmann 1874* || **684–685** diremerunt b^{pc}(G) *Jahnke*, diri- ω || **690** constabat **fE^{1}mKπ**, -bant **MBFpbG** *Mombritius* || **694** acciderit **vek** *Jahnke*, -et ω || **697** fuerit *inser. Jahnke*, fuit *iam Lindenbrog* || **704** Semele Iocasta *Jahnke*, iocasta semele ω

exitu et aerumnis affectae sunt. SUB LVCE IVGALI id est sub die nuptiarum quo Cadmo nupserat.

273–274 DOCTI QVAMQVAM M(AIORA) L(ABORANT) / C(YCLO-
710 PES) quamquam maiora docti sunt facere, tamen hoc laboriose fecerunt.

274–276 NOTIQVE OPERVM TELCHINES (AMICA / CERTATIM IVVERE MANV SED PLVRIMVS IPSI / SVDOR) hi tres fratres dicuntur fuisse inuidia liuidi. qui cum uicinorum agros ui-
715 derent prouentu fertiles, natura felices, hos sparsisse dicuntur aquis Stygiis ut redderent infecundos. qua culpa poenam metuentes solum uerterunt seque ad Cyclopes contulerunt. est ergo sensus: in hoc plurimus est Vulcano sudor, quamuis et Cyclopes in hoc laborauerint ipsique
720 Telchines. Telchinas ergo inuidos ad hoc monile faciendum concordasse dixit, ut fieret. PLVRIMVS IPSI / SVDOR Vulcano scilicet, ut, qui facienda aliqua imperare consueuerat, personam sumeret fabricantis. unde Vergilius ⟨Aen. XII 90–91⟩:
725 'ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat'.
⟨IPSI⟩ id est per se, non per ministros.

276 (ARCANO FLORENTIS) IGNE SMARAGDOS uirides lapides. quemadmodum glaucum pro 'uiride', sic ignem
730 pro 'splendore' posuit.

277 (INFAVSTAS) PERCVSSVM ADAMANTA (FIGVRAS) id est characteribus nocentissimis sculptum.

709–710 C(YCLOPES)] O. **Mf** || **710** sunt **mFpR**[ac]**vek** *Mombritius* -sint **MfE**[1]**BKπ** | hoc **π** *Mombritius*, haec **ω** || **710–711** laboriose] -a **E**[1]**mK** || **719** laborauerint] -unt **Mπ** *Mombritius* || **725** ipse] ipsi **Mf** || **727** IPSI *inserui*

278 GORGONEOSQVE ORBES ita exsecrandum monile describit, ut huic pulchritudinem conferat atque terrorem. nam Gorgoneos ... orbes ponit instar oculorum, ut ad 735 monstri speciem stupefaceret intuentes magnitudo et pulchritudo gemmarum.

278–279 (SICVLAQVE INCVDE RELICTOS) / FVLMINIS EXTREMI CINERES hoc est: qui perfecto fulmine superfuissent, quasi hoc perniciosiores essent. constat enim hoc 740 monile post fulmina fabricatum de fragmentis. VIRIDVMQVE DRACONVM uel iuuenum uel uenenosorum.

280–281 HIC FLEBILE GERMEN / HESPERIDVM in Aethiopia speciosissimum pomarium Atlantis fuit, in quo nascebantur mala aurea, quae Hesperides custodiebant Aegle, Ere- 745 thusa, Hesperethusa, et draco peruigil. – ... acceperat responsum, ut ea quandoque ex Ioue genitus raperet. – nihilominus tamen fides responsi explicata est, missusque est ab Eurystheo rege Hercules, Iouis filius, qui ea mala abstulit occiso dracone peruigili. diximus poetam 750 omnia contulisse quae gratiam facerent et timorem. ideo etiam aurum uult infame fuisse quo monile compositum est, ut iure confirmetur malum fuisse.

281 ET DIRVM PHRIXEI VELLERIS AVRVM Phrixus et Helle[s] insania a Libero abiecti cum in silua errarent, Nebula, 755

744 Atlantis fuit] fuit athlantis (aht- **M**) **Mf** || **745–746** Erethusa **mBπ** *Jahnke*, aret(h)usa **fF** *Mombritius*, eredusa E[1] || 746 *lacunam ante* acceperat *posui* || 753 malum fuisse *om.* **mB** | Tum aurum quod hesperides seruabant et peruigil dumtaxat aureis *post* fuisse (*post* confirmetur, *om.* malum fuisse **m**) *inser.* **fm** || 754 Helle[s] *corr. Jahnke*, *iam Barth* || 755 Nebula $E^1F^{ac}v^{pc}$**k** *Lindenbrog*, neobula **ω** *Mombritius*, nephile **v**(*u. l.*)**e**, Nephele*?*

mater eorum, dicitur uenisse et arietem uellere aureo insignitum exhibuisse, in quo praedictos filios suos iussit ascendere et in Colchos ad regem Aeetam transire ibique arietem immolare. qui cum ex praecepto matris ascendis-
760 sent, illos aries in pelagus detulit. Helle[s] lapsa nomen ponto dedit. Phrixus matris praecepto parens arietem immolauit pellemque auream Martis templo dicauit, quam Iason, Aesonis filius, cum Argonautis dicitur petisse. hunc Aeeta rex libens recepit filiamque ei dedit uxorem.
765 et cum ex ea liberos suscepisset, ueritus est Aeeta, ne se a regno deiceret, quod ei responsum ex prodigiis fuerat ⟨ut ab⟩ aduena, Aeoli progenie, mortem caueret, ⟨et⟩ Phrixum interfecit. at filii eius ratem ascenderunt, ut ad auum Athamantem transirent. hos naufragos Aeson exce-
770 pit.

283–284 ET QVAE PESSIMA CESTON / (VIS PROBAT) etiam illam uim monili permiscuit quae uis ceston probat id est quae cuius sit potestatis ostendit. c e s t o n enim cingulum dicitur Veneris, quo utitur ad honestas nuptias. et quo-
775 niam uirgo Cadmo nupserat Harmonia, ideo hoc iunxit. nam ad turpes nuptias Venus dicitur non uenire. ideo 'incestum' dicitur quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit iunctum.

758 Aeetam] oetam ω *Mombritius, corr. Jahnke* ‖ **760** Helle[s] *corr. Jahnke, iam Barth* ‖ **764** Aeeta] oeta ω *Mombritius, corr. Jahnke* ‖ **765** liberos] filios **M** (*solus*) | Aeeta] oeta ω *Mombritius, corr. Jahnke* ‖ **766–767** ut ab *inseruit Lindenbrog* ‖ **767** progenie] -es **E**[1]**B** | et *inserui* ‖ **769** Athamantem π, athal- **M**, anthl- **f**, at(h)l- **E**[1]**mBVp** *Mombritius* ‖ **778** iunctum] uinctum (*in codicibus recentioribus haec uerba non facile distinguuntur*) *Mombritius*

285 ATQVE HILARI (PERFVNDIT CVNCTA VENENO) ⟨hilari⟩ id est lucido, [ut possit exinde aliquid fingi laetitiae,] ut esset faci[l]e delectabile et gratum, latenter autem nociuum et pestiferum. 780

286 [NON HOC] PASITHEA (BLANDARVM PRIMA SORORVM) id est una Gratiarum. sunt autem tres: Pasithea, Aglaie, Euphrosyne, Iouis et Eurynomes filiae, Veneris famulae. 785

289–291 PRIMA FIDES OPERI (CADMVM COMITATA IACENTEM / HARMONIA VERSIS IN SIBILA DIRA QVERELIS / ILLYRICOS LONGO SVLCAVIT PECTORE CAMPOS) periculum huius monilis fidem fecit Harmoniae, quae prima experta est. nam in anguem uersa est cum marito ob hanc causam, quod ⟨Cadmus⟩, Agenoris et Ar⟨g⟩iopae filius, draconem Martis, qui fontem custodiebat, occidit. ideo uult hoc contigisse, quia nuptialibus donis hoc monile possederat. 790

292–293 IMPROBA MOX SEMELE (VIX DONA NOCENTIA COLLO / INDVIT ET FALLAX INTRAVIT LIMINA IVNO) uult etiam Semelen huius infelicitate monilis exstinctam et magis ornatus inuidia a Iunone quam paelicatus inductam ut a Ioue improbe posceret quod nefas esset corpus sustinere mortale. optime autem Semelen improbam dixit, quod uoti fuit immodica, ut Iouem uellet uidere cum fulmine. 795 800

780 ut … laetitiae *seclusi* ‖ **781** faci[l]e *corr. Jahnke* ‖ **783** NON HOC *seclusi* ‖ **784** Aglaie *Mombritius* (-ia *u. l. in marg.* **v**), agiale **Mf**, aegiale **E**[1]**mBVv(e)k**, eagarle (**K**?), egale **π** ‖ **785** Eurynomes *scripsi*, autonois **ω** (-es *Jahnke*) ‖ **789** Harmoniae] -am **m**, -em **BV**, -a *Jahnke* ‖ **790** anguem] -es **E**[1]**mπ** ‖ **791** Cadmus *inserui* | A⟨g⟩riopae *scripsi*, Europae **π** *Mombritius*, Agriopes *Lindenbrog* ‖ **797–798** inductam] indutam **fπ**

294–295 TEQVE ETIAM INFELIX P(ERHIBENT) I(OCASTA) D(ECORVM) / P(OSSEDISSE) N(EFAS) bene infelix, quae non imposuit per malorum experimenta finem cupiditati.
805 nam hoc monile Iocastam etiam post Agauen certum est habuisse.

298 SACRO ... AVRO exsecrabili. ut Vergilius ⟨Aen. III 57⟩: 'auri sacra fames'.

299 VIDERAT HOC CONIVNX (PERITVRI VATIS) Eriphylen di-
810 cit, Amphiarai uatis uxorem.

299–300 ET ARAS / ANTE OMNES (EPVLASQVE) quia apud antiquos ante aras numinum celebrabant iura nuptiarum. et est ordo: ante aras et epulas nuptiarum.

302 NIHIL AVGVRIIS ADIVTA PROPINQVIS propinquis siue
815 quia auguris uxor est, uel his prodigiis, quae paulo ante clipei casu contigerant. – nihil proderat, inquit, quod augurem habebat maritum, nam infausta cupit. secundum illud Vergilii ⟨Aen. IX 328⟩: 'sed non auguriis potuit depellere pestem'.

820 **303** (QVOS OPTAT GEMITVS) QVANTAS CVPIT IMPIA CLADES mariti mortem, furorem filii, interitum suum.

305 INSONTES NATI MERVERE FVRORES Alcmaeonem dicit, qui post mortem matris conuersus est in furorem patre

803 D(ECORVM) P(OSSEDISSE) N(EFAS)] C. D. N. P. **M** || **805** Iocastam **fKVOvek** *Mombritius*, -a **ME¹mBπ** | Agauen **E²pvek** *Mombritius*, -e **ME¹mBKVG**, -e *uel* -ē f, -em **π** || **809** Eriphylen] -em **Vπ**(-e **Fp**, -en **v**) || **818** Vergilii (**QcbO**) (*Mombritius*), uirḡ **ω** | auguriis] -io *Vergilius* || **823** mortem matris] mortem matris ł concubitum **M**, matris concubitum **m**

mandante. ut Iuuenalis in secundo ⟨VI 173⟩: 'nil pueri faciunt, ipsam configite matrem'. item Lucanus ⟨II 108⟩: 825 'crimine quo parui caedem potuere mereri'.

307 ISMENIVS HEROS Polynices, qui a Thebano fluuio nomen accepit, quem poeta a fluuio frequenter appellat.

308 IAMQVE ET SVA (QVAERERE) REGNA eleganter sua, qui et apud Argos ex coniunctione regia imperabat. 830

311 DESCISSE DEOS quasi dii non innocentes, sed potentes et feliciores sequantur, sic a se ad fratrem esse traductos. descisse ergo quasi ab amicitiis, ut ciuitas quae ad hostes decurrit 'desci⟨sce⟩re' dicitur. ut Lucanus ⟨II 727–728⟩: 835

'lassata triumphis
desciuit Fortuna tuis'.

312 NVDVM LATVS (OMNE) ab amicis desertum. regum enim semper latera stipatorum satellitumque corona claudebat. 840

313–314 NAMQVE VNA SOROR (PRODVCERE TRISTIS EXSVLIS AVSA VIAS) Antigonen dicit, quae fratrem sepeliuit. nam et Ismenen aliam sororem habuit Polynices. PRODVCERE prosequi. ut Terentius ⟨Heaut. tim. 144⟩: 'comes produxi'. 845

824 in secundo (*sc.* libro) *scripsi* (= lib. II *? Jahnke*), ii **Mπ**, *om.* **mVFbRvek**, *om. schol.* **fK** || **827** ISMENIVS] HISTHMENIOS **M**, -VS **π** || **827–828** *uel* qui … accepit *uel* quem … appellat *interpolatum est* || **828** a fluuio *scripsi*, fluuium **ω** || **829** QVAERERE *inseruit Mombritius* || **834** desci⟨sce⟩re *corr. Lindenbrog* || **836** lassata *Lucanus*, lassaque **ω**, lassa *Mombritius* || **842** Antigonen **Bvek**, -em **ω** *Mombritius* || **843** Ismenen **M**pc, -len **ω** *Mombritius* || **844** comes] omnis *Terentius*

315 ET MAGNA LACRIMAS INCLVSERAT IRA id est: dolore nimio siue iracundia lacrimarum clauserat cursum. ut Vergilius ⟨Aen. VII 534⟩: ⟨'tenuemque inclusit sanguine uitam' et ipse alibi⟩ ⟨XII 318⟩: 'inclusitque dolor lacrimas'.

850 **316–318** TVNC QVOS EXCEDENS HILARIS (QVIS CVLTVS INIQVI / PRAECIPVVS DVCIS ET PROFVGO QVOS IPSE NOTARET / INGEMVISSE SIBI) cogitat, discessu suo qui gauisi sint, qui doluerint. omnia, inquit, haec in animo reuoluebat, et fratris cultum et quos sibi profugo gemuisse pro-
855 spexerat. ergo si aliquibus potuit exilium displicere, reuertentem tanto magis poterunt adiuuare.

320–321 (QVA NON GRAVIOR MORTALIBVS ADDITA CVRIS) / SPES VBI LONGA VENIT qua nulla grauior mortalibus cura est. Sallustius ⟨Iug. 64,6⟩: 'animo cupienti nihil satis fe-
860 stinare'. Cicero ⟨Catil. 4, 8⟩: 'eripis etiam spem, quae sola homines in miseriis consolatur'. hanc enim curarum omnium constat esse postremam. graue enim tormentum est spes quae longa exspectatione differtur. Terentius ⟨Adelph. 219⟩: 'spem pretio non emo'.

865 **321–322** (TALEM SVB PECTORE) NVBEM / (CONSILII) cogitationum multitudinem, quae animum sollicitudinis mole confundit.

322 DIRCEN fontem Thebanum, per quem Boeotiam debemus accipere. Cadmi autem domos ⟨323⟩ Thebas di-
870 cit.

326–327 RECEPTO / SANGVINE id est recepta uirtute. Lucanus ⟨II 338–339⟩:

848–849 tenuemque ... alibi *inserui* ‖ **850** HILARIS | -ES **O** *Mombritius* ‖ **853** sint] sunt **fE**[1ac]**φ** | doluerint **E**[1]**mBVπ**, -unt **Mf KFpGO** ‖ **859–860** festinare] -atur *Sallustius*

'dum sanguis inerat, dum uis materna, peregi
iussa, Cato'.

328 (PASTVSQVE ET) CAPTA ARMENTA REPOSCIT ab inimico uictore. 875

332 MENTE ACVIT exercuit uel in maiorem rabiem concitauit. FIDA proprium uxoris epitheton.

332–334 (VIAS ARCANAQVE CONIVNX) / SENSERAT (VT ... TORIS PRIMO COMPLEXA IACEBAT / AVRORAE PALLORE VIRVM) 880 Argia dispositionem mariti senserat, prima exorta aurora complexa uirum. pallorem dixit colorem croceum. primo enim aurora cum Luciferi candore pallescit, deinde fulgore rosei solis afflatur.

335 NIL TRANSIT AMANTES Vergilius ⟨Aen. IV 296⟩: 'quis 885 fallere possit amantem?'

337 NVNQVAM IN PACE SOPOR id est: dormiens semper inquietaris curis. aut hoc dicit, quod noctu, cum solent homines in quiete esse, tu per uigilias non admittis soporem. pacem enim hic proprie nocturnam quietem 890 asseruit.

338 (MAGNAS) LATRANTIA PECTORA (CVRAS) ex magnis curis tumultuantia.

339 ADMOTA DEPREHENDO MANV lacrimas tantum an pectoris motus et pulsus? 895

873 inerat *om.* **fBK** || **875** ET *inseruit Mombritius,* PASTVSQVE *ego* || **877** MENTE] -EM **Mf** || **883** primo ... candore] prima ... candor *Kohlmann* | pallore *inser. post* candore **mBVπ** || **884** rosei] -o *proposuit Jahnke* || **885** NIL **VFbROe** *Mombritius,* NI(C)HIL **Mfπ** || **888–889** homines **π**, *om., inser. superscr. ante* solent **M**, *om.* **fmBKV** || **892** CVRAS *inseruit Mombritius* || **894** DEPREHENDO] DEPRENDO **fAFψ**

339–340 NIL FOEDERE RVPTO / (CONVBIISVE SVPER MOVEOR VIDVAQVE IVVENTA) oratorie. cur enim metuit, si se dicit posse contemnere? Vergilius ⟨Aen. X 42⟩: 'nil super imperio moueor'. figura ⟨ἐπιτροπή⟩ oratorie facta. quod
900 euenire timebat, hortabatur, ut Vergilius ⟨Aen. IV 381⟩: '⟨i⟩, sequere Italiam uentis' et ⟨Aen. IV 431⟩: 'non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro'. CONVBIIS[VE SVPER] synaeresis.

341–342 ETSI CRVDVS AMOR (NECDVM POST FLAMMEA
905 TOTI / INTEPVERE TORI) ⟨crudus⟩ recens, immaturus necdum temporis longinquitate firmatus. ergo talis ordo est: etsi necdum intepuere tori. sensus: etsi necdum post nuptias calefactus [est] torus mariti [nec] temporis

896 NIL **π** *Mombritius,* NIHIL **Mfmvk** || **899** *ἐπιτροπή scripsi pro* sync(o)resis *in* **ω** (*quod ad* CONVBIIS (**902**) *infra pertinet*; *synaeresis est metaplasmus non figura*; *cf. Pomp. comm. V 296, 4–6 et 297, 28–30 Keil*) || **901** i *inser.* **Qψ** *Mombritius* || **902** *post* celebratae (**910**) *in* **Bπ** *Mombritius, post* moueor (**899**) **V**, *post* oro *Jahnke, qui seclusit, inuenitur* VIDVAQVE IVVENTA id est non propter me dico hoc, licet sim iuuenilis aetatis et licet mea aetas tam cito deseratur a te, tamen (**Bπ** *Mombritius,* tum **V**, tantum *Lindenbrog*), ne in aliquo damnetur, timeo. *post hoc sequitur in* **BV**: notandum sane quia bene dixit iuuentam. nam iuuenta est ipsa aetas. iuuentus uero est (*om.* est **V**) multitudo iuuenum. Iuuentas dea ipsa. sed haec confunduntur a poetis plerumque (plerumque a poetis **V**) (nam ... plerumque = *Seru. Aen. I 590*) || **902–903** CONVBIISVE SVPER *post* moueor *et* sync(o)resis *post* figura *in* **ω** *ad locum restitui* | -VE SVPER *seclusi* || **903** synaeresis *Mombritius,* -cresis **Mfkπ**, -coresis **mb**[2] (*u. l.*), -crisis **BVApc** || **906–907** talis ordo est **Mf**, ordo talis est **mV**, talis est ordo **BKπ** || **908** est *et* nec *seclusi*

prolixioris accessibus deferuescit. adeo pauci dies sunt, ex quo sunt nuptiae celebratae. 910

342–343 (TVA ME PROPERABO FATERI) / ANGIT AMATE SALVS sic ait, ut uincat, quia propter suum commodum nil suadet, sed asserit se a⟨n⟩gere causam mariti, ut hoc totum, quod ad cautelam mariti proficit, sibi putet quaeri. INERMIS aut facultatibus, quae desunt, inermis 915 aut non tu inermis, sed armatorum multitudine destitutus.

344–345 (POTERISQVE TVIS DECEDERE THEBIS) / SI NEGET ergo si negauerit, subsequens est ut fratris insidiis pereas.

345–346 ATQVE ILLVM (SOLLERS DEPRENDERE SEMPER / 920 FAMA DVCES TVMIDVM NARRAT) sensus: atque illum fama tumidum narrat, quae solet ducum indicare mores. ordo autem est: atque illum tumidum narrat fama, quae sollers est reges deprendere. fama enim ista studia semper illustrat, et semper, qua maiore dissimulatione, celebrantur. 925

347 NECDVM CONSVMPSERAT A(NNVM) qui necdum consumpto anno inimicus tibi atque infestus fuit, quid censes eum nunc moliturum, quippe cum eum deponendi imperii cura sollicitat?

912 ait M^{ac}**fmBKGvek** *Lindenbrog*, angit M^{pc}**Q** *Mombritius*, agit **Vπ** || 913 a⟨n⟩gere M^{pc}, *corr. Ven. 1483 1490*, angi ex *Barth* | causam **mBKVAQ**(c?)b^{pc}**G**, -a **M**(f?)**Fpvek** *Mombritius*, caput b^{ac}**R** (**O** *deficit*) | ut *scripsi*, et **ω** || 914 putet *scripsi*, -at **ω** || 915 quaeri *scripsi*, acquiri **ω** || 920 SOLLERS *inseruit Mombritius* || 921 talis est *inser. post* sensus **M**, est **m** || 923 autem *om.* **MV** | est *om.* **fKπ** || 924 ista **MFp**, ita **fmKVπ** (*forsitan recte, quod si ita sit,* ut … celebrentur *sit legendum*) || 925 qua *scripsi*, que **ω** | celebrantur] celantur *proposuit Jahnke* || 929 sollicitat] -et E^{1}**ve(k)** *Mombritius*

930 **348** EXTA MINANTIA DIVOS quae deos minantur iratos.

350–351 (NVNQVAM MIHI FALSA PER VMBRAS) / IVNO VENIT quae Argis praesidet, nec potest fallere quos defendit. et Homerus ⟨Il. XIV 157 sqq?⟩ dicit somn[i]um [de] experimento esse ut maritus ⟨de⟩terreatur.

935 **351** NI CONSCIVS ARDOR DVCIT uel alterius coniugis uel amicae. inuidiose quasi mulier. credidit enim Polynicen aliam Thebis coniugem reliquisse. nihil enim putat nisi amorem uxori praeferri posse.

353 RISIT ECHIONIVS IVVENIS risit Polynices, quod obiecit 940 illi amorem alterius coniugis more et leuitate muliebri, quoniam semper familiare uxoribus est suspicari maritos suos aliarum mulierum illecebris detineri. docet autem poeta obiectis falsis criminibus ridendum potius quam dolendum.

945 **355** TEMPESTIVA opportuna, quasi tempori conuenientia. LACRIMASQVE REPRESSIT incertum est cuius, suas an coniugis: si suas, ne fleret, si uxoris, ut iam non fleret.

356–357 (SOLVE METVS ANIMO DABITVR MIHI CREDE) MERENTVM / CONSILIIS (TRANQVILLA DIES) eorum consiliis, 950 qui merentur imperia gubernare, dabitur mihi regnum: desiste, inquit, de maerore meo esse sollicita. bene sic coepit, quia uxor hoc se solum timere dixerat, quod pro ipso faceret.

931 NVNQVAM MIHI FALSA *inseruit Mombritius* | IVNO VENIT *restituit Vollmer*, Iuno enim **ω** || **932** defendit *Vollmer*, deprehendit **ω** || **932–934** et Homerus ... ⟨de⟩terreatur *locus ualde incertus* || **933** somn[i]um *corr.* **QFpψ** *Mombritius* | de *seclusi* || **934** ⟨de⟩terreatur *scripsi* || **938** praeferri] -re **fBV** || **946** est **Mm**, *om.* **fKVπ**

357–358 TE FORTIOR ANNIS / (NONDVM CVRA DECET) ordo: te non decet cura, quae tuis annis est fortior. 955

358–359 SCIAT HAEC SATVRNIVS (OLIM / FATA PARENS) quod futurum sit, Iuppiter nouerit.

359–360 OCVLOSQVE POLO DIMITTERE (SI QVOS / IVSTITIA ET RECTVM TERRIS DEFENDERE CVRAT) sensus: haec ad Iustitiam cura pertineat, si tamen respicit terras. id est: 960 futura nostra sciant fata ⟨et Iuppiter⟩ et Iustitia, si reuera respicit terras aut homines curat.

361 FORS ADERIT LVX ILLA TIBI bonus ordo, ut metum coniugis in fine felicitatis promissionibus solaretur.

364–366 (TYDEA) ... / ... / ... (SOCERVMQVE) AFFATVR 965 TRISTIS ADRASTVM ordo: Tydea et Adrastum affatur tristis. cetera *διὰ μέσου* inserta sunt.

367 FIT MORA CONSILIO id est: diu habito tractatu cunctati sunt ut multum cogitantibus placeret una sententia, id est: utrum bello an legatis regnum peteret Polynices? 970

367–369 (CVM MVLTA MOVENTIBVS V)NA / (IA)M POTIOR CVNCTIS (SEDIT SENTENTIA FRATRIS / PERTEMPTARE FIDEM) id est: omnibus melior sententia placuit, Eteoclis fidem legatione temptare.

370 EA MVNERA legationis officium. 975

956 SATVRNIVS] -VS **fπ** || **958** DIMITTERE] DE- **fAψ** || **961** sciant *scripsi*, -unt **ω** | et Iuppiter *inserui* || **962** curat **M**pc**mKV**, -as **M**ac**f Bπ** || **966** est *post* ordo *inser.* **mV** || **967** *διὰ μέσου* (*i. e., per parenthesin, quod profert Lindenbrog in loco pro Graeco*) *Jahnke*, diameson **ω** | i. ex medio *super lineam* **M**, *post* cetera **f**, *in margine* **V** || **968** habito] -u **Mf** || **971** V)NA (IA)M *scripsi pro* NAM **ω**

373–374 TVTIQVE REGRESSVS / LEGATO quod legatum nefas esset interfici. sacrosancta enim sunt legationis officia, ut ⟨inquit⟩ Cicero ⟨Verr. II 1, 85⟩, ut etiam inter hostium tela incolumis uersaretur.

980 **375** ⟨ITER⟩ SILVIS AC LITORE ⟨DVRVM⟩ id est siluis quae erant in litore, aut quia iter difficile est per siluas et litora.

376–377 ⟨QVA LERNAEA PALVS AMBVSTAQVE SONTIBVS ALTE⟩ / INTEPET HYDRA VADIS hic enim in Lerna palude
985 Hydram Hercules igni perdomuit damnis capitum et uulneribus pullulantem. intepuit ideo quia, cum ferro uinci non posset, uulneribus est ignis admotus. tepet ergo adhuc quasi flamma uictrici.

377–378 ET QVA VIX CARMINE RARO / ⟨LONGA SONAT NE-
990 MEE NONDVM PASTORIBVS AVSIS⟩ sensus: et quamuis Nemeaeum leonem constet Herculis uirtute prostratum, tamen prioris periculi metu⟨s⟩ interrumpit pastorum timidas cantilenas.

379 QVA LATVS EOOS ⟨EPHYRES QVOD VERGIT AD EVROS⟩
995 Corinthi latus emensus est. et orientem dixit Eoos, occidentem Euros.

380 SISYPHIIQVE SEDENT PORTVS cum inter duo maria montem positum Sisyphus crudeli latrocinio occupasset – hac enim poena mortalium pascebatur, ut homines

978 inquit *inser.* **vek** *Lindenbrog* ‖ **978–979** etiam ... tela] *paene idem de orat. I 202* ‖ **979** incolumis] -omis **M**[ac]**K** ‖ **984** Lerna **Mfm**, -e **E**[1]**BV**π ‖ **992** metu⟨s⟩ *scripsi* ‖ **995–996** occidentem Euros] *errorem Lactantii ipsius non credo esse corrigendum* ‖ **997–1000** cum ... accolis *locus incertus, qui nullo modo ad Sisyphum, ut uidetur, pertinet*; *deestne aliquid post* accolis*?*

praegrauans ingenti saxo necaret – tandem ab accolis 1000
deorum lege punitus apud inferos saxi quod uoluit poe-
nas exsoluit pondere. portus Corinthus ex utraque parte
duos habet, Sisypheum et Lechaeum, quos nunc poeta
commemorat.

380–381 IRATAQVE TERRAE / (CVRVA PALAEMONIO SE- 1005
CLVDITVR VNDA LECHAEO) Isthmon significat, ubi se Ino
cum Palaemone praecipitauit. Lechaeum uero promun-
torium Corinthiorum.

382 NISVM Megaram significat, in qua Nisus regnauit.
quidam Nisum montem Megarensium dicunt, in quo se- 1010
pultus est Nisus, quem ferunt crinem habuisse
purpureum. ELEVSIN oppidum est Athenis uicinum, in
quo Ceres eximie colitur, unde sacra Cereris Eleusina uo-
cantur. Vergilius ⟨georg. I 163⟩: 'tardaque Eleusinae ma-
tris uoluentia plaustra'. Ceres, cum Proserpinam filiam 1015
suam quaereret, uenit ad Eleusium regem, cuius uxor
Hioma puerum peperit Triptolemum, seque nutricem si-
mulauit. hanc regina libens nutricem filio suo recipit dat-
que ei nutriendum. Ceres, dum alumnum suum uellet
immortalem reddere, interdiu lacte diuino nutriebat, 1020
noctu clam igne eum obruebat. itaque praeterquam soliti
erant mortales crescebat. cum hoc pater miraretur, noc-
turno tempore obseruauit et, cum Ceres puerum igne
obrueret, pater exclamauit. illa irata Eleusium exanima-

1002 Corinthus *Lindenbrog*, -um ω, -ius (*Mombritius*) || **1003** Lechaeum (*uel* let-) **mBV**, licheum **Mfπ** || **1016** Eleusium] leusinum f, eleusinum **V** || **1017** Triptolemum **ME**^{1} (trit- **FG**) **c b**^{pc}**e** (-omum **b**^{ac}**ROv(k)**, trithomolum **Q**), tre- **fmVAp** || **1017–1018** simulauit **MV**^{ac}, -lat **fE**^{1}**mBV**^{pc}**π** || **1018** recipit **E**^{1}**B Vπ**, -cepit **MfmbRGe**

1025 uit ac Triptolemo alumno suo aeternum beneficium contulit, nam fruges ei propagandas et currum draconibus iunctum tradidit, quibus ille uectus orbem terrarum frugibus obseuit. postquam domum rediit, Cepheus rex eum tamquam aemulus interficere conatus est. sed re cognita
1030 iussu Cereris Triptolemo regnum tradidit, ibique oppidum constituit, quod ex patris sui nomine appellauit Eleusin. Cereri sacra primus instituit, quae *θεσμοφόρια* Graece appellantur.

383 [TEVMESIA uel oppidum Teumesum uel promunto-
1035 rium dicit, de quo se Ino cum Melicerte filio praecipitem dedit, qui Graece Palaemon, Latine Portunus dicitur.] ARVA [G(RADV)] TEVMESIA a campo eiusdem regionis Thebis uicino. item a r c e s /... (u. 384) A g e n o r e a s propter Cadmum, conditorem ⟨Thebarum⟩, Agenoris filium.

1040 **386** TRANS LEGEM (AC TEMPORA REGNI) id est ultra anni spatia quae sortitus fuerat ut primo ipse regnaret.

388 QVERITVRQVE FIDEM (TAM SERO REPOSCI) oratorie Eteocles in suum fratrem transtulit crimen, quod tunc demum Polynices deposcat imperium. dolet ergo, quod ces-
1045 santibus legatis tam sero frater uicissitudinis fidem reposcat, quod iam dudum negare potuisset, uel quod tardius ei perpetrandi parricidii detur occasio.

1025 Triptolemo **MfE**[1]**B(G?)e** (-omo **ψ**, trit(h)olomo **QF**), tre- **mVAp** || **1030** Triptolemo **fE**[1]**m**[pc]**Be** (trit- F) (-omo **Mψ**, tritolomo **Qv**), tre- **m**[ac]**VAp** || **1032** Eleusin *scripsi*, -ium **ω** | -que *inser. post* Cereri **Mm** || **1034–1036** TEVMESIA ... dicitur *interpolatum seclusi* || **1034** Teumesum *Jahnke*, Taenarum **ω**, *om. Mombritius* || **1037** GRADV *scripsi pro* ergo **ω** *et seclusi* || **1039** Thebarum *inseruit Mombritius* || **1047** ei *Lindenbrog*, et **ω**

⟨**391** RVDIS FANDI⟩ militaribus armis imbutus ordinem ac modum orationis ignorat.

392 IVSTIS MISCENS TAMEN ASPERA COEPIT non blanda locutus est, quae possent persuadere, sed aspera, quae magis ad iram accenderent. et ostendit Tydeum uirum fortem militiae magis quam eloquentiae operam tribuisse. 1050

393–394 SI TIBI PLANA FIDES (ET DICTI CVRA MANERET / FOEDERIS) quia, ut supra ⟨I 1–2⟩ edoctum est, hoc iurauerant fratres, ut annis singulis imperium gubernarent. ergo queritur, quod contra legem aut sacramentum germano negaret regnum. 1055

396 FORTVNAM EXVERE hoc est deponere dignitatem. [ET] LAETVM id est non inuitum. 1060

398 PACTAE TANDEM S(VCCEDERET) A(VLAE) hoc est inter uos partitae, quam ex pacto debitam accipere iam debebat.

399–400 SED QVIA DVLCIS AMOR REGNI (BLANDVMQVE POTESTAS / POSCERIS) id est: sed quia omnibus dulce est regnum, ultro rogaris. non dixit 'quod Polynices cupiditate regnandi coactus est te rogare', ne uideretur illi maledicere, sed dicit hoc uitium generale esse. aut certe illud exsequitur 'ignoscimus tibi, quod cupiditate regnandi minime imperium exuisti, nam hoc uitium commune est omnium'. generalia enim uitia ueniam facillime prome- 1065 1070

1048 RVDIS FANDI *scripsi pro* PRONVSQVE CALORI (*u. 391*) ω ‖ **1055–1056** iurauerant **mBKF**, -unt **Mf**, iuuerant **V**φ, inierant ψ ‖ **1059–1060** ET LAETVM ... inuitum *et* FORTVNAM ... dignitatem *inuerso ordine praebuit* ω, *ad rectum ordinem restituit Lindenbrog* ‖ **1060** ET *seclusi* ‖ **1070** hoc uitium **M** *Jahnke*, uitium hoc *cett.*

rentur. ut Lucanus ⟨V 260⟩: 'quicquid multis peccatur, inultum est'.

401 (AMISSAE) REDIERVNT MONTIBVS VMBRAE id est: in illo
1075 loco sunt umbrae in quo fuerunt tempore illo quo es adeptus imperium: ut ex conuersione temporum annum iam transisse monstraret.

403 EXSVL AGIT CASVS oratorie praesens tempus amplexus est. AGIT CASVS hypallage pro 'agitur casibus'.

1080 **404** SVB IOVE id est sub caelo. Horatius ⟨carm. I 1, 25–26⟩:

'manet sub Ioue frigidus
uenator'.

tamen Iouis non recte Caelum dicitur. nam si Saturnus,
1085 pater eiusdem, Caeli et Terrae est filius, Caelum – si dici potest – auus ipsius est Iouis potius quam ipse Iuppiter.

405 AMBIRE circumire.

407 TENVEM (... ANNVM) in quo tenuis fuit et inops.

408–409 MONEO (REGNORVM GAVDIA TEMET / DEDOCEAS
1090 PATIENSQVE FVGAE MEREARE REVERTI) iucunda conclusio. moneo, inquit, ut regnorum gaudia sponte dediscas et, dum pateris te aula recedere, propter hanc ipsam patientiam dignus esse dicaris qui recipias dignitatem. qui enim sponte non reddit, cum ui perdiderit, qua audebit fronte
1095 repetere? (PATIENSQVE FVGAE) MEREARE REVERTI id est: ut sis exemplo fratri[s] et tu profugus [et] inde ⟨mere⟩aris ad regnum redire.

1075 tempore illo **Mf**, illo tempore **mBKVπ** || **1080** id est *om.* **BKπ** || **1082** frigidus] -o *Horatius* || **1096** fratri[s] *correxit Mombritius* | et *omisit Mombritius* | inde ⟨mere⟩aris *scripsi*, uidearis ω

410–411 (AST ILLI TACITO SVB PECTORE DVDVM) / IGNEA CORDA FREMVNT more peccantum, qui audire uera non possunt. 1100

412–414 CVI SVBTER INANES / (LONGA SITIS LATEBRAS TOTVMQVE AGITATA PER ARTVS / CONVOCAT IN FAVCES ET SQVAMEA COLLA VENENVM) id est: quasi serpens diu sub concauis terrarum latebris perpessa sitim atrocius gerebat uenenum. (TOTVMQVE AGITATA PER ARTVS) / CONVOCAT 1105 IN FAVCES (... VENENVM) uirus ex omnibus artubus colligit in fauces et in fauces proprie, quia et hic contrario eiecturus est uenena uerborum.

415–420 COGNITA SI DVBIIS (FRATRIS MIHI IVRGIA SIGNIS / ANTE FORENT NEC CLARA ODIORVM ARCANA PATERENT / 1110 SVFFICERET VEL SOLA FIDES QVA TORVVS ET ILLVM MENTE GERENS ... / ... / PRAEFVRIS) sensus: si mihi essent iurgia fratris incognita, orationis tuae prosecutione, qualis erga me esset futurus, agnoscerem. NEC CLARA ODIORVM (ARCANA PATERENT) quod aperte ostendit suum odium contra 1115 me. [SVFFICERET VEL SOLA FIDES id est: nisi fratris in me odia et orationis tuae furorem agnoscerem, ad reddenda, quae reposcis, potui fide compelli.] [QVA[M] TORVVS] quoniam deest iusta defensio, loquendi tantum inuenitur occasio. ut in Terentio ualidae propositioni lenonis quia 1120

1104 concauis ... latebris *Lindenbrog*, -as ... -as ω ‖ **1109–1141** *notandum est omnia haec scholia tamquam unum longissimum adeo legenda esse* (*cf.* principii ... sensus (**1139–1140**) *et* in principio (**1161**)) *ut de lemmatibus minimi momenti sit neque satis constet* ‖ **1116–1118** SVFFICERET ... compelli (*in quo interpolator alias ac Lactantius* (*cf.* **1140–1141**, **1161–1162**) *uerbum* fide *intellegit*) *seclusi* ‖ **1118** QVA[M] TORVVS *seclusi* | QVA[M] *corr.* **Q** *Mombritius* | ET ILLVM MENTE GERENS *post* TORVVS *inser.* **B**

respondere adolescens non potuit, minatus est caedem. leno enim dixerat ⟨Adelph. 192–193⟩:

'quod? si ego illam nolo uendere,
coges me?'

1125 contra adolescens iusto argumento lenonis inclusus calumniosa ac multum diuersa respondet ⟨Adelph. 180–182⟩:

'ante aedes non fecisses melius erat conuicium:
nam tam abripiere atque ibi
1130 usque ad necem operiere loris'.

418–420 (CEV SAEPTA NOVVS IAM MOENIA) LAXET / (FOSSOR ET HOSTILES INIMICENT CLASSICA TVRMAS / PRAEFVRIS) ⟨laxet⟩ commoueat, diruat. talem se gerit, quasi iam teneat urbis statum et euertat. FOSSOR fossores dicuntur
1135 in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt per quos ingressi milites murorum fundamenta conuellunt. dicit ergo Tydei orationem illi tempori conuenire quo ista fiunt. ideo ait praefuris id est ante furis, cum adhuc quae dixerat non agantur. hucusque ergo principii tendi-
1140 tur sensus: si quid de iurgiis fratris odiisque dubitarem, sufficeret mihi fides, qua praefuris [hoc est in qua

1122 dixerat] dixit **Mm** || **1123** quod **Mfmπ**, quid **KBVFvek** *Terentius*, qui **p** | ego] ego tibi *Terentius* || **1124** coges] -is **Mf** || **1128** aedes] -is *Terentius* | fecisses] -se *Terentius* | melius erat] erit melius *Terentius* | conuicium] hic conuicium *Terentius* || **1129** si molestus pergis esse *post* nam **bR** *Terentius* | tam] ita **M**, iam intro **BbR** *Terentius* | abripiere] -pere **f** || **1130** operiere] -rire **fK** || **1135** cuniculatores] co- **E**[1]**KV**, conculcatores **π** | cuniculos] co- **E**[1]**KVπ** || **1137** tempori] -re **MK** || **1140** si quid **O**[2] *corrigens* **O** *Lindenbrog*, qui **MmKVπ**, quod f, si **B**, quid **O** *Mombritius* || **1141–1142** hoc ... furis *seclusi* || **1141** est **Mf**, *om.* **mBKVπ** | qua[2] **M**, quam **fmBKVπ**

tu ualde furis]. nunc autem quid necesse est minari, cum odiorum arcana nudata sint?

421 AVT REFVGO PALLENTES SOLE GELONOS refugo deuio, quia dicuntur Scythae, quos nunc Gelonos appellat, non 1145 habere aeris temperamenta, quia longe a sole submoti sunt. hi sub septentrione degunt, ad quos sol uix peruenit: ideo pallentes.

422–423 (PARCIOR ELOQVIO) ET MEDII REVERENTIOR AEQVI / (INCIPERES) ⟨medii ... aequi⟩ nihil enim magis 1150 medium quam iustitia est. considerata ergo reuerentia iustitiae parcior esses alloquio.

423–424 NEC TE FVRIBVNDAE (CRIMINE MENTIS / ARGVERIM) id est non te arguo propter crimina mentis tuae. agnosco enim fratris esse, quaecumque tua prosecutione 1155 complecteris.

425–426 (NEC SCEPTRA FIDE NEC) PACE SEQVESTRA / (POSCITIS ET PROPIOR CAPVLO MANVS) ⟨pace sequestra⟩ id est media. ET PROPIOR CAPVLO MANVS hoc dicendo significauit ad bellum potius esse uicinos, cum regna magis 1160 debuerint fide reposcere. unde quidam in principio hoc accipiunt non absurde: 'sufficeret uel sola fides' ⟨u. *417*⟩.

427 ARGOLICO dicendo Argolico et non 'Thebano' inuidiose fratri praescripsit, quasi ibi debeat imperare, non Thebis. NONDVM AEQVA (TVIS) quasi in comparatione 1165 prosecutionis Tydei leuiora mandentur.

1151 quam iustitia est] est quam iustitia **M** *Mombritius*, quam iustitia E^2**Q** ‖ **1154** crimina mentis tuae] mentis tuae crimina*?* | mentis **fBV**, gentis **M** (*ex* s̄ ingentis) E^1**mKπ** ‖ **1161–1162** unde ... fides (*cf.* **1116–1118, 1140–1141**) *secludendumne?* ‖ **1161** hoc] *sc. sensum uerbi* fides *'bona fides' non 'arrogantia'?*

428 QVAE SORS IVSTA MIHI iusta, quia maior natu erat. et ideo dicit se priorem regnare debuisse quippe natu maiorem. licet placitum fuisse dixerimus ut uicissim impe-
1170 rium gubernarent, tamen sorte perfectum est ut aliquis primus acciperet potestatem. sed oratorie Eteocles, quoniam scit in sorte esse casum, non iudicium, stringit ad hoc, ut merito accidisse uideatur, non fortuito. ideo ait iusta.

1175 **430–431** TE PENES (INACHIAE DOTALIS REGIA DONO / CONIVGIS) ordo: te penes est regia Inachiae dono coniugis.

431–432 DANAAE (... / ... CVMVLENTVR OPES) ⟨opes⟩ quas Argi[u]a possideat. hoc autem ideo dictum ut doceat fratrem habere quod repetit. (QVID ENIM MAIORIBVS
1180 ACTIS) / INVIDEAM nolo enim uerbis maioribus cumulare, ne uidear inuidere.

433 LERNAMQVE REGAS Amymone, Danai filia, dum studiose in silua iaculo exerceretur, imprudens Satyrum percussit. et eam cum Satyrus uiolare uellet, illa Neptuni im-
1185 plorauit auxilium. quod cum Neptunus uidisset, fugato Satyro ipse eam compressit. ex quo coitu natus est Nauplius, pater Palamedis. unde Vergilius ⟨Aen. II 82⟩ prosapiem repetens ait: 'Belidae nomen Palamedis'. Neptunus uero cuspide dicitur locum in quo Amymonen compres-

1176 Inachiae *Jahnke* (Inachia *Lindenbrog*), danae **ω** || **1177–1178** DANAAE ... quas *scripsi*, quam danae **ω** || **1178** Argi[u]a *scripsi* | possideat] -ebat *Jahnke*, -sederat *Barth* || **1183** silua *Mombritius ex Hygino 169, cf. van de Woestijne*, insula **ω** || **1186–1187** Nauplius **M**^{pc}**fE**^{1pc}**Vπ**, -plus **M**^{ac}**E**^{1ac}**BO**, -palus **m** || **1187** pater **E**^{1}**B**, naupli **m** (*ex* naupali) **Vπ**, *om.* **MfOvek** || **1189** locum *om.* **ME**^{1}**m** | Amymonen *scripsi*, -em **ω** || **1189–1190** compresserat **E**^{2}**Bπ**, op- **V**, percusserat **MfmE**^{1}

serat percussisse. unde cum aqua flueret, Lernaeus fons 1190
dictus est et fluuius Amymone.

433–434 HORRIDA DIRCES / ⟨PASCVA⟩ memor poeta superiorum. nam ait ⟨I 152–153⟩:

'dumque uter angustae squalentia iugera Dirces
uerteret'. 1195

435–436 NON INDIGNATI ⟨MISERVM DIXISSE PARENTVM / OEDIPODEN⟩ oratorie disputat, quasi Polynices indignetur felicitate elatus. sensus ergo: et licet miserum Oedipum non tamen indignor patrem uocare.

436 [ET] TANTALVS AVCTOR Tantalus, Iouis et Plutus Nym- 1200
phae filius. ideo ait ⟨437–438⟩:

'propiorque fluat de sanguine iuncto
Iuppiter'

propter Perseum, unde Danaum origo maxime trahitur.

439 HVNC … LAREM exiguum et pauperem. 1205

440–442 ⟨QVAM …⟩ OFFENDAT [ET] SOCER ILLE SENEX quam superbam et indignaturam talem socerum dicit.

442–443 IAM PECTORA VVLGI ⟨ADSVEVERE IVGO⟩ tertia causa ualidior, quare non reddat imperium, in fine est collocata non sine aliqua specie ueritatis: certatur magnae 1210
commendationis scaena. dicit enim perfidum se uelle dici, dummodo suis ciuibus prosit.

1199 indignor] -ior **fm** ‖ **1200** ET *seclusi, om.* **BOvek** *Mombritius* | Plutus *Wilamowitz*, plotidis ω ‖ **1206** OFFENDAT ET **Mπ**, OFFENDIT **fV**: ET *seclusi, om.* **Q** ‖ **1207** quam *scripsi*, quasi ω ‖ **1210** magnae *scripsi*, -a ω

443 PLEBISQVE PATRVMQVE more Romano locutus est, ut primo plebem diceret, post patres.

1215 ⟨**445** DVBIO PIGEAT PARERE TYRANNO⟩ successori imperium seruire non pati⟨a⟩tur. et in primo ⟨uu. 168–196⟩ ideo querelam populi induxit posse ⟨se⟩ ambos perdere.

446 REGNVM BREVE id est breuis administrator.

446–447 QVANTVS / HORROR (ET ATTONITI NOSTRO IN DIS-
1220 CRIMINE CIVES) cum de me agitur. quasi Thebani timere coepissent, si Polynici redderetur imperium.

448 (HOSNE EGO) QVIS CERTA EST (SVB TE DVCE) POENA RELINQUAM id est: hos tibi ego ad supplicium tradam, si tamen fueris adeptus imperium, quibus certa est poena me-
1225 ritorum? merentur enim supplicia, quod mihi paruerint.

449–451 FAC VELLE (NEC IPSI / ... PATRES / REDDERE REGNA SINENT) fac me regnum ad fratrem uelle transducere, ciues non sinent.

452–453 (REDDES) / INGEMINAT REDDES Tydeus tantum
1230 hac inuidia orationis egit, ut, licet legatus esset, iuste tamen mereretur occidi.

453–456 NON SI TE FERREVS AGGER / (AMBIAT AVT TRIPLICES ALIO TIBI CARMINE MVROS / AMPHION AVDITVS AGAT NIL TELA NEC IGNES / OBSTITERINT) nec tibi blandiaris,
1235 quod sis firmissimo muro uallatus. quicquid enim

1213–1214 more ... patres] *locus non suspiciendus*; *cf. Mulder ad loc.* || **1216–1218** successori ... perdere *post* administrator (**1219**) *in* ω *ad locum restitui* || **1216** seruire *scripsi*, -are ω | pati⟨a⟩tur *scripsi* || **1217** se *addidit Vollmer* || **1222** coepissent] -e^{n}t **fm** || **1223** SVB TE DVCE *inseruit Mombritius* || **1229** sinent *Jahnke*, *iam* **Q** (*u. l. in marg.*) **b**^{pc}**vek**, -unt ω

obuium fuerit, superabitur nostra uirtute. ⟨AMPHION⟩ Amphion, Iouis et Antiopae filius, lyrae carminibus ad Thebanos aedificandum muros dicitur saxa duxisse.

457 (CAPTIVO MORIBVNDVS HVMVM) DIADEMATE PVLSES oratorie, ut infelicior poena sit mori cum dignitate quam 1240 fraude possedit.

458–460 AST HORVM MISERET (QVOS SANGVINE VILES / CONIVGIBVS NATIBVSQVE INFANDA AD PROELIA RAPTOS / PROICIS EXCIDIO) ⟨horum⟩ ciuium scilicet tuorum. conciliauerat sibi Eteocles omnium animos militum, quos 1245 rursus Tydeus omnes infensos regi facit, dum dicit ipsum causam esse bellorum. QVOS SANGVINE VILES ad mortem faciles. ut Vergilius ⟨Aen. XI 372⟩: 'nos animae uiles'.

462–464 (NEC CRIMINA GENTIS / MIRA EQVIDEM DVCO SIC PRIMVS) SANGVINIS AVCTOR / (INCESTIQVE PATRVM THA- 1250 LAMI) primum auctorem generis Oedipum dicit. nam cuius atrocitatem deprehendimus, maiorum uituperationem ad exaggerandum inuehimus. ut Vergilius ⟨Aen. III 248⟩: 'Laomedontiadae, bellumne inferre paratis?'

464–465 SED FALLIT ORIGO / (OEDIPODIS TV SOLVS ERAS) 1255 ex dissimilitudine et bonitate morum Polynices Oedipi filius non putatur.

465–466 HAEC PRAEMIA MORVM / (AC SCELERIS) id est poenas et captiuitatem tuorum.

466 NOS POSCIMVS ANNVM subaudis 'sed tu regna perpe- 1260 tua'. ut Lucanus ⟨I 348–349⟩:

1237 AMPHION *inseruit Mombritius* || 1256 OEDIPODIS] *coniecturam Jortini apud Statium ex scholio ipso credo confirmatam esse* || 1261 subaudis] -i **QFp**(c?)**Ovek** *Mombritius*

'arma tenenti
omnia dat, qui iusta negat'.

467–468 (HAEC AVDAX ETIAMNVM IN LIMINE) RETRO / VO-
1265 CIFERANS sensus: haec, cum egrederetur, dicebat, respectans in limine.

469 OENEAE VINDEX (SIC ILLE DIANAE) Oeneus, Porthaonis filius, Aetoliae rex, cuius ciuitas est Calydon nobilissima. et summam potestatem regni sui turbauit neglegentia sa-
1270 crorum, annua siquidem uota pro imperii fructibus celebrans numen Dianae contempsit. propter quam nimiam indignationem oppressus est, ut uideretur omnes placaturus, si illam solum adorasset. ea aprum magnitudinis summae regioni eius immisit, qui uastatis Calydoniis ter-
1275 ris Calydonius ab urbe gentis est appellatus. cuius feritate Oeneus fractus edictum tale proposuit, ut dimidiam regni partem caperet qui monstrum interemisset. Meleagri uirtus periculum non expauit, siquidem eius filius undique iuuentutem collectam ad illam noui generis expeditio-
1280 nem uocauit. inter quos etiam Atalante conuenit, Iasii filia, summa uenatrix, quae in saltibus prima omnium praedictum aprum sagitta percussit. postea Meleager in se uenientem feram excepit interemitque. et gratus aduersus puellam futurus, quae inter uiros successu uirtutis enitue-
1285 rat, pellem monstri illius cum capite ⟨ei⟩ dedit ad testi-

1268 OENEAE ... finiuit (**1268–1299**) *et* FVLMINE ... tegimentum (**1300–1308**) *infra hoc ordine* **MfV**, *reuerso* π *edd.* || **1268** OENEAE VINDEX] OENIDAE (*u. 481*) *Mombritius* | Porthaonis *scripsi*, Pa- ω || **1269** nobilissima **MfmKO** (*u. l. in marg.*) **e** (-am **bR vk**), -us **E**[1]**BV**π || **1273** omnes] *sc. deos* || **1274** solum *scripsi*, -am ω || **1286** ei *inseruit Lindenbrog*

monium laudis. sed munus peractum fortitudine inui-
dia⟨m⟩ prodidit. Plexippus namque et Agenor, Meleagri
auunculi, indignati sunt sibi praelatam fuisse uirginem et
eam dono spoliauerunt. qua contentione fata sibi matura-
uere. id indignatus Meleager consanguinitate calcata ma- 1290
tris suae fratrem Plexippum occidit sibique matris affec-
tum abstulit. Althaea siquidem dum saeuit ultione
germanorum, [nam] titionem, quem habebat occultum –
qui, cum Meleager nasceretur, in regia subito apparuerat
eius sortis, ut iuuenis tamdiu uiueret, quoad is esset se- 1295
ruatus – [quem] mater ignibus mersit eumque cum filii
fatis exstinxit. quae postquam admissum nefas agnouit,
laqueo uitam finiuit.

470 (ADVNCAE) FVLMINE MALAE propter aduncos dentes,
quod more ictus fulmine⟨i⟩ prostrauisset. 1300

471 PELOPEA PHALANX id est Argiua, quae auxilio uene-
rat, ut Ouidius ⟨met. VIII 267⟩ refert. ergo Peloponnesos
uicina Aetoliae.

473 IXIONA Pirithoum significare uidetur, Ixionis filium.

474 MELEAGRE metathesis pro 'Meleager'. 1305

476 CALYDONIVS HEROS propria ratio Tydeo. Calydo-
nius propter patriam, mores, et tegimentum.

482–483 NEC PIGER INGENIO (SCELERVM FRAVDISQVE NE-
FANDAE / RECTOR EGET) id est qui semper sollers fuit et
peritus scelerum. quia inuidiose aggressus fuerat Eteo- 1310

1287–1288 inuidia⟨m⟩ *scripsi cum* V || **1294** nam *om.* F^{ac}p *Mombritius, seclusi* || **1297** quem *om.* E^{1} *Mombritius, seclusi* || **1301** fulmine⟨i⟩ *corr. Jahnke*

clen Tydeus legatus missus a Polynice, inde iam cogitat, quemadmodum insidias praeparet.

486–487 ET SANCTVM (POPVLIS PER SAECVLA NOMEN / LEGATVM) definitio legati. et cum exclamatione pronuntiandum. ut sensum exaggerationis adiuuaret, sanctum legationis nomen adiecit. 1315

488 QVID REGNIS NON VILE [PVTAT] indignatio poetae auxesin fecit. dicit enim: quid non uile ducit regnandi cupiditas?

1320 **489–490** (O CAECA NOCENTVM / CONSILIA) O SEMPER TIMIDVM SCELVS ⟨caeca⟩ quia insidiis agitur et hoc ideo timidum. antequam fiat, de potentia aduersantis, timidum post, de conscientia, iuxta Tullium dicentem ⟨pro Mil. 61⟩: 'ut nihil timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos uersari putent, qui peccauerint'. 1325 TIMIDVM SCELVS quod nisi a timentibus non committitur. sed utrum hoc ad Eteoclen refert, qui sceleratus est, quia Tydeum timet, an ad illos quinquaginta, quos ideo parauerat, quia timebat? denique hoc sequitur:

1330 **490–491** EXIT IN VNVM / PLEBS FERRO (IVRATA CAPVT) ut

1313 praeparet **fBπ**, -pararent **MmKFp** || 1315 definitio **fm(B)KAbRG**, dif- **ME**[1]**VQFpcOvek** || 1318 PVTAT (CVPIT *Statius*) *seclusi* || 1318–1319 auxesin *Lindenbrog*, -im **QbRGO**, auxexi **vek** *Mombritius*, -in **Fpc**, aures in- **ω** || 1319 quid **mVπ**, quod **MfBe**, qui **E**[2] || 1322–1323 quia ... timidum *post* PLEBS FERRO (1331) *in* **ω** *ad locum restitui* (*Jahnke notauit* quia ... agitur *ad* CAECA ... CONSILIA *spectare uideri*) || 1325 nihil[1]] neque *Cicero* || 1326 peccauerint] -arint *Cicero* || 1328 ad *om.* **fV**

sit catalogus ⟨570 sqq.⟩. EXIT IN VNVM quia scelus commissuri pauci timebant, idcirco plures armauerat; plebs autem dixit, ut inuidiam numero hoc nomine compararet. at contra unius Tydei caput plebs ... iurata consurgit. 1335

495 MACTE ANIMI (TANTIS DIGNVS QVI CREDERIS ARMIS) laus Tydei, cuius uirtus non unius insidiantis dexteram poscit.

496 FERT VIA PER DVMOS (PROPIOR ... CALLE LATENTI) hoc est: ducit ⟨uia⟩ compendiosior latente calle. ut Vergilius 1340 ⟨Aen. VIII 594–595⟩:

'olli per dumos, qua proxima meta uiarum,
armati tendunt'.

topographia.

496–497 QVA CALLE LATENTI / (PRAECELERANT DENSAEQVE 1345 LEGVNT COMPENDIA SILVAE) docet per compendium insidiatores praecessisse.

498 MALIGNIS non his, qui obsidere possunt, sed illis, quorum causa obsidetur.

499 VRGENTVR artantur. 1350

502 ARTE strictim. aduerbium est.

504 IMPORTVNA CREPIDO feralis, luctuosa. contra campum crepido erat id est saxum eminens. saxum illud dicit in

1332–1335 EXIT IN VNVM ... armauerat *et* plebs ... compararet *inuerso ordine in* ω *ad rectum ordinem restitui* || **1332** EXIT] exiit **Mf** || **1340** PROPIOR *inseruit Mombritius* || **1341** uia *inseruit Mombritius* || **1345** *post* poscit (**1339**) *in* **E**[1]**B**π *sequitur* propior ... Syracusas (= *Seru. Aen. VIII 78*) *uarie deformatum, quod ad locum post* topographia *restituit Mombritius, et quod seclusit Jahnke* || **1347** docet] ducet **Mm**

quo Sphinx fuit. et quaerendum, utrum importunum
1355 'exsecrandum' dixerit an importuna 'non conueniens',
quia ex ipso saxo insidiae uideri poterant praeparatae.

505 HIC FERA QVONDAM Sphinga[m] dicit, quae in hoc aliquando insederat saxo.

506 ERECTA GENAS erectas genas habens.

1360 **506–507** SVFFVSAQVE TABO / LVMINA eorum cruore, quos occiderat, orbes oculorum habens suffusos.

507 CONCRETIS (INFANDO SANGVINE PLVMIS) solidatis et in unum redactis abundantia sanguinis. ut Vergilius ⟨Aen. II 277⟩: 'concretos sanguine crines'.

1365 **511** INEXPLICITIS inexplicabilibus siue obscuris.

⟨**511–512** AVT COMMINVS IRE VIATOR / AVDEAT ET DIRAE COMMERCIA IVNGERE LINGVAE⟩ uicibus habens confabulationem. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 309⟩: 'uarioque uiam sermone leuabant'. COMMERCIA aenigmatis illius, quod
1370 Sphinx proposuit. commercium autem proprie est mutare inuicem aut emere uel uendere. hic nunc iucunde deriuauit commercium, ut diceret audire uoces et reddere.

513–515 (NEC MORA) QVIN ACVENS (EXSERTOS PROTINVS
1375 VNGVES / LIVENTISQVE MANVS FRACTOSQVE IN VVLNERA DENTES / TERRIBILI APPLAVSV CIRCVM HOSPITA SVRGERET

1358 Sphinga[m] *corr. Mombritius* || **1361** -QVE *om.* **fπ** || **1362** suffusos **M**[pc]**Ovek** *Lindenbrog*, se fusos **f**, effusos **M**[ac]**E**[1]**m KVπ** || **1364** ut *om.* **mV** || **1367–1368** AVT ... LINGVAE *suppleui* || **1370** leuabant] -bat **BK(c?)GO** *Vergilius* || **1371** proposuit **Mf Qψ**, pre- **E**[1]**m(B?)KVAFp** || **1373** deriuauit] di- **KV** || **1375** NEC MORA *suppleui cum* **V** (*om.* QVIN ACVENS, *add.* s. cum hoc faceret)

ORA) ⟨nec mora⟩ si non soluisset propositam quaestionem. LIVENTISQVE MANVS peremptorum scilicet cruore perfusas. TERRIBILI APPLAVSV alarum sonitu. ut Vergilius ⟨Aen. V 215–216⟩: 1380

'plausumque exterrita pinnis
dat tecto ingentem'.

dicit ergo Sphinga[m] alarum strepitu deuictos circumuolare consuetam.

517 HEV SIMILI DEPRENSA VIRO uel tam callido uel tam 1385 scelerato, hoc est crudeli parricida, matris marito, qui meruit ut se sponte caecaret. ergo hic dixit simili: horrore pari exsecrando. CESSANTIBVS ALIS motus alarum suspendit. uolatum ergo Sphinx alis cessantibus detulit.

520 (DAMNATIS) AVIDVM PECVS (ABSTINET HERBIS) ⟨auidum⟩ quamuis auidum. ut Lucanus ⟨VI 627–628⟩: 1390

⟨'fugere reuulsis
unguibus impastae uolucres'

et ipse alibi ⟨Theb. I, 625⟩⟩: 'impastae fugistis aues'.

523 PRODIGIALE NEMVS illud dicit, quod ossibus humanis 1395 albebat.

524 PERITVRA COHORS illos iuuenes dicit quos Tydeus est occisurus.

527 HVMENTI ... PALLA roscido uelamine.

1379 LIVENTISQVE M[pc]fπ, -ESQVE M[ac]VQbRGO ‖ **1380** ut *om.* mV ‖ **1384** Sphinga[m] *corr. Mombritius* ‖ **1387** parricida *scripsi*, -ae ω ‖ **1388** horrore K *Jahnke* (terrore *uel* horrore), errore ω ‖ **1389** exsecrando *scripsi*, con- ω, coex- *Barth* ‖ **1393–1395** fugere ... alibi *inserui post A. Klotz p. 502*

1400 **531** QVA LAXANT RAMI NEMVS qua pro 'ex qua parte' rariores arbores steterant. (ADVERSAQVE SVB) VMBRA luci, quae esse aduersa uenientibus uidebatur.

533 OBSTVPVIT (VISIS) furore potius quam timore.

534 (INCLVSVM CAPVLO TENVS) ADMOVET ENSEM ut sit para-
1405 tus ad caedem, manu tractat auxilium, id est euaginationem parat.

536 NON HVMILI TERRORE ROGAT interrogabat non territus.

539 QVO DVCE FRETA COHORS id est qui armis praeerat.

1410 **540** (AVDENTI) DEVS ET FORTVNA (RECESSIT) deus ad Victoriam rettulit. ⟨FORTVNA RECESSIT⟩ id est: frustratus est eius ictus.

541 OLENII TEGMEN SVIS Olenos Aetoliae regio est, in qua sus Calydonius dicitur interemptus, cuius exuuiis Tydeus
1415 nunc tegitur et armatur.

542–543 SVPER LAEVOS HVMEROS (VICINA CRVORI / EFFVGIT) id est: super sinistri humeri partem hasta imminens paene uulnus inuenit.

543 VIDVO ... LIGNO cuspide: ab ea parte quae ferro caret
1420 ac per hoc infirma. metaphora a muliere: ut quae auxilio

1401 qua pro *Jahnke*, pro qua **MfmBπ**, pro **KV** *Mombritius*, *om.* **E**[1] || **1402** ADVERSAQVE SVB *inseruit Lindenbrog* || **1405** ADMOVET *Statius*, -MONET **ω** || **1412** FORTVNA RECESSIT *inseruit* **π** || **1414** OLENII **KV**, -EI **ω** | Olenos *Mombritius*, -as **ω** || **1418** humeri **M**^{pc}**mQFp** *Mombritius*, -is **M**^{ac}**fE**[1]**BKAψ** || **1420** ET *inser. ante* VIDVO **KV** *Mombritius* | quae] qua **fπ** || **1421** infirma *Kohlmann*, -o **ω**

mariti caret infirma est, ita lignum quod non habet ferrum unde uulnus infligat infirmum est.

545–546 (PALLENTIAQVE) IRA (ORA) ⟨pallentia⟩ furore, non metu.

546 (NEC TANTA PVTAT SIBI) BELLA PARARI paucos esse cre- 1425
didit nec putauit quinquaginta sibi uirorum fortium insidias comparari.

548 QVIS TIMOR AVDENDI quis pauor uestram frenauit audaciam?

551 HOS DEIRE IVGIS anastrophe: hos de iugis ire. 1430

553–554 VT CLAVSAS INDAGINE PROFERT / IN MEDIVM (VOX PRIMA FERAS) haec comparatio ad superiora referenda est. dicit enim sic illos aut de iugis prodisse aut creuisse de uallibus, quemadmodum de retibus ferae quas in medium uox uenantum et clamor expellit. tunc enim licet 1435
scire quam multae sint, cum terrore clamoris coactae fuerint non latere. est ergo ordo: sic illos excursare e latebris uidet ut clausas indagine feras uox prima in medium profert. indago autem est, cum siluam uenantum corona uallat ut ferae euadere non possint. 1440

554–555 QVAE SOLA MEDENDI / TVRBATA RATIONE VIA EST id est quae sola uia salutis est: in hostes incidentem ardua petere.

1434–1435 creuisse de uallibus] de uallibus creuisse **M**, de uallibus **f** || **1437** terrore clamoris] clamores terrore **M**, -is -e **V** || **1438** excursare **$M^{pc}E^{1}$BKVAQb^{pc}O**, excusare **M^{ac}fmψ**, exire **Fp** || **1440** uenantum] -ium **M^{pc}m** || **1441** possint] -sunt **fV** || **1442** RATIONE VIA **QR** *Statius*, VIA -IO **Mf**, VIA -IONE **π** || **1443** est *om.* **mBKπ**

1445 **556–557** ET ABSCISIS (INFRINGENS CAVTIBVS VNCAS / EXSVPERAT IVGA DVRA MANVS) ordo est: et abscisis cautibus infringens uncas manus iuga dura exsuperat.

558 VNDE PROCVL TERGO METVS (ET VIA PRONA NOCENDI) qui locus esset facilior ad nocendum et a periculo defen-
1450 deret terga pugnantis. hoc est: de longe esset timor, ne a tergo circumueniretur. in quo saxo stans interim post se hostes timere non poterat.

559–560 QVOD VIX PLENA CERVICE (GEMENTES / VERTERE HVMO MVRISQVE VALENT INFERRE IVVENCI) bene et
1455 iuuenci et plena ceruice. bona auxesis: ut aetati robur adiungeret.

561 DEIN TOTO SANGVINE NIXVS id est toto corporis nisu. ut Vergilius ⟨Aen. II 638–639⟩:

'quibus integer aeui
1460 sanguis'.

563–564 QVALIS IN ADVERSOS LAPITHAS (EREXIT INANEM / MAGNANIMVS CRATERA PHOLVS) Lapithae, gens Thessaliae omnium uirium sublimis patientia, cum ceteris diis immortalibus annua sacra conficerent, in ipsa religione ge-
1465 nus sacrilegii commissum est. cum enim Pirithoi, regis sui, nuptiae celebrarentur et sacrificia diis omnibus facerent, Martis solius aras incultas reliquerunt; siue ignorantia seu contemptu numinis, habetur incertum. quae res manifesto punita est exitu. Mars namque fecit ut aduer-
1470 sus Centauros bellarent, a quibus uicti sunt. ciuitas damno intellexit religionis uirtutem. unde Vergilius ⟨Aen. VII 304–305⟩:

1447 exsuperat] -ant **M**^{ac}**f**

'Mars perdere gentem
immanem Lapithum ualuit'.

564–565 STVPET OBVIA LETO / (TVRBA) iam a comparatione discessit et ad factum Tydei redit. potest enim ambiguitas circumuenire lectorem. 1475

⟨**570–571** NEQVE ENIM TEMNENDA IACEBANT / FVNERA⟩ in honorem occidentis laudantur occisi. TEMNENDA aphaeresis pro contemnenda. 1480

573 TERRIGENAS CONFISVS AVOS qui gloriaretur auos se promeruisse terrigenas, de Cadmi sationibus originem ducens, qui mutuis uulneribus perierunt.

573–574 (NEC VERTERE CVIQVAM / FRENA) SECVNDVS (HALYS) ⟨secundus⟩ inferior, id est equitandi arte peritus. 1485

575–576 PENTHEVMQVE TRAHENS (NONDVM TE PHAEDIMVS AEQVO / BACCHE GENVS) ⟨Pentheumque trahens ... genus⟩ id est a Pentheo originem generis trahens. [NONDVM TE PHAEDIMVS] (AEQVO / BACCHE GENVS) Phaedimus, [nomine] nondum te propter Penthei nomen, Liber, habens propitium, Tydei armis occubuit. 1490

580 LIBENS ne uideretur ab hostibus loco in quo steterat pulsus.

581 ORBEM scutum obuolutum. bene subdidit orbem. sunt enim scuta oblongae facturae. 1495

1478 NEQVE ENIM ... FVNERA *scripsi cum* **BV** (*quod rectum iudicauit Funaioli p. 502*) *pro* TREMEFACTVM (*u. 569*) *in* ω ‖ **1481** CONFISVS] CONFESSVS *ad scholium melius quadrare iudicauit. Legras* | auos **ME[1]BQFpGOe**, -o **fmVAψ** ‖ **1482** sationibus] nationibus **Mm** ‖ **1489** NONDVM TE PHAEDIMVS *seclusi* ‖ **1489–1490** Phaedimus *om.* **MGOek** ‖ **1490** nomine *seclusi*

583–584 (TERGOQVE ET VERTICE) TEGMINA NOTA / (SAEPTVS) id est: terga sua et caput muniit apri Calydonii tegmine.

586 OGYGIDAE Thebani, ab Ogygio terrigena.

1500 **586–588** (TRAHIT OCIVS) ENSEM / BISTONIVM TYDEVS (MAVORTIA MVNERA MAGNI / OENEOS) unde Tydeo Bistonius ensis, nisi quia Oeneus Martis est filius? primum quia uicina est Aetolia Thraciae, aut quia Mars apud Bistonas colitur. ensem uero Bistonium Thracium dixit, quia 1505 Bistonia gens Thraciae est.

590 DECVTIT obiectu depellit scuti.

592 IN SOCIOS ERRARE MANVS ut ex constipatione iaculari uolentes sese inuicem uulnerarent.

594 ANGVSTVS TELIS optime dixit angustus, id est qui 1510 aditum uulneribus non daret. INEXPVGNABILIS quia uni in multos facilis iactus est, multis in unum difficilis. Sallustius in Iugurthino ⟨58, 3⟩: 'pauci in pluribus minus frustrabantur'.

595–596 NON ALITER ... / (ARMATVM IMMENSVS BRIAREVS 1515 STETIT AETHERA CONTRA) Briareum bello Gigantum constat cum Ioue sensisse. sed hic contra sic posuit, quem-

1496 TEGMINA **fvek** *Jahnke*, -E **MmBVπ** *Mombritius* || 1497 muniit] -it **fQ**, -iuit **E**[1]**KFp** *Mombritius* || 1500 ENSEM BISTONIVM TYDEVS *Statius*, BISTHONIVM TYDEVS ENSE **ω** || 1502 ensis **fBVπ**, *om.* **ME**[1]**mK** | Oeneus] oneus **M**[ac]**K** || 1505 Bistonia **fFp** *Jahnke Mombritius*, -na **MmV** *Lindenbrog*, -n **Bπ**, -nes **K** || 1505 Thraciae **MmF**, -arum **fE**[2]**BKVπ** || 1506 obiectu **k** (ab-ve) *Jahnke*, ab ictu **ω** || 1513 frustrabantur] -ri *Sallustius* || 1516 cum Ioue] contra -em **BVπ**

admodum Vergilius ⟨Aen. X 567⟩: 'Iouis cum fulmina contra' et ut Terentius ⟨Adelph. 50⟩: 'ille item ut contra me habeat'. contempta ab hoc etiam fulmina. uidebatur enim suis sibi tantum manibus fortiter dimicare. – Tartarus ex Terra procreauit Typhonem immanem magnitudine, cui centum capita draconum ex humeris nata erant. hic Iouem prouocauit ut, si uellet, secum de regno certaret. Iuppiter fulmine pectus ei percussit. qui cum flagraret Aetnam ei superimposuit, et ex eo dicitur ardere adhuc. ipse etiam alio nomine Briareus et Aegaeon dicitur. de quo Vergilius ⟨Aen. X 565⟩: 'Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt'. 1520 1525

595 PHLEGRAE Phlegra regio est Macedoniae, in qua Terra Gigantes procreauit. 1530

598–599 [INDE] PELETHRONIAM (... PINVM / MARTIS) ⟨Pelethroniam⟩ Thraciam siue Thessaliam. ut Vergilius ⟨georg. III 115⟩: 'frena Pelethronii Lapithae'. ipsae enim regiones dicatae sunt Marti.

599 MVTATA refecta siue ad proelium renouata. PYRACMONE quia Vergilio docente cognouimus etiam hunc fulminum fabricatorem fuisse. ait enim ⟨Aen. VIII 425⟩: 'et nudus membra P(yracmon)'. 1535

600–601 (TOTO) NEQVIQVAM (OBSESSVS OLYMPO / TOT QVERITVR CESSARE MANVS) aut nequiquam obsessus aut ne- 1540

1518 item ut] ut item *Terentius* || **1520** fabula *inser.* **V**π *ante* Tartarus, fabula talis est **B** || **1523** ut *om.* **m**π || **1531** INDE *seclusi* || **1532** ut *om.* **mV** || **1534** Marti] mariti **fm** || **1536** PYRACMONE *Statius*, -GMONE **ω**

quiquam queritur multitudini manuum suarum hostes deesse, cum fuerit uictus.

602 HVC ILLVC CLIPEVM (OBIECTANS) circumspectat omnes partes, ne ab hostibus circumuentus occumbat.

1545 **604–605** (SPICVLA DEVELLENS CLIPEO QVAE PLVRIMA TOTO / FIXA TREMVNT) ARMANTQVE VIRVM nam ipsa in hostes retorquet. ⟨CLIPEO⟩ quo ali⟨en⟩orum telorum impetus retunditur, cum in tela impingit. Lucanus ⟨VI 172⟩: 'totaeque uiro dant tela ruinae'.

1550 **607** NEC MORTEM (SPERARE VALET) ita fuerat uulneratus ut mortem timere non posset.

613 DEMISSVS fluens.

617 PROCIDIT IMPVLSV (NIMIIS CONATIBVS INFANS) dicit illum furore genitum, non dolore. dum enim Dryope, mater eius, praegnans furore bacchatur, reluctantem taurum 1555 cornibus traxit. dicit ergo hunc non nascendi ordine procreatum, sed conatu nimio utero matris expulsum.

620–621 VNVSNE VIRI (TOT CAEDIBVS VNVS / IBIT OVANS ARGOS) Vergilius ⟨Aen. IX 783–784⟩:

1541 multitudini **O** *Lindenbrog*, -e **ω** ‖ **1547** CLIPEO *inserui* | quo *scripsi*, quia **ω** | ali⟨en⟩orum *scripsi* ‖ **1551** *post* posset *in* **E²BV**, uictus **(1542)** *in* **π**, *in margine inuenitur* COMITEM⟨QVE **k** *Mombritius*⟩ ILLI (*om.* **Fpψ**) IVBET (*u. 608*) (*lemma om.* **B**, *ut glossa ad uerba* **V**) iubet facit. est enim polissemus (polysemus *Mombritius*, πολύσημος *corr. Lindenbrog*) sermo. aliquando significat 'uult', ut Virgilius ⟨*Aen. II 3*⟩ 'infandum, regina, iubes' (*add.* r.d. **V**); aliquando 'imperat' (a. i. *om.* **π** (*inest in* **Fp**)), aliquando 'facit,' ut (*add.* in **VQψ**) hoc loco, *uel sim.* (*difficile legitur in* **E²B**) ‖ **1553** IMPVLSV] -VS *Statius*(?) *Mombritius*

'unus homo et uestris, o ciues, undique saeptus 1560
a(ggeribus)'.

621 VIX CREDAT FAMA REVERSO quod unus tantos occiderit.

624 TEVMESIA CORNVS Thebana. Teumeson mons est Thebanorum. ideo Tydeus Thebana hasta, quia spoliis hos- 1565
tium armatus exstiterat.

625–626 ATQVE ILLI VOCE REPLETA / (INTERCEPTA NATAT PRORVPTO IN SANGVINE LINGVA) ordo: atque illi uoce intercepta prorupto in sanguine natat repleta lingua.

629–630 (VOS QVOQVE THESPIADAE) CVR INFITIATVS HONO- 1570
RA / ARCVERIM FAMA cur uos arcuerim id est priuauerim? HONORA ... FAMA id est honesta, honorifica.

631–632 (NIL) INDOLE CLARIVS ILLA / (NEC PIETATE FVIT) indolem corporis dixit, pietatem animi.

633–634 SINGVLTIBVS ARTVM / (... THORACA) angustum. 1575
singultibus enim angustatur latus.

634 EXHAVRIT concauum facit id est uacuat.

634–635 NEC VINCLA COERCENT / (VNDANTEM FLETV GALEAM) inundatio lacrimarum galeae uincula rumpebat.

1564–1565 Teumeson ... ideo] queritur quod **mKπ** | est Thebanorum] thebanum est **B**, -orum est **V** || 1565 quia] et **mKπ** || 1567 *post* REPLETA *inser.* pro id quod efficit id quod efficitur **M**, per id quod efficitur id quod efficitur (*sic!*) **f**, pleno ore. pro eo quod efficitur id quod efficit **V** || 1571 ARCVERIM *scripsi* (*cf. A. Klotz p. 496*), ARG- **ω** | arcuerim *proposuit Jahnke*, arg- **ω** || 1573 CLARIVS] -VS **Mf** || 1578 VINCLA] -CVLA **Mf** || 1579 uincula **MfmVF**, -cla **E**[1]**Bπ**, unda **K**

1580 **635–638** CVM MVLTA GEMENTI / (PONE GRAVIS CVRVAS PERFRINGIT LANCEA COSTAS / EXIT ET IN FRATREM COGNATAQVE PECTORA TELO / CONSERIT) cum multa gemeret, a tergo percussus est et hostili telo corpori fratris affixus. CONSERIT coniungit.

1585 **638–639** ILLE OCVLOS (ETIAMNVM IN LVCE NATANTES / SISTIT ET ASPECTA GERMANI MORTE RESOLVIT) qui prior fuerat uulneratus, ⟨oculos⟩ aperuit, ut in utraque morte fratrum ambo lugerent se inuicem morientes.

642–643 (MISERABILE) VOTVM / MORTIS uotum iniquae
1590 mortis, quia et uno telo [et] gemini et eodem momento periere.

644 (PROTINVS) IDEM VLTRO coepit iam ipse ultro hostes insequi, a quibus ante appetebatur.

645–646 (TREPIDIS) VESTIGIA RETRO / (PASSIBVS VRGEN-
1595 TEM) sua retro uestigia urgebat fugiendo imminente Tydeo.

646–647 INIQVA / (... HVMO) quae fuerat sanguine madefacta. hic autem iniqua proprie 'inaequali' dixit.

647 DISTRACTVS extensus. hoc uero sub hac significatione
1600 ponendum est, ut Vergilius ⟨Aen. VII 767⟩: 'turbatis distractus equis', quamuis Cicero in Philippicis ⟨II 40, 104⟩:

1582 TELO] FERRO *schol. ad III 152–153, sine dubio e memoria* | id est *inser. ante* cum **MfV**[ac] || **1583** telo *scripsi* (*post* (hos)tili *per haplographiam, ut dicitur, amissum*), gladio **ω** (*a scriba inepte suppletum*) || **1587** oculos *inser. Lindenbrog* || **1587–1588** fratrum **fE**[1]**π** *Mombritius*, -em **MBKA**, frm̄ **GOe** || **1589** MISERABILE *inserui cum* **mV** | VOTVM] -O **Mπ** || **1590** et *seclusi, om. Lindenbrog*

'de Varronis bonis rem ullam distractam'. sed etiam illic ingenio legentes possumus 'diuisam' accipere. distractus ergo hic ait extensis manibus, ut rogaret.

648 NITENTEM conantem, ab eo quod est 'nitor niteris'. 1605

649 (HAS STELLIS) INTERLABENTIBVS VMBRAS sensus: quae umbrae sunt eo tempore, quo stellae labuntur.

650 NOCTEMQVE TVAM hoc est: quae tibi fauet, quam tu ⟨tuam⟩ effecisti uincendo.

651 VVLGI ... PAVENTIS dum tua facta refero perculsi. 1610

652 CONTEMPTO TE REGE CANAM id est: uirtutis tuae facta referam, quae aures Eteoclis satis offendant.

655 NIL VVLTVM MVTATVS nimirum quia, qui ignoscentis animum gerunt, primo frontis suae nubilum disserenant. ut Lucanus ⟨IV 363⟩: 'at Caesar facilis uultu [mente]que 1615 serenus'.

658 QVID TIMIDE SEQVERIS COMPENDIA VITAE iucunde consolatur et terret. namque hoc pollicetur nullum, si bella uenerint, euasurum. in hac autem parte si consideres, prouisum tibi est quod nunc moreris, ne grauiori sup- 1620 plicio reserueris.

1602 Varronis bonis] fortunis Varronis *Cicero* | distractam] esse detractam *Cicero* || **1603** legentes *coni. Jahnke*, -is ω || **1609** tuam *inser.* **BK** *Lindenbrog* (*post* effecisti **Q**), *om.* **MfE**[1]**m** **V**π || **1612** offendant **M**[pc], -unt **M**[ac]**mBKV**, ostendit f, -unt π | post offendunt (*sic*) *in* **V** *inuenitur*: **Sic.** (*u. 652*) aduerbium est adiurantis ut uirg. ⟨*ecl. IX 30*⟩: Si tua cirneas (Cy-) f(ugiant) e(xamina) t(axos). et est sensus. sicuti optas ut nobis irrita tela cadant sic parce mihi, *idem, uel simile in* **B**, *quod difficile legitur* || **1614** primo] -um **ME**[1] || **1615** mente *extra metrum interpolatum seclusi* || **1619** hac ... parte] hanc ... -em *Duebner*

659 BELLA MANENT Lucanus ⟨IV 221–222⟩:
'non hoc ciuilia bella,
ut uiuamus, agunt'.

1625 **659–660** (CRASSVM SANGVINE TELVM) / IAM REDIT corpore iam reuulsum telum. neque enim poterat gladium uagina recondere nisi hoste iam perempto.

661–663 (NON HAEC) TRIETERICA (VOBIS / NOX PATRIO DE MORE VENIT NON ORGIA CADMI / CERNITIS) dixerat enim ea
1630 nocte Tydeum Thebas intrasse qua Libero patri sacra celebrantur. trieterica ergo et orgia Liberi sacra sunt, quae exacto triennio mos est celebrari, sicut Olympiaci Iouis sacrum redit intermisso quinquennio.

663 (AVIDAS BACCHVM) SCELERARE PARENTES id est crude-
1635 litate sua scelestum facere, quia Bacchae insaniunt usque adeo ut crudelis Bacchus in illarum furore uideatur. [quia Agaue homicidium nescia perpetrauit.] et ideo hoc deo potius ascribitur quam furori.

664 NEBRIDAS pelles dammarum, quae Graece *νεβρί*⟨*δες*⟩
1640 appellantur. ac per hoc Baccharum indumenta significat quibus sacrificiorum tempore uti consuerunt. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 282⟩: 'pellibus in morem cincti'.

665 IMBELLEM AD SONITVM tympani et saltationis Baccha-

1626 iam *om.* **fV** || **1628** TRIETERICA **B** *Mombritius*, tria- **ω** || **1630–1631** celebrantur] -bantur **BVAQc** || **1631** trieterica **B** *Mombritius*, tria- **ω** || **1635** scelestum **Fp** *Jahnke*, *iam Mombritius*, -es **M** (*ex* scelentes) **fmVAQψ**, -em **E**[2]**B**, -as **K**, -os (c?)(G?)e *Lindenbrog* || **1636–1637** quia ... perpetrauit *uncis inclusi* || **1639** dammarum] damnarum **Mf** | *νεβρί*⟨*δες*⟩ *corr. Mombritius*. *νεβροί Jahnke* || **1643** saltationis] -es **M** (*ex* salut-) **fQ** (*u. l. in marg.*)

rum imbellis. MARIBVSQVE INCOGNITA VERIS in comparatione Thebanorum ueris maribus dicit. 1645

665–666 INCOGNITA ... / ... PROELIA luxuriosae saltationis. quasi hi qui aduersum se pugnauerunt sacrorum consuetudine fuerint effeminati.

666 CELAENAEA Celaenae Marsyae ciuitas, ubi primum dicitur tibiarum usus inuentus, quibus Apollinem prouocare ausus est. a quo uictus temeritatis suae poenas exsoluit. Marsyas enim Celaenaeus fuit. ut ipse infra ⟨IV 186⟩: 'et illustres Satyro pendente Celaenae'. FOEDA ... PROELIA stupra. ut Vergilius ⟨Aen. XI 736⟩: 'at non in Venerem segnes nocturnaque bella'. 1650 1655

667 HIC ALIAE CAEDES non parricidales. contra illas quas matres intulisse dicuntur et hic increpat.

668 PAVCIQVE in comparationem uirtutis meae. HAEC INTONAT quippe plenus furore uirtutis.

671 NEC SVSTINET VMBO hic umbonem pro 'humero' posuit aut pro 'manu'. 1660

672 MVTATVM SPOLIIS Theronis scilicet, cuius clipeum, cum ⟨eum⟩ perfodisset, acceperat. aut certe mutatum spoliis infectum sanguine sociorum. itaque per cruorem suum mutauerat iam colorem. ut Lucanus ⟨VI 224⟩: 'perdiderat uultum rabies'. 1665

673–674 (CRVENTIS) / RORIBVS cruentis aspersionibus. ut Lucanus ⟨VII 837⟩: 'sanguineis stillauit roribus arbor'.

1644 imbellis *Lindenbrog*, -es ω || **1647** pugnauerunt] -int **mK AFpO**, -it **bR**, pugnant **vek** || **1653** Celaenae] -as *Statius* || **1662** Theronis] tho- **E**[1]**mBπ** || **1663** eum *inserui*

676 MASSYLAS (... OVES) Mauras. ut Vergilius ⟨Aen.
1670 IV 132⟩: 'Massylique ruunt equites'.

677–678 ET TABE GRAVATAE / (IVBAE) tabes dicitur recentis cadaueris foetor – Lucanus ⟨II 73⟩: 'longusque in carcere foetor' – et humor, qui destillans cadaueribus corrumpit terram. unde Vergilius ⟨Aen. III 29⟩: 'et terram
1675 tabo maculant'.

682–683 (ILLE ETIAM THEBAS SPOLIIS) ET SANGVINE PLENVS / (ISSET) sensus hic de Homero ⟨Il. X 507 sqq.⟩ uenit, ut tunc demum castris Dolonis Diomedes excedat, cum esset admonitus a Minerua. nam Vergilius hunc sen-
1680 sum in Nisi et Euryali personis seruauit ⟨Aen. IX 355⟩: 'acceleremus, ait, nam lux inimica propinquat'.

685 (MVLTAQVE OPERIS) CALIGINE PLENVM id est nimia felicitate mentis obcaecatum. caliginem dixit: quae non prospiciebat futura pericula.

1685 **687–688** (ABSENTES CVI DVDVM) VINCERE THEBAS/ (ADNVIMVS) nam in istis quinquaginta, quod omnes lectissimae uirtutis fuerant, absentes uictae sunt Thebae.

688–689 (NIMIVMQVE SECVNDIS) / PARCE DEIS nam qui immoderate sua felicitate utitur, fauentes sibi deos fati-
1690 gat. elatus enim animus rebus secundis utilia minime respicit. Vergilius ⟨Aen. X 502⟩: 'et seruare ⟨modum⟩ rebus lassata secundis'. HVIC VNA FIDES (OPTANDA LABORI)

1669 MASSYLAS] -IAS **MV** | ut *om.* **mV** || **1673** foetor **MfE**^{1}**π** *Mombritius*, paedor **E**^{2}**mBKtVpbROvk** *Lucanus* || **1678** excedat] -eret *Jahnke* || **1680** personis] -as **mKπ**, -a **V** || **1681** acceleremus] absistamus *Vergilius* || **1691** modum **K** *Vergilius*, *om.* **ω** || **1692** lassata] sublata *Vergilius*

ut tantae uirtutis gloriam solus consecutus fuisse uidearis.

693 AEROS genitiuus Graecus est ut 'Memnon, Memnonos'. 1695

694–695 NEC VERITVS (PROHIBERE DVCEM SED FATA MONENTEM / PRIVAVERE FIDE) hoc dicit: nec ueritus est hic augur prohibere ducem, id est Eteoclen, ne morituros tot mitteret, sed instantia morituris fata fidem augurii derogauerunt. ut Vergilius ⟨Aen. II 246–247⟩: 1700

'tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
o(ra) d(ei) i(ussu) n(on) u(mquam) c(redita) T(eucris)'.

696 DAMNATVR liberatur. 1705

697 AONIDVM Thebanorum. ut Vergilius ⟨ecl. VI 65⟩: 'Aonas in montes'.

700 FRAGILES (AEVO) uetustate corruptos.

703 TALES IN BELLA VENIMVS et in Romana historia hoc Porsennae Mucius dixisse fertur, cum eius dextera focis imposita diceret suae patientiae similes uiros atque uirtutis a senatu plures in eius exitium destinatos. 1710

710–712 HVIC LEVES GALEAS (PERFOSSAQVE VVLNERE CREBRO / INSERIT ARMA FERENS HVIC TRVNCOS ICTIBVS ENSES / SVBLIGAT ET TRACTAS MEMBRIS SPIRANTIBVS HASTAS) in hoc consecrando Vergilium secutus est. nam ille, dum Marti offerret exuuias, ait ⟨Aen. XI 8–9⟩: 1715

1700–1701 derogauerunt **Mfb**, -arunt **mBKVπ** || **1716–1717** dum ... exuuias *locus suspectus contra morem Lactantii scriptus. legendumne sit* -ent⟨ur⟩ ...-ae *an* Aeneas *inserendum?*

'aptat rorantes sanguine cristas
telaque trunca uiri'.

1720 **715** INGENIVMQVE PARENTIS bene ingenium, quia de capite nata dicitur Iouis. et hoc antiqui bene figuratum esse dixerunt, ut, quia naturae ratione prudentia hominis in capite est, Minerua, quae sapientiae dea est, nata de Iouis capite crederetur. est uero mysterium lucis, quod intami-
1725 nata atque armis munita uirgo de uertice dei maximi et secreti orta dicatur.

716 HORRORE DECORO ipse quidem terror uultus pulchritudine mitigatur: speciosus terror, pulchritudo terribilis.

717 (CASSIS ET ...) CRVDESCIT (... GORGON) ⟨crudescit⟩
1730 crudelior fit. zeu⟨g⟩ma.

718–719 (NEC MAGIS ARDENTES MAVORS) HASTATA(QVE PVGNAE IMPVLERIT BELLONA TVBAS) ⟨hastata⟩ hastis armata siue hastifera, id est: magis tu bellicosa quam Mars aut Bellona. IMPVLERIT pro 'impellit'. mutauit
1735 modum.

720–721 SEV PANDIONIO ... / (MONTE) Pandionium montem dicit a Pandione, filio Ericthonii. Tereus, Martis filius, Thrax ...

721 (AONIA ...) ITONE ciuitas Boeotiae, Mineruae sacra, ut
1740 ipse ait ⟨VII 330–331⟩:

1722 hominis *Barth*, omnis ω || 1723 sapientiae dea **MGO**, -e dei **fφb**, -a dei **KVcRvek** *Mombritius* || 1724 lucis, quod *scripsi*, quod lucis ω, in his quod *Lindenbrog* || **1730** zeu⟨g⟩ma *corr. Mombritius* | ab inferioribus *inser. post* zeu(g)ma **f** *Mombritius* || **1737** Pandione *Jahnke*, -nio ω || **1738** *lacunam post* Thrax *posui*

'ducit Itonaeos et Alalcomenaea Mineruae
agmina'.

[Bacchylides ⟨frg. 15 Snell⟩ Mineruam 'Itoniam' dicit. ITONE. ergo Mineruam ab oppido cognominauit, quod est in Macedonia, ubi eius antiqua est aedes, uicina Boeotiae, in qua 1745 Itonus regnauit, Herculis filius et Paphies.]

722 ⟨LIBYCO⟩ TRITONE fluuius uel palus in Libya in qua Minerua dicitur nata, sicut Lucanus ⟨IX 554⟩ affirmat, unde Graeci etiam Mineruam Tritogeniam uocant.

724 INTEMERATARVM participium sine uerbi origine. 1750

726 PORTHAONIS Porthaon Oenei pater fuit, auus Tydei.

727 ⟨MARTIA⟩ PLEVRON constat Tydei genus a Marte defluere, ut idem ait ⟨I 464⟩: 'Marti non degenerare paterno'. nam Meleager Martis ⟨fuit⟩ filius. PLEVRON Aetoliae ciuitas prope Calydonem, Marti consecrata. alii regionem Calydoniorum 1755 dicunt. [PLEVRON MARTIA quia ibi maxime Mars colitur.]

1741 Itonaeos *Statius, Jahnke, iam D'Orville,* -eus ω *edd. vett.* | Alalcomenaea *Statius, Kohlmann 1874,* alchmenee **Mf**, alchomeneę **mKπ**, alcmonee V, Alchoneae *Mombritius,* Alchemoneae *Lindenbrog* Alalcomenia *cod. Reg. apud Lindenbrog* || **1743–1746** Bacchylides ... Paphies *scholium male confectum seclusi; cf. ad VII 330–331* || **1743** Bacchylides *Lindenbrog,* -is ω, -ae **FpbRGO** *Mombritius* || **1743–1744** ITONE] -em **fV** || **1745** Macedonia] *recte* Thessalia; *cf. Kohlmann 1874* | antiqua est] -ę sunt **Mm** | uicina] -ę **Mm** || **1746** qua] quibus **Mm** | Itonus **fB** *Kohlmann 1874,* athonus E[1] **BKVπ**, athon **Mm**, Authonous *Mombritius,* Antinous *Lindenbrog* || **1751** PORTHAONIS Porthaon *scripsi,* PA- Pa- ω || **1752** MARTIA *inseruit Jahnke* || **1754** fuit *inseruit Mombritius post, ego ante* filius (*cf. clausulam*) || **1756–1757** PLEVRON ... colitur *seclusi*

728–731 AVREA (TVNC MEDIIS VRBIS TIBI TEMPLA DICABO / COLLIBVS IONIAS QVA DESPECTARE PROCELLAS / DVLCE SIT ET FLAVO TOLLENS VBI VERTICE PONTVM / TVRBIDVS OBIEC-
1760 TAS ACHELOVS ECHINADAS EXIT) cum in media urbe tibi aedem dicauero, in tantum templi altitudo tolletur ut et Ionium mare et Echinadas insulas Acheloumque despicias. harum insularum Lucanus meminit ⟨VI 363–364⟩:

'et tuus, Oeneu,
1765 paene gener crassis oblimat Echinadas undis'.

in Acheloo enim, Aetoliae fluuio, tres insulas his nominibus natura constituit: Artemita, Megale, Agalia – Ouidii quoque celebratas carminibus ⟨met. VIII 587 sqq.⟩.

732 [HIC EGO] MAIORVM PVGNAS maiorum sui generis sci-
1770 licet.

733–734 (FIGAMQVE SVPERBIS) / ARMA THOLIS Vergilius ⟨Aen. IX 408⟩: 'suspendiue tholo'. tholus est in media templi camera locus in quo uouentium primitiae aut exuuiae figebantur.

1775 **737** ACTAEAS (FACES) Athenienses, quia Athenarum iuxta litus sita sunt secreta nemorum loca. ut Vergilius ⟨Aen. V 613⟩: 'in sola secreta Troades acta'.

737–738 ET AB ARBORE CASTA / (NECTENT PVRPVREAS NIVEO DISCRIMINE VITTAS) [oliua siue lauro. pro inuentore id

1758 TVNC *inseruit Mombritius* (*om.* cum (1761) || **1762** dicauero] -bo *Kohlmann* || **1768** Artemita *Kohlmann*, -es ω | Megale, Agalia] aggallia megale **BKπ** || **1770** HIC EGO *seclusi* || **1773** tholo] -os **Mm** | tholus **B** *Kohlmann*, -um ω || **1776–1777** quia … litus] *ἔτυμον latet ἀκτή = litus* || **1778** secreta] -ae *Vergilius* || **1780–1782** oliua … Minerua *interpolatum iudicauit A. Klotz pp. 521–522 et cum uerbo iungendi* aliter *seclusi* || **1780** pro inuentore *Mombritius*, per -em ω

quod inuentum est. nam casta non est olea, sed Minerua. 1780
aliter:] castam arborem dixit, quae post quinquennium
Athenis Mineruae offerebatur ⟨ob libera⟩tam pestilentia
ciuitatem, quam *εἰρεσιώνην* nominant, in qua omnium
frugum pomorumque primitias obligabant, ut Cratinus
⟨frg. collectum non inueni⟩ ait. hanc igitur castam arbo- 1785
rem dicit in qua purpureis nexibus omnia supra dicta
pendebant, quae tamen interiectis duobus pedibus can-
dida fila discriminant.

740 ⟨ARCANVM⟩ NVNQVAM INSPECTVRA PVDOREM arca-
num ... pudorem dicit [aut] eius simulacrum uerum, id 1790
est Palladium, quod illicitum erat cernere. quo quidam
quondam uiso priuatus est uisu [aut uirginitatem eius].
ergo, si sic est, inspectura pro 'rimatura' uel 'inquisitu-
ra' accipitur.

741–742 TV BELLIS TV PACE FERES ⟨DE MORE FREQVEN- 1795
TES / PRIMITIAS OPERVM⟩ [bellorum potens, quod proprium
est ei.] NON INDIGNANTE DIANA semper tibi de primitiis
sacrificabo, nec mihi, sicut solet, Diana indignabitur. oc-
culte historiam tangit, ubi Diana contempta in sacrificio
immisit aprum qui Calydoniam regionem uastaret. 1800

1783 ⟨ob libera⟩tam pestilentia (-ae **ω**) *corr. Lindenbrog* || **1784** *εἰρεσιώνην*] uerbenam **ω** (*glossa*), *corr. Wilamowitz, iam Vnger 1835*; *cf. schol. ad XII 492* || **1785** Cratinus] Crates *Vsener, contra quod cf. van de Woestijne* || **1790** ARCANVM *inser. Lindenbrog* || **1790** *et* **1794** INSPECTVRA ... inspectura] SPRETVRA ... spretura *primum scripta iudicauit A. Klotz*; spretura *autem minime cum scholio congruit* (*cf. Mulder ad loc., qui Lucan. I 597–598 adducit*) || **1791** aut *seclusi* || **1792** quidam] *sc. L. Caecilius Metellus cos. 503 a. Chr. n. (251 A. U. C.) no. 72 RE V 1203–1204* || **1793** aut ... eius *seclusi* || **1794** si sic est] *sc.* inspectura *non* spretura*?* || **1797–1798** bellorum ... est ei *seclusi* || **1798** est ei **M**, eius est **f**, est mineruae **AFp**, minerue **Qψ**, *om.* **mK**

LIBER III

Conquestio Eteoclis de tarditate quinquaginta missorum. Maeonis aduentus et caedis indicium. indignatio regis. mors Maeonis et eius a rege interdicta sepultura. profectio lugentium matrum ad locum caedis et cadauerum funeratio. de Thebanis malis conquestio et regis iniustitia. Iouis imperium Marti ut Thebana bella suscipiat. Veneris querela apud Martem de Thebanis. Martis responsio pro Thebanis. regressio Tydei uulnerati et eius hortatio ad bellum. Polynicis allocutio pro iniuria Tydei ⟨et⟩ affectiones obliquae. curatio Tydei. descriptio solis occidentis et orientis noctis. descriptio Martis bellum mouentis. captatio auguriorum ab Amphiarao et Melampode in monte Aphesan⟨te⟩ et omnium signorum descriptio. allocutio Capanei iniuriosa contra Amphiaraum et religionem. Argiae apud patrem allocutio et belli postulatio. patris responsio permulcentis.

1–4 (AT NON AONIAE MODERATOR) PERFIDVS (AVLAE / NOCTE SVB ANCIPITI QVAMVIS VMENTIBVS ASTRIS / LONGVS AD AVRORAM SVPERET LABOR OTIA SOMNI / ACCIPIT) ⟨perfidus⟩ aut quia regnum negauit aut quia contra ius gen-

10–11 ⟨et⟩ affectiones (*sc.* Thebanorum) *scripsi* (-esque *coniecit Jahnke*, -isque *in textu*), -is ω || **13** Melampode *Kohlmann*, menalippo ω || **14** Aphesan⟨te⟩ *Lindenbrog* (Apesante *Kohlmann ex ed. Thebaidos O. Muelleri ad u. 461*), afesant *Mombritius*

tium legato parauit insidias. docet enim poeta malorum conscientiam esse peruigilem, quippe Eteocles, quamuis adhuc stellis labor supersit ut ascenso axe perueniatur ad lucem, tamen otia somni non accepit. Ouidius in libro se- 25 cundo ⟨met. II 775–781⟩, ubi describit Inuidiam:

'Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
nunquam recta acies, liuent rubigine dentes,
pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.
risus abest, nisi quem uisi mouere dolores, 30
nec fruitur somno uigilantibus excita curis,
sed uidet ingratos intabescitque uidendo
successus hominum, carpitque et carpitur una'.

⟨NOCTE SVB⟩ ANCIPITI uel propter noctem ancipitem, cum ipse anceps esset, uel ancipiti media. notanda figura 35 anacoluthon. secundum Sallustium ⟨frg. hist. IV 9* Maurenbrecher⟩: 'qua nocte ipse fiebat anceps'.

4–5 ⟨INVIGILANT ANIMO⟩ SCELERISQVE PARATI / ⟨SVPPLICIVM EXERCENT CVRAE⟩ prima enim sceleris nostri poena est cogitatio. ut Iuuenalis ⟨XIII 2–3⟩: 40

'prima haec est ultio, quod se
iudice nemo nocens absoluitur'.

constat ergo malorum conscientiam semper esse peruigilem.

6 EI ⟨MIHI⟩ interiectio timentis. 45

25 accepit **MfFpO**, -cipit **E**[1]**mBKπ** | in **M**, *om.* **fmBKπ** || **28** nunquam] nusquam *Ouidius* || **31** uigilantibus] -acibus *Ouidius* || **34** NOCTE SVB *inserui cum* **m** || **36** anacoluthon] *sc.* tamen *ante* accipit *deest* (*cf. Sacerd. VI 457, 23–458, 3 Keil; Anec. Helu. VIII CXVI Helm; adnot. super Lucan. I 354 VIII 266*) || **41** haec est] est haec *Iuuenalis*

8 (NEC NVMERO VIRTVTEM) ANIMVMQVE REPENDIT non cogitabat contra numerum tant[or]um unius subsistere posse uirtutem.

9 NVM REGIO DIVERSA VIAE proponit sibi quod fieri potuit
50 aliter quam ipse mandauerat. ideo autem laudandus Tydeus, quia quod fecit nec metuens potuerit suspicari.

10–11 AN SCELERIS DATA F(AMA) P(ER) V(RBES) / (FINITIMAS) ⟨sceleris⟩ id est uiolatae legationis sanctimoniae, uel quod religiosum officium legati peteretur insidiis. ter-
55 tium quod suspicatur tale est: dicit quippe a finitimis ciuitatibus Tydeo aduersus insidiantes esse subuentum.

13 ET CHROMIS ET DORYLAS Dorylas saxo periit inter illos quos uno ictu dicit ⟨II 559–576⟩ esse prostratos. Chromis ⟨II 613–628⟩ inter sacra uulnere prostratus occubuit.

60 **17–18** HEV SEGNES (QVORVM LABOR HAERET IN VNO / SI CONSERTA MANVS) uere segnes, si conflixerunt et ab uno uincuntur.

23 (CALABRAE DATVS) ARBITER ALNO ⟨Calabrae ... alno⟩ species pro genere. ⟨ARBITER⟩ quilibet arbiter ⟨est⟩ ma-
65 gister id est gubernator.

47 tant[or]um *scripsi* ‖ 53 sanctimoniae] -a ω, *corr. Barth* ‖ 59 inter sacra] *locus corruptus*; intra os acto *Barth*, (cornus) intra os actae *Vnger apud Kohlmann* ‖ 61 si conflixerunt] sicut flixerunt **M**(*ex* flux-)**Ap** ‖ 62 *post* uincuntur *inuenitur* IAM PVDET INCEPTI (*u. 22*) nam pudet ad praeteritum spectat, piget ad futurum. et licet ... ponuntur (= *Seru. Aen. IV 336*) *in* **Mf** ‖ 64 species pro genere] *sc. pro 'naui'*: *συνεκδοχή* | ARBITER *inserui* | est *inser. Jahnke* (*post* magister **Qψ**), id est *Lindenbrog*

25 (PVRIOR) OLENII (FRVSTRA GRADVS IMPVLIT) ASTRI progressus Haedorum serenus, quod sidus pluuiale est in ortu et in occasu serenum aerem facit. ut Vergilius ⟨Aen. IX 668–669⟩:

> 'quantus ab occasu ueniens pluuialibus haedis
> uerberat imber humum'.

sensus: frustra nauigare compulit Olenii astri purior gradus. ⟨OLENII⟩ Arcadii, quod ibi fuerit capra quae Iouem nutriuit, Amalthea.

26–27 (OMNIA MVNDI) CLAVSTRA TONANT ⟨claustra⟩ cardines dixit [quia uoluuntur]. ut ⟨Aen. I 90⟩: 'intonuere poli'.

⟨**27** MVLTVSQVE POLOS INCLINAT ORION⟩ et quasi conuersum polum facit pondere congregatarum niuium. INCLINAT ORION Iuppiter et Neptunus, cum ad Oenopionem regem in hospitium uenissent et ab eo liberaliter recepti fuissent, optionem dederunt ut, siquid uellet, ab eis exposceret. ille liberos sine coniuge postulauit. cui Neptunus et Iuppiter imperauerunt, ut tauri corium, quem eis immolauerat, terrae infoderet. illi in eo urinam fecere, unde natus est Orion. qui cum Dianae stuprum in-

66 OLENII **K** *Statius*, -EI **ω** ‖ **72** Olenii **G** *Statius*, -ei **ω**] ‖ **73** OLENII *scripsi pro* HIBERNI SVBITVS IOVIS (*u. 26*) **ω** (*post* IOVIS *inser.* Olenii dicit **Mf**) | Arcadii] *immo* Aetolii. *confudit Lactantius hic et ad IV 104–105 VI 423 fabulam de Amalthea ex Oleno Aetoliae cum illa de Ioue in Arcadia nato: cf. quod scripsi ad IV 104–105* ‖ **76** quia uoluuntur *seclusi* ‖ **78** MVLTVSQVE ... ORION *inserui* ‖ **80–81** Oenopionem **Q** *Lindenbrog Myth. Vat. I 32 II 129 III 15,8*, -rionem **M** (*ex* enorinem) **F**^{ac}**p** *Mombritius*, -riorem **fm**, enorium **E**^{1}, orionem **π**, Hyrieum *Munckerus*, Bistoniorum *Maass 1903* ‖ **84** imperauerunt] -arunt **mπ** ‖ **86** Orion] *ἔτυμον latet οὖρον = urina* ‖ **86–87** stuprum inferret] uim strupri inferret **m**, stupri uim ferret **Aψ**, strupi uim inferret **Q**, struprum ferret **Fp**

ferret, illa Terrae ope scorpionem uindicem sumpsit, quem occisum Iuppiter in caelum transtulit. simili modo et Diana uindicem suum inter sidera collocauit. – mensis
90 ergo Ianuarii tempus poeta describit, quo Orion in occasu est constitutus.

30 NESCIVS qui nesciret, non qui nesciretur.

32 (SEROS) MAERENTIBVS INCREPAT (ORTVS) aut sollicitis, quibus maerore nox geminari uidetur, aut maerentibus
95 dictis.

34–35 (VBI PRIMVM MAXIMA TETHYS / IMPVLIT EOO CVNCTANTEM) HYPERIONA PONTO cum primum ⟨o⟩c⟨e⟩ano sol exit. ex Hyperione autem Graeci fabularum scriptores stulte natos esse finxerunt uenerabiles deos, Solem et Lu-
100 nam, pariter et Auroram, sperantes ueluti stolidi homines quia fallaciis super horum numinum natiuitate posset fides offerri ab his qui ⟨non⟩ nouerunt nec mundum nec diem sine Sole Lunaque esse potuisse a primordiis rerum

87 scorpionem] scorpion **mφc** || **96–97** CVNCTANTEM *scripsi cum* **B** || **97** ⟨o⟩c⟨e⟩ano **O** *Lindenbrog* || **98** Hyperione] -a **E**[1]**mπ** || **101** quia **Mm**, quia eorum **E**[1], suis **Bπ**, *om.* **f** || **101–102** super horum numinum natiuitate posset fides offerri ab *scripsi cum Kohlmann* (*qui autem* natiuitatibus *scripsit*), super (-orum numinum *superscr.* **M**[2]) natiuitatis posset (*inser.* fides *superscr.* **M**[2]) auferre (ł offerri *superscr.* **M**[2]) ab **M**, super natiuitate posse auferre se **f**, superborum numinum fides natiuitatis potuisset offerri ab **E**[1], superorum numinum natiuitatis fides potuisset offerri (*corr. in* auferre **m**[2]) ab **m**, super natiuitates horum siderum]sse auferre se fidem **B**, siderum posse se auferre fidem **π** || **102** non *inser.* **E**[1] *Jahnke*

nec tanta lumina utero fuisse gestata. Hyperiona ergo non, ut Graeci fingunt, Titanis filium accipiendum, sed simplicitate Latina explicandum est ambiguum Graecitatis: Hyperiona dicunt 'super omnia saecula'. 105

36–37 IMA FLAGELLATIS (... / PONDERIBVS TREPIDAVIT HVMVS) dicunt physici quod suis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus. et omne graue cum pendet, si motum habeat, flagellatur. ergo terra cum in medio fuerat aere librata, motum passa est, suis flagellata ponderibus. 110

39 SEPTENAEQVE IVGO CONCVRRERE PORTAE Thebarum portas ostendit, quia dicitur Thebana ciuitas septem habere portas. unde a Graecis *ἑπτάπυλος* dicta est. 115

40 ET PROPE SVNT CAVSAE quibus prodigia ista contigere.

41–42 (TRISTIS MORTE NEGATA) / HAEMONIDES hic est quem Tydeus, ut uictoriae suae testis esset, non est dignatus occidere.

42–43 DVBIVSQVE NOTARI / (SIGNA DABAT MAGNAE LONGE MANIFESTA RVINAE) tempus diei significauit et noctis, quo difficile hominis uultus ad perfectum potuisset agnosci. sensus: quamuis per obscurum nuntius agnosci non pos- 120

105 Titanis filium *om.* **Bπ** | accipiendum **MmQFp**, -um est **fE**[1], est -um **bAψ** || **106** simplicitate Latina **Mf**, latina simplicitate **E**[1]**mBπ** || **107** super omnia saecula] *i. e.*, *ὑπὲρ αἰῶνας*; *cf. ad VI 465* || **115** *ἑπτάπυλος Lindenbrog*, eptapolos *corr. in* eptaphilos **M**, eptapilos **f**, septa pilos **E**[1]**mBπ**, *επταπιλω* **K**, heptapolis **v**[ac] (*corr. in* -pylis) **ek**, *επταπίλως Mombritius* | *post* dicta est *inseritur* Theb(a)e ergo (uero **f**) egypti ciuitas a qua (ciuitas a qua *in* **f** *non lego*) thebei ekatonpilos id est c. portarum *in* **Mf**

set, quid tamen nuntiaturus esset, manifestis agnouerant
125 signis.

[⟨**42–44** NECDVM ORA PATENT DVBIVSQVE NOTARI / SIGNA DABAT MAGNAE LONGE MANIFESTA RVINAE / PLANCTVQVE ET GEMITV⟩ id est: quis esset adhuc ignorabatur et tamen quid nuntiaret habitus et gestus eius prodiderat.]

130 **47** ABEGIT numerum per diuersa dispersit.

48 ET HIBERNAE (VENTOSA CACVMINA LVNAE) quia signa tempestatis in lunae sunt cornibus constituta.

52 (AMISSOS LONGO CIET ORDINE) TAVROS comparatione[m] hero⟨es⟩ tauros dixit, [aut] quia solent tauros
135 lupi uincere.

55–57 TOLLVNT / CLAMOREM (QVALIS BELLO SVPREMVS APERTIS / VRBIBVS AVT PELAGO IAM DESCENDENTE CARINA) tantum clamorem tulerunt, quantus fit in ciuitate ab hostibus capta aut naufragio iam carinam mergente.

140 **63** (NOCTIS) VAGA LVMINA absolute stellas dicit, ut sit generaliter, aut quinque planetas Saturni, Iouis, Martis, Veneris, et Mercurii. ceterum Sol et Luna non sunt stellae nec ex planetarum numero, sed totius mundi duces ac domini.

64 ET TE MALA PROTINVS ALES quoniam manu sua erat pe-
145 riturus, ait m a l a a l e s id est malum augurium. quotienscumque enim ales feminino dicitur genere, malum por-

124 quid] quod **fπ** || **126–128** NECDVM ... GEMITV *scripsi pro* LACRIMAS NAM PROTINVS OMNIS F(VDERAT) (*uu. 44–45*) *in* **ω**; LACRIMAS ... prodiderat *seclusit Kohlmann* || **133–134** comparatione[m] *scripsi cum* **p** (*Mombritio*), -is (ergo) *proposuit Jahnke*, per -em **Q** || **134** hero⟨es⟩ *scripsi*] uero **M**^{pc}, -e *Vnger apud Kohlmann*, heros f, ergo **vek** *Jahnke* | aut *seclusi* || **139** carinam **M**^{pc}**mAFp**, -a **M**^{ac}**fKBQψ**

tendit augurium, ut Horatius ⟨epod. X 1⟩: 'mala soluta nauis exit alite', masculino autem bonum demonstrat, ut Vergilius ⟨Aen. XII 247⟩: 'namque uolans ⟨rubra⟩ fuluus Iouis ales in aethra'.

67–68 (PLACITOQVE) IGNARA MOVERI / ATROPOS quae ab his, quae semel mortalibus statuit, moueri non possit. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 334⟩: 'Fortuna omnipotens et ineluctabile F(atum)'.

69–71 PRODIGA VITAE / PECTORA (ET EXTREMAM NIHIL HORRESCENTIA MORTEM / ASPICIAS) ⟨p r o d i g a⟩ quemadmodum fortunarum prodigus dicitur, qui patrimonium decoquit, ita et uitae prodigus, qui non terretur exitio, sed uitam prodigere uult id est effundere. pectora autem dixit nihil horrescentia. ASPICIAS utar, inquit, libertate, qua non utitur, nisi qui mori paratus est. ut Vergilius ⟨Aen. X 881⟩: 'desine, nam uenio moriturus'. et hoc clamore pronuntiandum. hic enim uerbis satisfacit dolori suo peritura libertas.

⟨**72** LEGES⟩ aut ius legationis aut iura pietatis aut legationis leges.

73 GLISCIS hic 'cupis' significat. id est: cupiditatis tuae crescit incendium.

75–77 TE DIRO HORRORE VOLANTES / Q(VINQVAGINTA) A(NIMAE) (CIRCVM NOCTESQVE DIESQVE / ADSILIENT) inte-

149 rubra *Vergilius, suppleuit Jahnke* | fuluus **Bπ**, filius **Mf**, siluis **m**, flauus **K** || **150** aethra] ęthera **fK** || **151–152** IGNARA MOVERI ATROPOS] *ἔτυμον latet Ἄτροπος* = quae ... moueri non possit || **163** pronuntiandum **MmKFvek**, -o **fbπ** || **165** LEGES *scripsi pro* MOVISTI (*u.* 72) *in* **ω** || **168** incendium] indicium **Mm**

ger se oculis tuis ingeret numerus occisorum. et dicendo quinquaginta animae se quoque optima uirtute iunxit occisis. VOLANTES quasi circa ora tua uolabunt [et ingerent se oculis tuis]. sapientes dicunt nocentium esse
175 poenas, si quasdam figuras cum uiderint, timeant. ut Vergilius ⟨Aen. IV 386⟩: 'omnibus umbra locis adero', et ut ostenderet hoc sceleratorum esse supplicium, adiecit: 'dabis, improbe, poenas'.

79 ET NON CVNCTATOR INIQVI qui iniusta omnia poterat
180 sine dubitatione complere.

80–81 (IRE MANVQVE) / PROTVRBARE (PARANT) ne conuiciaretur regi aut se certe iuste percuteret.

82–83 ET NVNC TRVCIS ORA TYRANNI / (NVNC FERRVM ASPECTANS) quasi utrumque aspiciens, quid esset fugien-
185 dum, quid dulcius uideretur, ferrum aut tyrannus.

84–85 IMPERDITA TYDEO / PECTORA id est quae Tydeus noluisset occidere. ut ⟨Aen. X 430⟩: 'et uos, o Grais imperdita corpora, Teucri'.

85 EREPTA ... FATA in proelio paulo ante dilata.

190 **87** TE SVPERIS FRATRIQVE eclipsis figura. deest enim 'relinquo puniendum'. quasi festinus in uulnere orationem implere non potuit. ut Vergilius ⟨Aen. IV 76⟩: 'incipit effari mediaque in uoce resistit'.

173–174 et ingerent ... tuis *seclusit Kohlmann* || **174** nocentium **MB**, -um **fmKπ** || **175** ut **MKk**, unde **fmBπ** || **182** regi **M**[ac]**vek** *Kohlmann*, -em **M**[pc]**fE**[2]**mBKπ**, in -em *Mombritius* (*scribens* conuicia faceret) || **187** ut **MmR**, ut Virg. **K** (ut Vir. *Mombritius*), *om.* **fBπ**, Vir(gilius) **Q** *Ven. 1483 1490*, Vergilius *Kohlmann*

88–89 DOLORI / PVGNAT contra dolorem repugnat, ne putaretur sentire cum moritur. 195

92–93 TVRBATAQVE MVSSANT / (CONCILIA) bene mussant, quia nulla loquendi libertas est sub tyranno. ut Vergilius ⟨Aen. XI 344–345⟩:

'cuncti se scire fatentur,
quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant'. 200

94 (SERVANTEM VVLTVS) ET TORVVM (IN MORTE PERACTA) id est adhuc toruum, adhuc minantem. Sallustius de Catilina ⟨61, 4⟩: 'ferociam, quam uiuus habuerat, in uultu retinens'.

95 (NON LONGVM REDVCEM) LAETATI non diu gauisi quod 205 rediit, quia se statim peremit.

97–98 PACEMQVE SEPVLCRI / (IMPIVS IGNARIS NEQVIQVAM MANIBVS ARCET) quia dixit inquietam illis fore animam, qui ferro pereunt aut insepulti remanent. NEQVIQVAM bene nequiquam, quia secundum Epicurum nihil mor- 210 tui sentire uidentur. unde Vergilius ⟨Aen. II 646⟩: 'facilis iactura sepulcri'. quorundam enim opinio est animas cum corporibus interire, ut Lucretius ⟨III 416 sqq.⟩. iuxta hos homini sepultura nihil prodest.

99–100 (NEC VMQVAM / ...) PASSVRE SITVM obliuionis 215

200 quid] quod **M**^{ac}**mπ** || **203** ferociam] -amque animi *Sallustius* | uiuus habuerat] habuerat uiuos *Sallustius* | uultu] uoltu *Sallustius* || **205** quod **m** *Lindenbrog*, qua **M**, qui **f**, quia **Kπ** *Mombritius* || **206** se statim] statim se **ME**^{2}, statim **m** || **209** qui] quia **Mf** || **213** Lucretius] -ii *Jahnke* || **213–214** iuxta hos homini *Barth*, iusti -is **M**, -a -is **fmKπ**, iuxta -is **pO**, iuxta omnes *Vnger apud Kohlmann*

mala minime patieris. unde Vergilius ⟨Aen. IX 446–447⟩:

'si quid mea carmina possunt,
nulla dies unquam memori uos eximet aeuo'.

220 **100–102** (QVI COMMINVS AVSVS / VADERE CONTEMPTVM REGES QVAQVE AMPLA VENIRET / LIBERTAS) SANCIRE VIAM uiam dedisti, per quam contemnendo regiam potestatem ad libertatis possimus insignia peruenire.

105 LAVRO ... SVA propter Daphnen, cuius arborem aeter-
225 num uiuere uoluit pro perpetuitate amoris sui.

106–107 ET NEMORVM DODONA PARENS (CIRRHAEAQVE VIRGO / AVDEBIT TACITO SVSPENDERE PHOEBO) in Chaonia regione, quae pars est Epiri, Dodonaei Iouis templum esse dicitur notum numinis reuerentia, ubi duae colum-
230 bae fuisse dicuntur sedentes super duas quercus et responsa dantes, exprimentes in mutis animalibus quod homo adorare uellet. et postea una earum transuolauit ⟨ad⟩ Delphos, quae ciuitas in regione Boeotiae est iuxta Parnassum montem eiusdem regionis, ibique Delphici
235 Apollinis oraculo opinionem parauit. altera Hammonis Iouis templum in Africa tenuit. [Dodonaeum igitur fuit oraculum Iouis in Epiro, ubi de quercu columba hominibus responsa dabat.] SVSPENDERE sollicitos facere. ut Vergilius ⟨Aen. III 372⟩: 'suspensum numine ducit'. sen-

219 eximet] exhibet **fmπ** || **224–241** LAVRO ... sui *et* ET NEMORVM ... conticescent *inuerso ordine in* **ω** *ad locum restituit Lindenbrog* || **224** Daphnen **mK** *Mombritius*, -in **Mf**, -em **BQF**^{pc}**ψ**, -im **A**, -um **F**^{ac}**p** || **225** *post* sui *inser.* in eius ... uisuros (= *Myth. Vat. II 23, cf. Kohlmann*) **MfE**^{2} || **233** ad *inserui*, in **F**^{2} | Boeotiae] *immo Phocidos* || **236–238** Dodonaeum ... dabat *seclusit Kohlmann*

sus: otia habebunt oracula te mortuo, hoc est: propter 240
tuum interitum conticescent.

109–110 ELYSIAS (I CARPE PLAGAS VBI MANIBVS AXIS / INVIVS OGYGIIS) hunc solum de Thebanis dicit Elysios promeruisse campos, ceterum pro meritis scelerum nullam ad Elysios campos animam Thebanam peruenire. 245

112–113 (IACENTEM) / ET NEMVS ET TRISTIS VOLVCRVM REVERENTIA SERVAT aut quae mortuo exhibetur reuerentia, aut quod ore prohibebantur attingere.

116–117 QVISQVE SVAS (AVIDI AD LACRIMAS MISERABILE CVRRVNT / CERTAMEN) ad suas quisque lacrimas, id est quas 250
de suis habituri sunt. et est ⟨currunt⟩ uerbum sine praepositione. ut Sallustius ⟨frg. hist. III 92* Maurenbrecher⟩: 'radicem montis accessit'.

117–118 (QVOS DENSA GRADV COMITANTVR EVNTES / MILIA) SOLANDI STVDIO quorum licet nemo fuisset occisus, tamen solandi gratia sequebantur. 255

121 INFAMES SCOPVLOS aut Sphingos caedibus notos, aut quia illic a Tydeo quinquaginta confossi sunt. ut Horatius ⟨carm. I 3, 20⟩: 'infames scopulos Acroceraunia'.

124 (ASPECTV ...) ACCENSA (CRVENTO) id est suorum cadaueribus uisis. 260

126 LVCTVS ATROX hoc totum poetice incorporauit.

243 Elysios] -sos **fK** || 246 TRISTIS] -I **M**π || 249 AVIDI AD] AVIDE *inseruit Mombritius*: *scholium aut ad textum sine* AD (*sicut* **C** *Statii*) *scriptum aut* et est ... accessit (251–253) *secludendum* || 251 currunt *inserui* || 255 sequebantur] -batur **Mfp** *Mombritius* || 257 illic **f** *Mombritius*, illi **ME**[1]**m**φ, ibi **B**, *om.* **K** (*om.* aut Sphingos ... scopulos **Q**ψ) | confossi **MA**[2]**Fb**[2], -fessi **fE**[1]**mKp**, effossi **B** || 258 Acroceraunia] -ię **Mf**

128 PROCIDVAE paene cadentes id est ruentes in faciem.

129 LVMINA SIGNANT id est: claudunt oculos mortuorum.

131 NEQVIQVAM quia mortuis nullus doloris sensus est.

265 **134** MAGNA PARENS IVVENVM (GEMINI NVNC FVNERIS) ibat enim ad sepulturam duorum. IDE nomen est mulieris, cuius duos filios geminos a Tydeo diximus ⟨II 630 sqq.⟩ interemptos. ergo Graeca declinatio: [nominatiuus] 'haec Ide, huius Ides'.

270 **135** (SQVALENTEM) SVBLATA COMAM squalentem comam sublatam habens.

137 TERROR INEST LACRIMIS id est: prae dolore luctus coeperat esse terrori. sexus oblita quippe uirorum fortium mater durauerat.

275 **137–139** (PER ET ARMA ET CORPORA PASSIM / CANITIEM IMPEXAM DIRA TELLVRE) VOLVTANS / (QVAERIT INOPS NATOS) pathos: dolores a facto.

139 OMNIQVE IN CORPORE PLANGIT omnia putans filiorum esse cadauera per errorem lamentabatur per singula cor-
280 pora.

140 THESSALIS HAVT ALITER BELLO GAVISA R(ECENTI) sic etiam in Lucano ⟨VI 624 sqq.⟩ maga uidetur esse descripta, recens cadauer quaerens occisi hominis. constat enim animas eorum qui olim defuncti fuerunt reuocari
285 non posse.

268 nominatiuus **Mfm**, -o **BK**π, *seclusi* || **269** genetiuus *post* Ide *inseruit Jahnke* || **282** maga] magna **mK**π || **284** reuocari **Mm**, e- **fK**π

141 CVI GENTILE NEFAS (HOMINEM REVOCARE CANENDO) id est: cui proprium hoc ⟨et⟩ facile est, quia omni⟨bu⟩s magis suae gentis est crimen hominem reuocare. ut Vergilius ⟨ecl. VIII 98⟩: 'saepe animas imis excire sepulcris', ut in corpora iterum hominum redire compelleret. 290

142 MVLTIFIDA multifarie fissa.

144 EXPLORAT MANES innoxia uiuorum. BVSTO mortuo uel cadaueri.

145 QVERVNTVR id est: dolent sibi requiem tolli.

150 LACRIMISQVE OCVLI (PATVERE PROFVSIS) obducuntur 295 enim oculorum uisus humore lacrimarum. qui, ubi profusus fuerit, reddit aspectum.

152 TVOR pro 'intueor'.

152–153 (VOS) EXTREMO IN FINE LIGAVIT / (INGENIVM CRVDELE NECIS) memor poeta superioris descriptionis. ait 300 enim ⟨II 637–638⟩:

'exit et in fratrem cognataque pectora ferro
traicit'.

155 TANGERE aequare, contingere.

156 (OGYGIAS TITVLIS) ANTEIRE PARENTES Nioben speciali- 305 ter tangit.

157–159 (AT QVANTO MELIVS) DEXTRAQVE IN SORTE (IVGATAE / QVIS STERILES THALAMI NVLLOQVE VLVLATA DOLORE /

287 et *inser.* **K** *Lindenbrog* ‖ **287–288** omni⟨bu⟩s magis *Vnger apud Kohlmann* omnis malis **M**, omnis madis **fm**, aliis omnibus **B**, -ibus modis **K**, omnis malus *π Mombritius*, omnimodis *Lindenbrog* ‖ **288** reuocare] -nouare **KφO** ‖ **292** uiuorum *scripsi*, uirorum **ω**, ⟨ossa⟩ uirorum *Vnger apud Kohlmann* ‖ **302–303** ferro traicit] telo conserit *Statius* ‖ **307** IN SORTE] *ut partem lemmatis recognoui*

RESPEXIT LVCINA DOMUM) ⟨dextra⟩ prospera. QVIS
310 STERILES THALAMI quibus thalami infecundi. NVLLOQVE
VLVLATA (DOLORE) / ... LVCINA [dea] id est non inuocata
parturientibus prae dolore. ut Terentius ⟨Adelph. 487⟩:
'Iuno Lucina, fer opem, serua me, obsecro'. quanto me-
lius, inquit, cum illis agitur quae propter sterilitatem
315 suam non subiacent orbitati.

159–160 (MIHI QVIPPE MALORVM) / CAVSA LABOR mire di-
xit ut liberos cum labore genuisse uideatur, quos cernit
exstinctos. laboraui ergo ut infelix fierem. IN LVCE PA-
TENTI publice, honesto interitu. quia nocte occubuerunt
320 nec luce pugnantes, ubi uirtus potuisset uideri. [alii: que-
rela quod inglorii nocte perierunt.]

161 AETERNAQVE (GENTIBVS) quae essent apud omnes gen-
tes memorabilia.

⟨**163** MORTEM OBSCVRAM⟩ quia inter paucos nec in mag-
325 no proelio concidistis aut quia nocte perempti fuistis.

164 ET SINE LAVDE quia non inter cuneos hostium nobilis
est datus interitus.

167–168 INDISCRETIQVE (SVPREMIS / IGNIBVS) una uobis
traditur sepultura, quos nec in morte fata discriminant.

330 **169** DIGESTA (STRAGE) id est dispositis cadaueribus urnis-
que iam cognitis.

310 NVLLOQVE *scripsi*, ET NON ω || **311** dea *om.* **M** *Lindenbrog, seclusi* || **315** orbitati] -tem **mBK** || **318** ergo] enim **Mf** || **320–321** alii ... perierunt *seclusit Jahnke* || **322** -QVE *om.* **fπ** || **324** MORTEM OBSCVRAM *scripsi pro* NVMERANDAQVE (*u. 163*) ω; *cf. A. Klotz p. 489* || **325** aut ... fuistis *seclusit Jahnke* | quia] qui **mA Fb**[pc] | fuistis **Mf**, *om.* **E**[1]**mKπ** || **328** SVPREMIS *inseruit Mombritius* || **331** cognitis] conditis *Lindenbrog*, condendis *Barth*

171 PVERIQVE RVDES aut aetate breues aut malorum ignari.

172 PACTVM sponsum. ut Vergilius ⟨Aen. X 722⟩: 'et pactae coniugis o(stro)'. 335

176–178 (IBI) GRANDIOR AEVO / (ANTE ROGOS DVM QVISQVE SVO NEQVIT IGNE REVELLI / CONCILIVM INFAVSTVM DICTIS MVLCEBAT ALETES) quo in loco Aletes aeuo grandior lugentibus ante rogos suos gemitus solabatur.

179 SAEPE QVIDEM INFELIX haec oratio consolationem tenet, quae constat exemplis. ut Vergilius ⟨Aen. I 199⟩: 'o passi grauiora'. dicit autem nunquam tantam scaenam infelicitatis accidisse Thebanis. et ne contra praeceptum faciat, si infelicitatem carere dicat exemplo, ideo dicit ⟨u. 191⟩ unum diem posse istis cladibus comparari, quo Niobe quattuordecim filios uno momento ira numinum perdidit. omnes enim reliquae historiae de Thebanorum calamitate, praecipue ex superioribus, bene iam notae sunt. 340 345

182 VNDE NOVI FETVS proprie fetus, quia fetus terrae partus est. ut Vergilius ⟨georg. I 82⟩: 'sic quoque mutatis requiescent fetibus arua'. 350

185 CONSEDIT corruit, consumpta est.

185–187 NEQVE FVNEREA (CVM LAVDE POTITVS / INFELIX ATHAMAS TREPIDO DE MONTE VENIRET / SEMIANIMEM HEV LAETO REFERENS CLAMORE LEARCHVM) putabat se occiso filio Learcho Athamas gloriam consecuturum, quem prae 355

332 aut aetate π, ad -em **MfE**[1]**(B?)Kt**, aut -em *corr. in* ad ad -em **m** || **344** carere **K** *Lindenbrog*, cauere **ω** || **354** FVNEREA] -RA **f**π

furore feram putauit. gloriabatur ergo insana mente uenationis euentu. DE MONTE de quo se Leucothea cum Pa-
360 laemone praecipitauit in fluctus.

188 HIC GEMITVS THEBIS talis qualis nunc est quinquaginta hominum clade peremptis.

189–190 FVROREM / VICIT resipuit ad hoc solum, ut agnosceret orbitatem.

365 **190** EXPAVIT quia adhuc causam nesciebat.

191–193 VNA DIES (SIMILIS FATO SPECIEQVE MALORVM / AEQVA FVIT QVA MAGNILOQVOS LVIT IMPIA FLATVS / TANTALIS) prope est ut haec infelicitas consolatione careat, si nihil unquam tale contigit. ideo subdidit exemplum. quia,
370 ut Ouidius ⟨met. VI 165 sqq.⟩ ait, Niobe Latonam coli uetabat in se cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque sexu liberorum se iactabat fetibus anteire. Tantalis autem Niobe, quia Tantali fuit filia. filii Niobae hi: Archemorus, Antagoras, Tantalus, Phaedimus,
375 Sipylos, Xenarchus, Epinicos, item filiae: Astycratia, Pelopia, Ch[e]loris, Cleodoxe, Ogime, Pthia, Neaera.

193 INNVMERIS (... CIRCVMFVSA RVINIS) quia innumera or-

363 resipuit E[1] *Lindenbrog*, -sipit M[ac], -spuit M[pc]**BK**π, -sipiuit **f** || **370** Niobe E[2]π, *om.* **MfmB** || **374** Niobae] -es *Mombritius* | Archemorus] Archenor *Hyginus* | Antagoras *Vnger apud Kohlmann*, antogorus **MfmBR**, ante- π (E[2] *incertum*), Anta- *Myth. Vat. I 153 Kulcsár* | Phaedimus *Lindenbrog*, phadimos ω || **375** Epinicos *Jahnke*, epitinos **M**, epinitos **fB**π, senarius E[2], apynitos **m**, epinites *Mombritius*, Eupinytus *Munckerus ex Hyg. II*, Epinitus *Myth. Vat.*, Epaenetos *Vnger apud Kohlmann* || **376** Ch[e]loris *corr. Lindenbrog* | Ogime] Ogygia *Munckerus ex Apollod. III 5, 6 et Hygino* | Pthia] Phegia *Myth. Vat.*

bitas cinxerat matrem, ut nunc uirorum fortium caede circumuallabat orbitas ciuitatem.

194 CORPORA TOT (RAPERET TERRA TOT QVAERERET IGNES) quia pro numero filiorum rogos cuique mater extruxerat. (CORPORA ...) RAPERET TERRA illa re⟨cu⟩peraret. nam hodieque Niobe sic pingitur: gremium conferta tot natis, dum unum quemque amplecti manibus affectat. 380

196 LONGO EXAMINE id est turba. 385

197 INVIDIAM PLANXERE DEIS ut Lucanus ⟨II 35–36⟩:

'et nullis defuit aris
inuidiam factura parens'.

198 BINA PER INGENTES (STIPABANT FVNERA PORTAS) Thebae a ueteribus heptapylae sunt nominatae quia septem portis ambiebantur. ut ostenderet Niobe⟨n⟩ quattuordecim habuisse filios, ait: bina funera per singulas portas efferebant. ut et hinc daretur intellegi Thebanam ciuitatem septem portarum exitu decoratam. 390

201–203 (NEC QVOD TIBI DELIA CASTOS / PROLAPSVM FONTES SPECVLA TEMERARE PROFANA / HEV DOMINVM INSANI NIHIL AGNOVERE) MOLOSSI Actaeonem dicit, qui mutatus in ceruum putatur quod Dianam nudam aspexerat, et a suis dicitur canibus laniatus. 395

204–205 (VERSO QVOD SANGVINE FLVXIT) / IN SVBITOS REGINA LACVS Dircen significat, quam Amphion et Zethus, Antiopae et Iouis filii, tauro uinxerunt, de cuius sanguine fons natus est eius nomine decoratus. 400

381 cuique *scripsi*, quoque **ω** ‖ **382** re⟨cu⟩peraret *Vnger apud Kohlmann*, re raperet **ω**, terra raperet *Lindenbrog*, ne raperet *Barth* ‖ **391** Niobe⟨n⟩ *corr. Mombritius* ‖ **398** ceruum **M**^{pc}**E**^{1}**mK Qvek** *Mombritius*, -am **M**^{ac}**fBtπ**

205–206 SIC DVRA SORORVM / (PENSA DABANT VISVMQVE
405 IOVI) ideo, inquit, illa non fleo, quia patientius fertur, quod fato accidit. nunc ergo quinquaginta isti regis uitio ceciderunt. sic Cicero in Philippicis ⟨I 4, 10⟩: 'multa autem impendere uidentur praeter naturam etiam praeterque fatum'. ideoque poeta describit illud fatorum fuisse,
410 hoc non. de qua re magna quaestio est. sed si philosophiae inuestigemus arcana – si haec tamen talia credamus euenisse – reperire possumus hoc magis fato factum quam per Eteoclis insidias contigit. quid enim deorum iracundiis extra fatum? licet enim diis, qui ipsa fata sen-
415 serunt, facere quod uelint, qui humanum genus hoc uinculo ligauerunt, non suas uoluntates atque licentias. attamen si utrumque perpendas, et hoc et illud de fato euenisse cognoscis. nam ut quinquaginta morerentur, per regis perfidiam contigit, et illa quae ⟨de⟩ regibus facta
420 narrauit, de Dirce, de Niobe, de Pentheo, de Agaue, de Actaeone, etiam decretum fuisse poteramus agnoscere. omne enim, quodcumque, fato moritur. ut Vergilius ⟨Aen. X 467⟩: 'stat sua cuique dies'.

⟨**207** PATRIAE TOT CVLMINA CIVIS⟩ tamquam quae tegerent
425 aut ornarent.

208 EXVIMVS perdidimus.

409 ideoque **M**, ideo **f**, ideo et **mKV**π ‖ **413** quam ψ *Jahnke*, quod ω | quid *Kohlmann*, quod ω ‖ **416** non **p** *Kohlmann*, non ad **K**, nunc ω ‖ **417** hoc et illud **fKVQ** *Lindenbrog*, hoc **Mm**, hoc illud π ‖ **419** de *inseruit Elder* ‖ **421** decretum **M**, -u f, -i **mKV**π ‖ **424** PATRIAE ... CIVIS *inserui* ‖ **424–425** tamquam ... ornarent *post* perdidimus *posuit* ω, *quod ad locum restitui* ‖ **426** perdidimus] perdimus **fB**π

209 (ET IAM BELLORVM) EXTREMA DOLEMVS sensus: cum nondum bella commissa sint, iam timemus extrema bellorum quae uicti pati consuerunt.

216 VNDE EA LIBERTAS quaeritis, inquit, quo uoto Aletes crimina in regem libere congerat. uidet enim sibi et uitae finem propinquum et omne incolumitatis spatium esse translatum. et propter hoc, ne moriatur inglorius, quasi liber et constans, ut hoc de illo populus post loquatur, optat occidi. unde Lucanus ⟨III 134–135⟩: 430 435

'uanam spem mortis honestae
concipis'.

220–221 (FVRENTES) / BISTONAS ET GETICAS (... VRBES) gentes Thraciae crudelissimae, ob quam causam Mars esse de Thracia dicitur. ut Vergilius ⟨Aen. III 35⟩: 'Gradiuumque patrem, Geticis qui praesidet aruis'. 440

223 FVLMINE CRISTATVM (GALEAE IVBAR) quod exibat de crista galeae infinitum luminis habens, eratque galea in morem fulminis cristis ornata.

223–224 (ARMAQVE IN AVRO) / TRISTIA quae quamquam essent aurea, tamen tristitia non carerent, ut esset terror in proelio. 445

225 TONAT AXE POLVS incertum, utrum poli axem an currus dixerit, sed rectius currus axem accipimus.

226 (SOLEM LONGE FERIT) AEMVLVS (ORBIS) luce radianti par magnitudine. 450

429 consuerunt] -sueuerunt **Vψ** || **430** EA **MmK** *Mombritius*, ET **π**, *om.* **fBV** || **440** esse de Thracia **mKVπ**, de thracia esse **M**, de thracia f, esse E[1] || **442** exibat **E**[1]**mKψ**, -iebat **Mfφ**, -hibebat **V** || **447** proelio *Mombritius*, pretio **ω**

230 ENSE MADENS ET NVBILVS IRA madentem sanguine gladium tenens aut ferens et furore tristis.

231 EXTVRBENT RESIDES FRENOS id est uincula legis et
455 foedera quibus tenentur in pace. ut Vergilius ⟨Aen. XII 568⟩: 'ni frenum accipere'. ET CVNCTA PEROSI quasi communis uerbi sit participium, ut 'perosus te' et 'perosus tibi'. Vergilius ⟨Aen. VI 435⟩: 'lucemque perosi', alibi ⟨Aen. IX 141–142⟩:
460 'non genus omne perosum
femineum'.

233 ET FOEDERA TVRBA ante bellum enim Thebanum inter Argos et Thebas odia penitus non fuerunt.

234 QVAE DEDIMVS concessimus tibi otia longa subito
465 bello turbare.

239 ADDE FIDEM ut nuntianti Tydeo credant.

241 NIGRAE infernae, quia bellorum.

242 COLVS pensa. notandum plurali numero declinatas.

242–243 ⟨MANET HAEC⟩ AB ORIGINE MVNDI / ⟨FIXA DIES
470 BELLO⟩ secundum illos qui dicunt nascente mundo praefinita esse hominum fata.

243 ⟨POPVLIQVE⟩ IN PROELIA NATI quasi mundi haec constituta sint lege ut hi populi bellis intereant.

452 SIC *inser. ante* ENSE **m** *Mombritius* | ET] AC *uel* HAC *Statius* || **464** QVAE] CVI **V**π || **466** Tydeo **Mf** *Mombritius om.* **E**[1] **E**[2] (*leg.* nuncianti **E**[1], *add.* credant **E**[2])**mBK**π | credant **E**[2] *Kohlmann*, -at **Mf** *Lindenbrog, om.* **mBK**π, -ebat *Mombritius*, -atur *Jahnke, iam Bibl. Brit. MS. Reg. 15 C.X* || **468** declinatas] -ur **Mm** || **473** sint] sunt **BV**

246 ARCEM HANC AETERNAM inter ortum et occasum omne quod medium est 'meridies' nominatur et est sedes 475 deorum, unde est illud *ἁ μεσότης ἀρετά*, id est ⟨Horat. carm. II 10,5⟩ 'aurea mediocritas'. inde facile apud Maronem ⟨Aen. IV 238 sqq.⟩ Mercurius ad Atlantem uenit, quamuis ⟨Aen. I 225–226⟩:

'hic uertice caeli 480
constitit':

intellegamus, prope septentrionem.

247 (TESTOR ET ELYSIOS) ETIAM MIHI NVMINA FONTES ordo: testor Elysios fontes, qui etiam mihi sunt numina. ut Vergilius ⟨Aen. VI 324⟩: 'di cuius iurare timent et fallere nu- 485 men'.

⟨**249–250** VERSASQVE SOLO SVPER INACHIA TECTA / EFFVNDAM TVRRES⟩ ut consoletur omnes, minatur Argiuis. constat enim timorem periculi accipere solacium, si hoc non solus quicumque patiatur. 490

250–251 (STAGNA IN CAERVLA) VERRAM / (IMBRE SVPERIECTO) aut in mare traham aut diluuio conteram.

253–254 MORTALIA CREDAS / (PECTORA SIC CVNCTI VOCEM ANIMOSQVE TENEBANT) sic praecepto Iouis cuncta sunt territa numina ut crederentur esse mortalia. 495

262 IAMQVE ITER EXTREMVM (CAELIQVE ABRVPTA) parte qua deficit caelum. ut Homerus ⟨Il. I 591⟩: *ῥῖψε ποδὸς*

476 est illud *Lindenbrog*, illud est ω | *ἁ μεσότης ἀρετά restituit Reifferscheid apud Wölfflin*, anne tote capeta ω, *ἐν μέσῳ ἡ ἀρετή Lindenbrog in uar. lect.* || **487–488** VERSASQVE ... TVRRES *scripsi pro* IPSE MANV THEBAS *(u. 248) in* ω || **491** VERRAM *A. Klotz p. 494*, VERTAM ω || **497–498** *ῥῖψε ... θεσπεσίοιο recogn. Wölfflin, in codd. diuerse corrumpitur uel omittitur*

τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο, significans interuallum quo terra separatur a caelo. ⟨CAELIQVE ABRVPTA⟩ sic et
500 'abrupta montium' dicimus. id est Olympi ardua, quod caelum dixere ideo quia apex eius omnibus inuisibilis est. infra eum enim nubes sunt. ut Lucanus ⟨II 271⟩: 'nubes excedit Olympus'.

263 NVLLA FORMIDINE nec mirum, quia Martis arma non
505 timuit, quae irati Iouis temnere consueuit.

264 [IAM IAMQVE] RIGENTES erectas siue horribiles. ut Vergilius ⟨Aen. IV 251⟩: 'riget horrida ⟨barba' et ipse alibi ⟨Theb. I 109–110⟩:

'riget horrida⟩ tergo
510 palla.'

265–266 (TVNC PECTORA SVMMO) / ACCLINATA IVGO (VVLTVMQVE OBLIQVA MADENTEM) ⟨acclinata⟩ incumbens. Venus super iugum uultum madentem lacrimis obliquum tenens, ut hoc habitu Martem in amorem suum magis
515 magisque succenderet.

269 SOCER O (PVLCHERRIME) quia Cadmus Harmoniam, Martis et Veneris filiam, duxit uxorem. iure ergo Martem socerum nominauit.

273 CRIMINIS HAEC MERCES adulterii scilicet, quia spreto

499 CAELIQVE ABRVPTA *inseruit Kohlmann* || **504** Martis **M** *Lindenbrog*, maris **f**, martem **E**[1]**mBKV**, maritum matrem **π** | arma **Mf**, donata **E**[1], amata **mBKVπ** || **505** iras *inser. post* consueuit **M**, *post* Iouis **m** || **506** IAM IAMQVE *seclusi* | IAM **Vπ**, VT IAM **Mf** || **507–509** barba *inserui ex Schindel*, et ipse ... horrida *addidi ex A. Klotz p. 502*

Vulcano cum Marte concubuit. iam nec coniugii memor 520
est, quae uocat crimen. amat dolor acerbare coniugium.
ut apud Vergilium 'hospitem' appellauit Aeneam Dido
furore percussa ⟨Aen. IV 323–324⟩:

'cui me moribundam deseris, hospes?
hoc solum nomen quoniam de coniuge restat'. 525

274 (HOC MIHI) LEMNIACAE DE TE MERVERE CATENAE quibus in Lemno deprensa cum Marte uincta fuit. quamquam Veneris et Vulcani notissima fabula sit, breviter tamen exinde pauca perstringam. postquam filiabus Solis
Venus amores immisit et singulae exitiali morbo detentae 530
interiere, Vulcanus Mineruae consilio monile astu perfecit, nam consciam facti Mineruam indicant oculi Gorgonae, quos dicit poeta ⟨II 278⟩ in illo monili gemmis insertos. fecit ergo monile pulcherrimum infausti ominis,
quod dedit Harmoniae cum Cadmo nuberet, cuius malo 535
omine in dracones cum marito conuersa est. deinde hoc
monile Semele gestauit, quae fulminibus Iouis absumpta
est. inde habuit Ino, quae, a marito Athamante occiso per
furorem uno ex filiis Learcho, cum alio, id est Palaemone, se praecipitauit in mare ut mariti insequentis uita- 540
ret insaniam. post habuit Agaue et ipsa filium furore percussit. hae omnes filiae Cadmi et Harmoniae fuerunt.

520–525 iam ... restat *cum lemmate* SERVIT TAMEN IRA MARITI (*u. 276*) *post* LEMNIACAE ... latebras (**544**) *posuit* **ω**, *cum lemmate* CRIMINIS HAEC MERCES *distinxit Lindenbrog, et ad locum* (*sine lemmate iterato*) *restitui* || **521** acerbare *Lindenbrog*, aceruare **ω** || 527 Lemno] -um **E**[1]**mπ** | deprensa] -prehensa **E**[1]**Vψ** || **530** singulae *om.* **Mf** | exitiali] -e **M**(*leg.* exc-)**f** || **531–532** perfecit **QO**[2] *Lindenbrog*, percepit **ω** || **532** consciam facti Mineruam **Q** *Kohlmann* (*ex Myth. Vat. II 78*), -a -um -a **ω** || **541** quae *inser. post* Agaue *Kohlmann ex Myth. Vat.*

habuit et Iocasta, quae per errorem filio nupsit. habuit et Argia, sed Eriphylae dedit, ut mariti proderet latebras.

545 **279–280** (GAVDEAT ORNATVSQVE NOVOS IPSIQVE LABORET) / ARMA TIBI ut ⟨Aen. VIII 433⟩: 'Marti currumque rotasque uolucris'.

280 TV aposiopesis. ut Vergilius ⟨Aen. I 135⟩: 'quos ego!' AENA aerea, id est fortia.

550 **283** HYMENAEIS Hymenaeus puer genere Atheniensis fuit. is cum annos puerilis aetatis excederet neque adhuc uirum posset implere, ea pulchritudine praeditus fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. istum cum una ex ciuibus suis uirgo nobilis adamasset, ipse, mediocribus ortus pa-
555 rentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, [satis] animo solo satisfaciebat aspectu. cumque nobiles feminae cum uirginibus sacra Cereris Eleusinae celebrarent, subito aduentu piratarum raptae sunt, inter quas etiam Hymenaeus (qui
560 illo amatam fuerat subsecutus) qui puella creditur. cum igitur per longinqua maria praedam piratae uexissent, ad quandam regionem tandem deuoluti perueniunt ibique somno oppressi ab ⟨Hymenaeo⟩ sunt perempti. Hymenaeus relictis ibi uirginibus reuersus Athenas pactus est a ciui-
565 bus dilectae nuptias, si eis suas filias restituisset. quas ubi pro uoto restituit, exoptatam accepit uxorem. quod coniu-

549 AENA M^{ac}π, -EA M^{pc}fQpb^{2}Gk || 556 satis *seclusit Kohlmann* || 560 illo] -am M^{pc}E^{1}vek *Kohlmann*, -os φ | subsecutus] ob- mψ | qui Q *Romana 1480 Kohlmann* (*cf. Myth. Vat. III 11,3*), cui ω, quod *Lindenbrog*, quia *Kohlmann* (*in textu*) || 563 ⟨Hymenaeo⟩ *scripsi* (*cf. Seru. Dan. Aen. IV 99:* quod cum uniuersos occidisset Hymenaeus), insequentibus (*ineptissime post* Hymenaeo *amissum interpolatum*) ω

gium quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen Hymenaei nuptiis miscere.

285 (VIPEREO TYRIOS DE) SANGVINE IACTAS propter quinque illos qui de draconis dentibus nati sunt et occisis reliquis soli superfuisse dicuntur, qui condenti Thebas Cadmo socii fuerunt, id est Echion, Pelorus, Hyperenor, Vdaeus, et Cthonius. 570

286 (DEMISSVM) IOVIS SERIE GENVS Cadmi scilicet, cuius origo hoc ordine a Ioue descendit: Ius et Iouis filius Epaphus, Epaphi filius Belus, Beli et Libyae Agenor, Danaus, et Aegyptus, Agenoris Cadmus, Cadmi Polydorus, Polydori Labdacus, Labdaci Laius, Laii Oedipus, Oedipi Ismene, Antigone, Eteocles, Polynices. 575

567–568 Hymenaei nuptiis **Q** *Kohlmann* (*ex Myth. Vat. I 75* (*Bode*: *in ordine* n. h. *in 74 Kulcsár*) *II 219*), nuptiis hymenei **ω** || **569** DE *inseruit Mombritius* || **570** de *om.* **Mψ** || **572** Hyperenor *Munckerus* (*ad Hyg. 178*) (-on *Lindenbrog in uar. lect. ex Hygino*), hyperion **ω** || **573** Vdaeus *Lindenbrog* (*in uar. lect. ex Hygino*) *Munckerus*, tybeus **ω**, Tydeus **GO** *Mombritius*, Idaeus **Q**² *in margine Myth. Vat. I 146 Kulcsár II 77* | Cthonius *Lindenbrog*, donioc **MfE¹mπ** (*?-ex consensu* **A**(**cG**)), donios **BFpbR**, henios **V**, cromis **A**, denios **vek**, domos **O** *Mombritius*, Chromius *Myth. Vat. II 77* || **575** Ius et Iouis **m¹K**, iouis **Mfm²CV**, iouis et iosae **E²B**, ius aliter ios et iouis **π**, Ios etiam Iouis *Mombritius*; *cf. ad VII 186* | filius] filius fuit **E²B**, fuit filius **C** || **575–576** Epaphus *Wilamowitz*, elus **ω**, eleus *Mombritius*: elus *ante* iouis **E²BC** || **576** Epaphi *Wilamowitz*, eli **ω**, elei *Mombritius* | filius **MfV**, *om.* **E²mBKπ** | Belus Beli **A²** (*cf. Prolegomena p. 62*) *Lindenbrog*, uelus ueli **ω** || **577** Aegyptus **Q** *Mombritius*, egistus **ω** | Cadmi Polydorus *om.* **mπ** || **579** Ismene **ME²CKQ**, sine ne(a)e **fVπ** (*ex consensu* **Acb** (*ex* sinnee)) *Mombritius*, sinemee **m**, smineae **B**

580 **290** ILLYRICAS (DEIECTAT VIRVS IN HERBAS) ubi Cadmus fugiens infortunia Thebarum, existimans se loco etiam mutare fortunam, cum Harmonia coniuge uersi sunt in dracones [in Illyrico]. ut Lucanus ⟨III 189⟩: 'Encheliae uersi testantes funera Cadmi'.

585 **295** (O MIHI BELLORVM REQVIES) ET SACRA VOLVPTAS † matheseos † hic monstrauit. si enim mixtus aliis sideribus fuerit Mars, uehementior truculentiorque fit, econtra si Ioui[s], bonus, si Veneri[s] supplex fiet.

296 VNAQVE PAX ANIMO pacem a Venere petiit, cui soli 590 concessum est Martem domare. ut Lucretius ⟨I 31–34⟩:

> 'nam tu sola potes tranquilla pace iuuare
> mortales, quoniam belli fera moenia Mauors
> armipotens regit, in gremium quia saepe tuum se
> reicit aeterno deuinctus uulnere Mauors'.

595 **302** EXCIDĔRVNT propter metrum, ut ⟨Verg. ecl. IV 61⟩: 'longa decem tulerunt fastidia menses'.

302–303 PRIVS IN PATRVI (DEVS INFERA MERGAR / STAGNA ET PALLENTES AGAR EXARMATVS AD VMBRAS) prius perdam

581 infortunia **mbKA**^{pc}**ψ**, -a **MfφGO** || **583** in Illyrico *seclusi* (*post* fortunam *posuit lacunam Kohlmann*) || **585–586** matheseos *obelis distinxi*; *an sit nomen libri, ut solet, casu genetiuo?* || **586** scium *uoluit inserere post* matheseos *Barth*, se scium *Vnger apud Kohlmann, sed cf. ad III 558* || **588** Ioui[s] *corr. Mombritius* | Veneri[s] *corr. Mombritius* | supplex **M**^{2}**mKπ**, simplex **MB** *Kohlmann*, implex **f**, supplex uel simplex **V** || **589** cui *Jahnke*, quia **ω** | soli] soli illi **E**^{1}**B** || **592** quoniam *Lucretius*, quia **ω** *contra metrum* | moenia] moenera *Lucretius* (?) *ex coni. Lambini* || **593** armipotens] omni- **fπ** | quia] qui *Lucretius* || **594** deuinctus] deuictus *Lucretius* | Mauors] amoris *Lucretius* || **598** perdam] quidem (perdam *superscr.* **M**^{2}) **M**, quidam **ft**, quam **B**

condicionem huius potestatis, quam aliquando mei sanguinis obliuiscar. 600

[**303** EXARMATVS id est: prius perdam immortalitatem, quam mei generis obliuiscar.]

304–305 (SED NVNC FATORVM MONITVS MENTEMQVE) SVPREMI / (IVSSVS OBIRE PATRIS) ⟨supremi⟩ summi. ut Terentius ⟨Adelph. 196⟩: 'pro supreme Iuppiter'. iureiurando confirmauerat se omnium meminisse, et superest ut queratur contra Thebanos aliquid moliri. per uenialem statum excusat. dicit enim se facere, sed coactum. 605

305–306 NEQVE ENIM VVLCANIA (TALI / IMPERIO MANVS APTA LEGI) nunquam enim ad haec potest mitti Vulcanus. et opportune imbecillitatem obicit mariti, ut amorem Veneris in se transferret. 610

310–311 (SED NE MIHI CORDE SVPREMOS) / CONCIPE CARA METVS id est: nolo timeas excidia Thebanorum, qui non uincentur ita ut penitus pereant. 615

316 APERTO id est caelo.

318 IRA IOVIS id est fulmen.

318–319 SI QVANDO (NIVALEM / OTHRYN ET ARCTOAE GELIDVM CAPVT INSTITIT OSSAE) quoniam hi montes tam finguntur altissimi ut inter nubes potius delitescant. 620

601–602 EXARMATVS ... obliuiscar *om.* **M** (*inser. in margine* EXARMATVS ... immortalitatem **M**²) *Mombritius, seclusit Kohlmann* || **608** se *post* statum *inseruit Lindenbrog, fortasse recte*; *sed cf. Mariotti* || **611** imbecillitatem obicit] -iecit -em **M**, -icit -em **ψ** || **612** transferret] -ferat **ψ** *Kohlmann* (*cum Gronou. 70*) || **614** excidia] -ium **Mf** *Lindenbrog* | qui] quia **M**ᵖᶜ**E**¹ *Kohlmann* || **615** ita *om.* **E**¹**BK**

320 ARMAVITQVE IN NVBE MANVM nubem dixit fulmen. ut Vergilius ⟨Aen. VII 143⟩: 'ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem'.

321 TRISVLCA pro quadrisulca, quia fulmen ex quattuor 625 consistit: aqua, igne, nube, uento.

322–323 (TERRITAT ... AVT DITIBVS AGRIS) / SIGNA DARE (AVT PONTO MISEROS INVOLVERE NAVTAS) ut signum det aut perituras esse fruges aut nauigantibus imminere naufragia. DITIBVS locupletibus, id est fertilibus.

630 **324** IAMQVE EMENSVS ITER transitus ad Tydeum.

325 LEGIT praeterit.

326 STANT (FVLTI PVLVERE CRINES) horridi sunt, aut certe pleni sunt puluere.

328–329 (ORAQVE) RETRO / (SORBET ANHELA SITIS) ma-635 ciem indicat, quasi retro eius facies ducta sit.

333 (TVNC QVOQVE LASSA TVMET VIRTVS MVLTVMQVE) SVPERBIT ideo dixit superbire † uirtutem, sicut animum uirtutemque † transcendat.

⟨**334** PECTORE DESPECTO⟩ quasi ad gloriam suae uirtutis 640 despectet superato hoste pectus habere confossum, quem

625 igne **MfE¹CV** *Kohlmann* (*cum Gronou. 70*), igni **mBKπ** *Mombritius* || **626–629** SIGNA DARE ... naufragia *post* DITIBVS ... fertilibus *in* ω *ad rectum ordinem restitui* || **631** *post* praeterit *inser.* et est sermo nauticus **Vπ** || **635** eius facies] facies eius **Bπ** || **637–638** uirtutem ... uirtutemque *obelis distinxi*, uictorem sicut si animo uirtuteque *Lindenbrog, teste Jahnke* (*non in editione*) || **639** PECTORE DESPECTO *inserui* || **639–642** quasi ... consolantur *post* VACVA ... iacet *posuit* ω, *quod ad locum restitui* || **640** despectet *Schindel*, ex- ω; *locus autem et in Statio et in Lactantio uidetur esse ualde incertus*

laus uictoriae et uicti gemitus consolantur. VACVA (... HARENA) quod in ea solus iacet.

⟨**335** CRVDOSQVE VETAT SENTIRE DOLORES⟩ omne quippe gaudium quod nimium est nostri nos facit immemores.

336–338 (MEDIAS ETIAM NON DESTITIT VRBES / QVICQVID ET) ASOPON (VETERESQVE INTERIACET ARGOS / INFLAMMARE ODIIS) ⟨Asopos⟩ fluuius est Boeotiae. dicit autem omne spatium quod inter Asopon et Argos interiacet in bellum Tydei inflammationibus excitatum. 645

343 (DEVS OMNIA) CREDERE SVADET ⟨omnia⟩ Tydei relatione⟨m⟩. 650

345–346 (ET) FORTE VERENDVS / (CONCILIO PATER IPSE DVCES COGEBAT ADRASTVS) oeconomia opportuna. quippe hoc actum est occasione concilii ne reuertenti Tydeo publicus deesset auditor. 655

350–351 (NVSQVAM PIETAS NON GENTIBVS) AEQVVM / FAS (AVT CVRA IOVIS) quia scelerati hac spe peccant, dum non sperant deos criminum uindices fore. unde Vergilius ⟨Aen. VIII 7⟩: 'contemptorque deum Mezentius'. nam sunt philosophi qui, cum uideant naturae mala necessitate res contrarias ac pessimas mundo parari, dicunt curam humanarum rerum penitus ⟨deos⟩ non habere. unde Vergilius Epicurum secutus ait ⟨ Aen. IV 379–380⟩: 660

642 iacet **MbR**^{pc}, -eat **fE**^{1}**mBKV**π || **643–644** omne ... immemores *inter* SVPERBIT *et* ideo **(637)** *posuit* ω; *lemma* CRVDOSQVE ... DOLORES *suppleui, et ad locum restitui* || **644** quod **K** *Mombritius*, quia ω || **650–651** relatione⟨m⟩ *scripsi* || **652** ET *inseruit Mombritius* | VERENDVS **M**, -OS **fB**π || **660–661** necessitate **M**^{ac}**f mK** *Lindenbrog*, -em **M**^{pc}**BV**π || **662** deos *inseruit Lindenbrog* (*inser.* deum *post* rerum **KW**, deos **Q**)

'scilicet is superis labor est, ea cura quietos
665 s(ollicitat)'.
aut si omnino ad deum humanarum rerum pertinet cura, crudelis est. ut idem ⟨ecl. VIII 35⟩: 'nec curare deum credis mortalia quemquam'. CVRA IOVIS quasi uiolatae hospitalitatis gratia deum hospitii praesulem uiolatum esse
670 dixit. ut Vergilius ⟨Aen. I 731⟩: 'Iuppiter, hospitibus nam te dare iura locuntur'.

352 SAVROMATAS AVIDOS Sauromatae populi sunt Scythiae ultra Pontum [sunt] uicini[s] sedibus Amazonarum, ad quos non peruenit potestas Romanorum. unde Iuuena-
675 lis ⟨II 1⟩: 'ultra Sauromatas fugere hinc libet'. Sauromatas ergo Sarmatas dicit, genus hominum ad omne scelus paratissimum.

352–353 (SERVATOREMQVE CRVENTVM) / BEBRYCII NEMORIS Pollux cum Argonautis ad Bebryciam appulsus est,
680 cum eum Amycus Bebryciorum rex ad caestuum prouocasset certamen. Amycus autem hanc consuetudinem semper habuit, ut insidiaretur in Bebrycio nemore, ubi, si quis forte aduena deuolutus fuisset, ab eo caestibus prouocatus occumberet. hunc Pollux eodem certamine supe-
685 ratum dicitur occidisse. hic autem Amycus Neptuni et

666 ad deum **Q** *Mombritius*, ad eum ω ‖ **672–673** populi sunt Scythiae **fm**²(*inter lineas*)**HV**, *om.* **ME¹Kπ** (*fortasse in* ω *inter lineas*) ‖ **673** sunt *seclusi an sit in textu lectum, et* populi sunt Scythiae *seclusum?* | uicini[s] *corr.* **BAQ** *Mombritius* | amazonarum **M**(*ex* amazanarum)**fE¹mBVπ**, -um **KWQvek** *Jahnke*, -ibus *Mombritius* ‖ **674** ad … Romanorum **Mfm**²(*in margine, leg.* Romanorum potestas) **B** (*ante* uicini)**V** (*leg.* peruenerat), *om.* **E¹Kπ** (*fortasse in* ω *inter lineas*) ‖ **677** scelus paratissimum *scripsi* (*cf. clausulam*), paratissimum scelus ω ‖ **682** in Bebrycio nemore **Q** *Jahnke* (*iam* in -io -i *Lindenbrog*), -io -i ω

Melopes filius fuit, quem Pollucem diximus prostrauisse. cuius mortem uindicaturi ciues cum Polluci instarent, Argonautae asserturi commilitonem suum in aciem processerunt uictoriamque Bebryciorum [con]tulerunt. Bebrycia autem Bithynia est. ut Vergilius ad Daretis augen- 690 dum uirtutis meritum dixit ⟨Aen. V 372–373⟩:

'qui se
Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat'.

356 ARTAM COMPAGIBVS VRBEM muris ualloque munitam. quia urbem dicere iactantis erat, ideo adiecit artam, id 695 est angustam.

358 NOCTE DOLOQVE VIRI (NVDVM IGNARVMQVE LOCORVM) quantae occasiones periculorum fuerint, Tydeus exponit: nox, dolus, ⟨nudus⟩ ipse, inscius loci.

⟨**359** NEQVIQVAM⟩ et tam⟨en⟩ aperto uicimus. 700

360 VACVAM uiris fortibus exhaustam.

369–370 (HOSNE MIHI REDITVS GERMANE) PARABAS / (IN ME HAEC TELA DABAS) ut huiusmodi mihi parares insidias, aut certe qualis Tydeus reuersus est, talis et ego ad Argos redirem. 705

686 Melopes] Melies *Lindenbrog Hyg. 17*; *cf. Seru. Aen. V 373* || **687** Polluci instarent **MmWψ** *Lindenbrog*, luci starent **fE**[1]**B** (**φ**: *leg.* -et), *om. spat. rel. Mombritius*; *fortasse* Pol- *et* in- *inter lineas in* **ω** || **688** asserturi *Lindenbrog*, -tori **ω** || **688–689** processerunt **Qvek** *Lindenbrog*, prae- **ω** || **689** uictoriamque (O²?- *u. l. in margine*) *Lindenbrog*, -rumque **ω** | [con]tulerunt *corr. Lindenbrog* || **699** nudus *inserui* | loci *scripsi cum* **vek**, locus **ω** || **700** NEQVIQVAM *inserui* | tam⟨en⟩ *corr. Jahnke* | uicimus] uicinus **M**[pc]**KQp bGO** *Romana 1480 edd.* (-mus *Mombritius Jahnke in app.*)

371 (FRATRI FACINVS TAM) GRANDE NEGAVI utique ego debui proficisci, ut frater plenum parricidii titulum possideret.

373 (NEC VOBIS TANTI SIM) CAVSA TVMVLTVS ut Vergilius
710 ⟨Aen. IX 216⟩: 'ne matris miserae tanti sim causa tumultus'.

374 (NEC ME ADEO) RES DEXTRA LEVAVIT nec me, inquit, tantum extollit coniugii repentina felicitas ut nesciam quam sit durum quietos homines ad bella compellere.
715 hoc autem mire anticipat, ne postea ipse culpetur. alioquin nullus magis bella desiderat. agitur quippe de eius imperio.

375 (QVAM DVRVM NATIS ...) [QVAM TRISTE] REVELLI scio, inquit, quemadmodum durum sit a liberis distrahi [ituris
720 ad bellum].

⟨**376** NON ME VLLIVS DOMVS ANXIA CVLPET⟩ nolo domorum habere maledicta, si quae forte fuerint uiduatae necessitate bellorum.

377 (RESPECTENTVE TRVCES OBLIQVO LVMINE) MATRES de-
725 siderio filiorum mihi infestae sint. ut Horatius ⟨carm. I 1,24–25⟩:

710 ne] neu *Vergilius* | matris] -i **E**[2]**vek** *Lindenbrog Vergilius* || **710–711** tumultus] doloris *Vergilius* || **718** QVAM TRISTE *seclusi* || **719–720** ituris ad bellum *seclusi suppositicium et propter hiatum prodigiosum necnon metri causa* (līberīs dīstrăhī) || **721** VLLIVS DOMVS *inseruit Lindenbrog*, NON ME *et* ANXIA CVLPET *ego* || **724** TRVCES ... LVMINE *inseruit Lindenbrog* || **725** sint *Mariotti*, sunt **Mf**, *om.* **mBKVπ**

'bellaque matribus
detestanda'.
⟨MATRES⟩ id est quarum filii me sequantur ad bella.

378 IBO[QVE] LIBENS cum dicit ibo, facit ut solus ire non 730
debeat.

378–379 (LICET OPTIMA CONIVNX) / AVDITVS(QVE ITERVM REVOCET SOCER) ⟨auditus⟩ a me scilicet. ut obtemperans primum non isse, sic hoc dicit, ut intellegamus Polynicen ad Thebas ante ire uoluisse. sed prohibitum se ab 735
Adrasto queritur, ut prius legatio mitteretur. artificiosa ergo conquestio est, quae sic agitur ut in ultionem sui etiam nolentes ire compellat.

383–386 OMNIBVS VLTRO / (NON IVVENVM MODO SED GELIDIS ET INERTIBVS AEVO / PECTORIBVS MENS VNA SVBIT VI- 740
DVARE PENATES / FINITIMAS ADHIBERE MANVS IAMQVE IRE) defectu orationis totius aperuit uoluntatem. nam dum astute repudiabat auxilia, id egit ut mereretur. ultro bene, quia [ille] ingeniose noluerat putans illos ultro uelle. aut ultro 'ultra' accipimus. ut Vergilius ⟨Aen. 745
II 145⟩: 'et miserescimus ultro'.

386–387 SED ALTVS / CONSILIIS (PATER) profundus pater consilio siue prouidus. ut Vergilius ⟨Aen. VI 9–10⟩:
'arces, quibus altus Apollo
praesidet'. 750

388–389 ISTA QVIDEM SVPERIS (... MEDENDA / LINQVITE

728 detestanda] -ata *Horatius* || 729 MATRES *inserui* || 730 -QVE **Mfπ**, *om.* **BV** *Statius*, *seclusi* || 734–735 Polynicen *scripsi cum* **M**, -em *cett.* || 736 autem *inser. post* queritur **Mm** || 737 agitur **MmB**, agit **fV**, ait **Kπ** || 744 ille *seclusi* | illos *scripsi*, se **ω**

QVAESO) more Romano orationem de bello habiturus primum sibi deos facit esse propitios.

⟨398 EPIDAVRIVS ... IDMON⟩ Epidaurus ciuitas in Graecia,
755 unde Aesculapius fuisse dicitur, medicinae artis inuentor. et bene perito medico illius ciuitatis tribuit gloriam, a qua inuentor artis ipsius dicitur sumpsisse principium.

399 NVNC VELOX FERRO non ad asperitatem rettulit, sed ad bene faciendum uelocitate operis, dum aliquid reseca-
760 tur.

401 PRINCIPIA IRARVM (QVAEQVE ORSVS VTERQVE VICISSIM) id est orationis suae libertatem, uel quae huic ab Eteocle responsa fuerint.

403–404 (QVI CONTRA QVANTIQVE DVCES) VBI MAXIMVS
765 ILLI / SVDOR quos fortiores reppererit, apud quos tota uirtute pugnauerit.

⟨**404** INDICIO SERVATVM MAEONA TRISTI⟩ quemadmodum unum seruasset Maeon[id]em qui indicia Thebanis acceptae cladis exponeret.

770 **406** TYRIVSQVE INCENDITVR EXSVL inflammatur Polynices referente Tydeo quid fecerit, nimia aemulatione uirtutis.

407 DEVEXO MARGINE (PONTI) inclinato in eam partem mundi qua de caelo in oceanum mergitur. tota enim haec poetica descriptio translata este de Homero. ille enim
775 hanc scaenam in Neptuni descriptione ⟨Il. XIII 24 sqq.⟩ depinxit.

754 EPIDAVRIVS ... IDMON Epidaurus *scripsi*, EPIDAVRIVS **m** *Mombritius*, Epidaurus **ω** || 767 SERVATVM MAEONA *inseruit Lindenbrog*, INDICIO, TRISTI *ego* || 768 Maeon[id]em *scripsi* || 773 haec **Mf**, *om.* **mBKWVπ** || 775 scaenam **fmWπ**, scemam **MBV**, cenam **K**

410 RAPIDIS ... PASSIBVS uelociter transeuntibus. ACCVRRVNT ... HORAE quasi Solis Horae sint comites. praeterea descriptionis istius consideranda pictura est, quemadmodum diuersae diuersis fungantur officiis.

413 MERITOS bene meritos, post laborem scilicet fatigatos. IVGALES equi Solis dicuntur Xanthus et Aethon, quorum nomina edidit Martialis libro octauo ⟨21, 7–8⟩ dicendo:

> 'quid cupidum Titana tenes? iam Xanthus et Aethon
> frena uolunt'.

Ouidius uero omnium quattuor equorum Solis nomina euidentius suis demonstrauit carminibus dicens ⟨met. II 153–155⟩:

> 'interea uolucres Pyrois et Eous et Aethon,
> Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
> flammiferis implent pedibusque repagula poscunt'.

415 NOX SVBIIT alterne quippe crescit umbra noctis, ut quidam uolunt, aut subiit in caelum. ut Vergilius ⟨Aen. II 250⟩: 'uertitur interea caelum et ruit oceano nox'. si⟨c⟩ ergo cum oritur dies, nox ruit, cum occidit, nox surgit, alterno ut surgant, alterno ut cadant.

418–419 (NAM TYDEA LARGVS HABEBAT / PERFVSVM MAGNA VIRTVTIS) IMAGINE (SOMNVS) occupant eum labores egregii. in somnis enim uidebat ea quae gesserat.

780 diuersae *scripsi*, -a **ω** | fungantur *Lindenbrog*, figuntur **MfmKπ**, funguntur **BVGvek**, fingantur *Mombritius* ‖ **782–783** Aethon] -us **M**^{pc}**A**^{ac}, -eus **O** ‖ **785** Aethon] -us **ω** ‖ **788** carminibus **MfQb**, *om.* **E**^{2}**mBVπ** ‖ **791** hinnitibus] immitibus (*uel* in-) **ω**, *corr.* **QbRG**(**O**: ign-)**vek** *Mombritius* ‖ **793** alterne **Q** *Lindenbrog* (-a **Fpψ** *Mombritius*), altera **ω** ‖ **795** si⟨c⟩ *corr. Lindenbrog*

422 (APOLLINEASQVE) THERAPNAS ciuitatis nomen est in Laconia Apollini sacrae nec a sororis eius religione dissentien⟨ti⟩s, ut ipse alibi ⟨Ach. I 344⟩: 'Hecate lassata Therapnis'.

805 **424–425** (COMVNT FVROR IRAQVE CRISTAS / FRENA MINISTRAT EQVIS) PAVOR ARMIGER omnes ergo terrores circa Martis currum fuisse poeta describit. ut Vergilius ⟨Aen. XII 336⟩: 'Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur'.

⟨**425–426** VIGIL OMNI / FAMA SONO VANOS RERVM
810 SVCCINCTA TVMVLTVS⟩ ut, quicquid sonuisset, populis esset horrendum.

429 VRGET ENIM STIMVLIS (AVRIGA CRVENTIS) quasi Fama sit Martis auriga, quae omnia rumore compleret.

430 FACTA INFECTA LOQVI Vergilius ⟨Aen. IV 188⟩: 'tam ficti prauique tenax, quam nuntia ueri'.

815 **434** [INCITAT] AEGAEO Aegei fabula, patris Thesei, et apud Vergilium bene comperta est: ex cuius nomine, quod se propter Theseum in mare praecipitauerit, id pelagus Aegaeum sit appellatum.

439 MAGNIQVE FIDEM TESTARIS ALVMNI hic enim praestitit
820 ut uentos illa contemneret et munere auxilii et fidei officio esset stabilis. cuius fabulae notio apud Vergilium ⟨Aen. III 73 sqq.⟩ manifesta est.

802 Laconia *scripsi* (*cf., ut monuit Jahnke, schol. ad VII 791–793*), licia ω | sacrae *scripsi*, -a ω ‖ **802–803** dissentien⟨ti⟩s *scripsi* ‖ **806–808** omnes ... aguntur *post* ueri (**814**) *in* ω *secundum Jakobi ad locum restitui* ‖ **809–810** VIGIL ... TVMVLTVS *inserui* ‖ **814** ficti **M^{pc}mBKQF^{pc}pbGk**, uicti **M^{ac}f**, facti **VAF^{ac}cROve** | prauique] paruique ω ‖ **815** INCITAT **M** (*ex* INITAT) **fb^{ac}**, INICIT **mψ**, INCIT **AQ**, IN **Fp**, *seclusi* ‖ **816** Vergilium] *deest apud Vergilium: legendumne* Catullum ⟨64, 225–245⟩*?*

440 SEPTIMA ⟨... AVRORA⟩ ex quo Tydeus reuersus fuerat.

441 PERSEIVS HEROS mos poetae huius est frequenter easdem personas nondum cognitis praenominibus inuocare, 825 ut nunc Adrastum significat. Perseus enim Argis regnauit, ut ipse alibi ⟨Theb. I 225–226⟩:

'Perseos alter in Argos
scinditur'.

443 MVLTA SVPER BELLO GENERISQVE TVMENTIBVS bene 830 generis. nam et Tydeus in uindictam sui bellum desiderat et Polynices ut recuperaret imperium. ergo bellum desiderant unus uictor, alter incensus. ideo tumentibus id est anhelantibus bellum.

450–451 ⟨VATVM MENTES AC PROVIDA VERI⟩ / SACRA MOVERE DEVM temptare audire, auguria belli per uates co- 835 gnoscere. Lucanus ⟨V 68⟩: 'finemque expromere rerum'. proprie enim moueri sacra dicuntur, ubi coeperint incohari. ut Lucanus ⟨I 608⟩: 'sacris tunc admouet aris'.

453 SED MENTE VIRENS ⟨PHOEBOQVE MELAMPVS⟩ hic Proe- 840 tidas insanientes accitus ⟨a Proeto⟩ sene[x] purgauit. Proetus igitur, Abantis filius, rex Argiuorum, inimicam felicitatis suae habuit coniugis fecunditatem. tres etenim sustulit filias et ad tempus nuptiarum usque perduxit. sed incontinens uirginum lingua infelicitatis edidit causas. 845 hae enim feruntur sollemniter templum Iunonis intrasse

824 PERSEIVS **mKAQb**[pc]**e**, -EVS **MBVFpψ**, -IVS **f** || **825** inuocare **M**, -nouare **fmBKVπ** *Mombritius* || **826** Argis **KQ**[pc] *Mombritius*, -os **ω** || **838** moueri *Jahnke*, -re **ω** || **841** a Proeto] a Protheo *suppleuit* **π**, *corr.* **Q** *Lindenbrog* | sene[x] *corr. Jahnke* || **842** Proetus **QF**[pc] *Lindenbrog*, protheus **ω**

et se deae praetulisse [Antigone Laomedontiades]. his rebus offensa Iuno in iuuencas uertit puellas et cupiditatem iniecit siluas petendi ⟨adeo ut plerumque mugirent et
850 collo iuga timerent⟩, credentes se formam induxisse uaccarum. quod eo usque passae sunt, donec Proetus regni partem, si quis eas in pristinum statum mentis restituisset, proposuit habiturum et ex his coniugem. a Melampo ergo Proetides sunt insania liberatae, acceptamque Me-
855 lampus unam ex uirginibus duxit uxorem et consors regni Proeti fuit et gener. idem Melampus herbariae artis peritissimus fuit. ut Vergilius ⟨georg. III 550⟩: 'Amythaoniusque Melampus'.

⟨**454–455** DVBIVM CVI PRONVS APOLLO / ORAQVE CIRRHAEA
860 SATIARIT LARGIVS VNDA⟩ id est: dedit uaticinandi scientiam. et est sensus: dubium erat, utrum Amphiarao an Melampo pronus Apollo magis esset, uel cuius ora potius satiasset unda Cirrhaea, quia uterque nobilis, uterque diuinandi peritus.

865 **458** (DIRAQVE NEFAS) MINITANTIA VENA diuinantia exta negauerant bonum exitum futurum esse bellorum.

460 (MONS ERAT) AVDACI (SEDVCTVS IN AETHERA DORSO) usque adeo audax emerserat altitudo ut caelum posset

847 deae praetulisse (*sicut in Myth. Vat. II 68, paene ad uerbum ex scholio nostro deriuato, et propter clausulam seruatam*) *scripsi*, praetulisse deae ω | Antigone Laomedontiades **MfmBGO** (*leg.* lau- **fmGO**), *om.* **E**[1]**V**π *Mombritius, seclusi* ‖ **849–850** *lacunam post* petendi *posuit Jahnke, quam ad explendam* adeo ... timerent *a Myth. Vat. II 68 adduxit* ‖ **851** Proetus **QF**[pc]**vek** *Lindenbrog*, protheus ω ‖ **857–858** Amythaoniusque] meth- **fV** ‖ **859–860** DVBIVM ... VNDA *scripsi pro* ASSOCIAT PASSVS (*u. 454*) *in* ω (*notam supra* dubium *in textu praebet* **K**) ‖ **860** dedit] addit *Vollmer*

pulsare cacumine. et bene audaci, quod propius caelo ausus esset insurgere. 870

461 APHESANTA mons est Tarsi Ciliciae, unde se Perseus emiserat ad uolandum, cum ad exstinguendam Gorgonam Libyen peteret. *ἀπὸ τοῦ ἀφιέναι* Aphesanta nomen accepit.

463 TEMERASSE VOLATV uiolasse, ut sibi uindicaret quod 875 homini natura non dedit.

465 AC PAENE SECVTA EST Perseum Danae mater. et mire temperauit sensum et sollicitudinem carae matris expressit.

466 CANENTIS OLIVAE candidae. 880

468 EVADVNT PARITER pariter ascendunt.

469 (ALGENTES) LAXAVIT SOLE PRVINAS sol incidens aera frigidum gelu dissoluit. Ouidius ⟨met. IV 82⟩: 'solque pruinosas radiis siccauerat herbas'.

471 PERNICIBVS (ALIS) uelocibus. 885

472 ADDERE CONSILIVM addere bene dixit. non est enim ipsius, quod mouetur.

474–475 (NON) CIRRHA DEVM (PROMISERIT ANTRO / CERTIVS) Cirrha prope Parnassum est, quo in loco Apollo futura praedicit. 890

871 APHESANTA] APESANTA *Kohlmann* | Tarsi f *Jahnke* (*recte?*), -o ω ‖ **872–873** Gorgonam **MfV**, -em **E¹BQFpψ**, -en **MAv** ‖ **873** *ἀπὸ τοῦ ἀφιέναι Kohlmann*, *ἀπὸ τοῦ ἀφεῖναι Lindenbrog*, apoto aphine ω, *om. spat. uac. rel. Mombritius* ‖ **876** dedit **Mm**, -erat **fE¹BVπ** ‖ **881** EVADVNT] ET VADVNT **Mf** ‖ **882** incidens *scripsi*, incipiens ω

475–476 (FRONDES LVCIS QVAS FAMA MOLOSSIS) / CHAONIAS SONVISSE TIBI Epiroticas quercus dicit, in quibus sedentes columbae sciscitatoribus futura dicebant. ut Vergilius ⟨georg. II 16⟩: 'atque habitae Grais oracula quercus'.

895 **476–477** ARIDVS HAMMON / INVIDEAT [Iuuenalis ⟨VI 553–554⟩:

'quicquid dixerit astrologus, credunt a fonte relatum
Hammon'.]

– Liber, cum ex India ueniens in deserta et in extrema
900 parte Libyae teneretur ac siti laboraret exercitus, rogasse dicitur Iouem ut se patrem probaret. unde ex arena subito aries apparuit, quo duce Liber aquam inuenit. petit Iouem ut arietem in astra transferret. in eo autem loco in quo aqua fluxit templum constituit, quod Iouis Hammo-
905 nis dicitur. simulacrum autem eius adiectis cornibus arietinis confictum est. de quo templo postea data esse dicuntur oracula. hic †Zoamachon† opinione Metrodori Peri⟨e⟩getici ⟨FGrHist 184 F 16⟩ condidit ab Aethiopia

893 sciscitatoribus] scissi- **M**[ac]**fcROk** || **895–898** Iuuenalis ... Hammon *seclusi* || **897** credunt] credent *Iuuenalis* || **907–915** hic ... Alexandriam *post* dicitur (**927**) in **ω** *ad rectum locum, ut mihi uidetur, restitui. om.* hoc Zoamachon (**907**) ... Alexandriam (**915**), Branchiadae (**928**) ... incrementum (**929–930**) **E**[2]**BV**, *om. scholium totum* **K**. *de hoc loco omnium apud Lactantium difficillimo, paene nihil pro certo habeo* || **907** hic **bk** *Mombritius Knaack*, hoc **ω** | Zoamachon] *fortasse* [Zodiacon] (*ad quod* Sagittario clauditur signo *et* librae/-as *infra glossa extra ordinem in textum irrepta*)*?*, Ptolomaeus *Maass, quod neque e loco Pausaniae* (*IX 16, 1*) *laudato probatum neque ductui, ut dicitur, litterarum satis est simile* || **908** Peri⟨e⟩getici *Jahnke, iam K. Müller*

usque in Libyam tria opinata templa: † triannus † solis in Aethiopia hoc est ter fulgentis quantum per ceteram 910 terram ardet; in climate ultimo Libyae, quod Sagittario clauditur signo, [esse] Hammonis templum Iouis intra Aethiopas ⟨id est⟩ Indos – sunt enim et qui Pseudo-Aethiope⟨s⟩ uocantur. – et Libyas ultimos [esse] prope Alexandriam. 915

478 NILIACVMQVE PECVS Apin dicit, taurum lunatum Isidis, qui Aegyptiis motu corporis sui et quibusdam signis futura praedicit [qui e Memphide nascitur].

478–479 (PATRIOQVE AEQVALIS HONORI) / BRANCHVS [Branchi meminit Terentianus de metris ⟨uu. 1886–1888 (VI 920 381 Keil)⟩:

'hymnum Branchiadae Phoebo cantasse Iouique

909 opinata] opima *Mombritius* | triannus *obelis distinxi,* Traianus *Mombritius, τριλαμποῦς proposuit Jahnke,* trinaum *Maass* (*uerbum nouum, quod autem non bene ad rem confectum credo; uerbum obscuratum idem quod* ter fulgentis *uoluisse, quicquid fuerit, satis constat*); trini*?* | hoc est] id est*?* || **911–912** in climate ... signo] *sc. templum supradictum* || **911** in climate *Maass,* inclinare **ω** || **912** Libyae **ψ** *Lindenbrog,* librae **ω** || **912** esse *seclusi,* et *Maass* || **913** Aethiopas (A^{ac}?)Q(G)**e**, -ias **fmπ** *Mombritius,* -es **M** | id est *inserui* | Indos] Endios *Maass* (= *ἐνδίους, quod autem non alibi, ut uidetur, pro 'meridianos' attestatur*) || **914** Pseudo-Aethiope⟨s⟩ *scripsi* || **914** Libyas (c?)**bR** *Lindenbrog,* libras **ω** || **915** ultimos *Maass,* -as **ω** | esse *seclusi,* et *Maass* || **918** qui ... nascitur *seclusi* || **919** AEQVALIS HONORI] AEQVATVS HONORE *Lactantius ad VIII 198* || **919–924** Branchi ... Paean *seclusi* || **922** *ante* hymnum *u. 1885 'nec non et memini pedibus quater his repetitis' inseruit Maass* | Branchiadae] Battiadem *Terentianus ex emend. Patrecini* (*ex* **M** *Terentiani*) (*cf. Callim. frg. 229 Pfeiffer*)

pastorem Branchum, cum captus amore pudico
fatidicas sortes docuit depromere Paean'.]

925 Branchus Thessalus fuit, dilectus Apollini, ut Hyacinthus, quem acriter interfectum dolens sepulcro et templo sacrauit. illinc B r a n c h i a d e s Apollo dicitur, [BRANCHIADAE qui Iouem Branchum colunt; credunt enim quod m a g n u m ⟨Verg. ecl. IV 49⟩ fuerit I o u i s in-
930 c r e m e n t u m.] ... potest et haec deriuatio religionum currere: quod Isthmia, quae in honorem Neptuni aguntur, finguntur Melicertia – nam constat Melicertam a Sisypho rege susceptum, cum Boeotia [nauigio] Isthmos delatus esset – et Nemeaea Archemori[a] in honorem ‹et›
935 Iouis celebrari uolunt. ...

479–480 (VNDOSAE QVI RVSTICVS ACCOLA PISAE) / PANA LY-

923 pastorem Branchum] pastori et Brancho *Barth* | cum] quem *Barth Bentley ad Callim. l. l.* || 927 illinc **Mm** *Lindenbrog apud D'Orville,* illic **fE²BVπ** || 928–930 BRANCHIADAE ... incrementum (credunt ... incrementum *post* uolunt (935) *in* **ω** *ad locum restitui*) *ut interpolatum seclusi* || 928 BRANCHIADAE (-ae *Jahnke,* -as **ω**) *ut lemma falsum* (*quippe quod ad Terentianum*) *recognoui* | Apollinem *ante* Iouem *inser. Maass,* Iouem *fortasse secludendum?* || 930–935 potest ... uolunt] *lacunas inserui post et ante et pro uirili parte emendaui hanc scholii partem fortasse secludendam, quae, si est Lactantii, hoc uel simile, ut mihi uidetur, uerbis amissis additis, potest uelle*: *ut Isthmia et Nemeaea, sic hoc templum in honorem et dei et hominis quondam mortalis erectum est* || 930 deriuatio **π**, di- **Mfm** || 932 a Sisypho *scripsi,* ab Aethiope (*ex contextu deriuatum*) **ω** || 933 cum **M**^pc *Mombritius,* nam **fmπ**, nam cum **M**^ac**Fp** | Boeotia] Aethiopia *Maass 1903* | cum *inser. ante* nauigio **fπ** | nauigio *seclusi* (*an sit uersio alia?*) || 934 et Nemeaea *scripsi,* nam et **ω** | Archemori[a] *scripsi,* -ia **MQ**, -iam *Mombritius,* anche- **fmπ**, -ia **vek** | et *inserui* || 935 celebrari **Q** *Jahnke,* -re **ω** || 936–937 LYCAONIAE] lyaonie **M**^ac**f**, Lycaonia *Statius*

CAONIA (NOCTVRNVM EXAVDIT IN VMBRA) Pan apud Pisas rusticos numine suo replere solet, datque oracula qui impletur deo. ergo neque ille aequari potest tibi, o Iuppiter, qui in nocturna umbra audit Pana, id est: quasi per ipsum 940 numen loquitur hominibus. – diuersa loca commemorat et quis deus quo in loco futura praedixerit.

481–482 DITIOR ILLE ANIMI (CVI TV DICTAEE SECVNDAS / IMPVLERIS MANIFESTVS AVES) laus [uero] augurii est, quae per reliquarum artium diminutionem extollitur. 945

481–483 (CVI TV DICTAEE SECVNDAS / IMPVLERIS MANIFESTVS AVES) MIRVM VNDE (SED OLIM / HIC HONOR ALITIBVS) in errorem inducitur ista admiratio cum inuocatione. nam quasi Vergilium, sed non recto ordine, sequitur. ait enim ⟨georg. I 415–416⟩: 950

'haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
⟨ingenium aut rerum fato prudentia maior'.⟩

(MIRVM VNDE SED OLIM) HIC HONOR ALITIBVS rationem redditurus est unde concessum sit auibus futura praedicere. quod Vergilius ⟨ibid.⟩ quasi philosophus explicat 955 Epicureus, hic quasi Platonicus.

⟨**483–484** SVPERAE SEV CONDITOR AVLAE / SIC DEDIT EFFVSVM CHAOS IN NOVA SEMINA TEXENS⟩ prima opinio est ab Hesiodo ⟨fragm. dub. 355 Merkelbach et West⟩:

941 loquitur **MfmGO**, -atur **E**[1]**E**[2]**BV**π || **941–943** diuersa ... praedixerit *post* DITIOR ILLE ANIMI *in* ω *ad locum restitui* || **944** uero (*post transpositionem interpolatum*) *seclusi* || **949** non recto ordine] *sc. primum causam, i. e., Apollinis impulsum, declarat, deinde de ratione reddenda dubitat* || **951** sit] est ω *contra metrum* || **952** ingenium ... maior *inserui* || **956** Epicureus *Lindenbrog*, -us ω || **957–958** SVPERAE ... TEXENS *inserui*

960 futura praedicere quia supernus orbis conditor, cum chaos figuraret in semina, hanc illis potestatem concessit. in noua autem semina, ut generatim omnia procrearent, quae corpora, ut Epicurei uolunt, textu inani fiunt atomorum.

965 **485–486** (SEV QVIA) MVTATAE (NOSTRAQVE) AB ORIGINE VERSIS / CORPORIBVS hoc philosophice. aiunt enim *μετεμψύχωσιν* fieri animarum in corpora. ut lectum est in Horatio ⟨epod. XV 21⟩: 'nec te Pythagorae fallunt arcana renati'. primo enim anima ipsius in Euphorbi ⟨corpus⟩
970 migrasse dicitur Troiano proelio, dum de clipeo ageretur 'Danai de poste refixo' ⟨Aen. V 360⟩, secundo in Pythagorae, tertio in pauonis, quarto in Homeri, quinto in Ennii poetae, ergo animas in qualiuis corpore eandem tenere sapientiam. haec autem secunda opinio est.

975 **486–488** SEV PVRIOR AXIS / (AMOTVMQVE NEFAS ET RARVM INSISTERE TERRIS / VERA DOCENT) tertia opinio dicit aues ideo futura praedicere quia in aere sunt et purissime uiuunt, exinde quia raro terris insidunt, quae sunt nefastae. ergo aues uera dicere illa res facit: a x i s p u r i o r.

963 Epicurei] -i **Mm** ‖ **965–966** MVTATAE *scripsi* (*et ut lemma* MVTATAE … CORPORIBVS *recognoui*), et mutantur (*ad contextum accommodatum*) **ω** | AB ORIGINE] ad -em **ω**, *corr. Jahnke, et ut partem lemmatis recognoui* ‖ **966–967** *μετεμψύχωσιν* (**Q**: -im) *Lindenbrog*, et absin **ω** (metapsin **K**) ‖ **969** Euphorbi (**M**^{ac})(**f**)**π**, -ium **M**^{pc}**F**, -um **mKQG**^{ac}**ve** *Mombritius* | corpus *inserui* ‖ **971** Danai] -is *Vergilius* | refixo *Jahnke*, -um **ω** *Vergilius* ‖ **971–972** Pythagorae] -am **Qvek** *Lindenbrog* ‖ **972** pauonis] -em **Qvek** *Lindenbrog* | Homeri] -um **Qvek** *Lindenbrog* ‖ **972–973** Ennii poetae] -ium -am **Qv(e)k** *Lindenbrog*

492 SOLVERE ECHIONIAS L(ERNAEA) C(VSPIDE) P(ORTAS) 980
soluere in excidium deducere. ECHIONIAS id est Thebanas. LERNAEA CVSPIDE Argolico ferro.

493 LAEVVSQVE TONES id est: bono omine confirmes auspicia, quia optimum augurantibus signum est, si de sinistra caeli parte tonuerit. ut Vergilius ⟨Aen. IX 630–631⟩: 985
'caeli de regione serena
intonuit laeuum'.
et totum poeta quasi augurandi peritus exposuit. dextra enim parte in contrario, laeua in bono. Vergilius ⟨ecl. IX 15⟩: 'ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix'. 990

495 (SI PROHIBES) HINC NECTE MORAS hoc est: ne ad Thebanos ire cogamur incassum.

495–496 DEXTRISQVE ... / ALITIBVS quia de caelo uenientibus a dextra parte auibus auguria mala sunt.

498 (IMMENSI FRVITVR) CALIGINE MVNDI quicquid hominibus non patet, solus uidebat. 995

⟨**499–500** POSTQVAM RITE DIV PARTITI SIDERA CVNCTIS / PERLEGERE ANIMIS OCVLISQVE SEQVACIBVS AVRAS⟩ intentionem incredibilem describit, nam obtutu ⟨in⟩ uno fixi oculi non dubitatione caligant? 1000

502–503 NONNE SVB EXCELSO (SPIRANTIS LIMITE CAELI / AMPHIARAE VIDES CVRSVS) ordo: nonne uides, Amphiarae,

981 excidium π *Mombritius*, exilium ω | id est *om.* E[1]**BK**π || **984** si **BKV** *Jahnke*, id est **M**, id est si **fm**π *Mombritius* || **986** de regione] genitor de parte *Vergilius* || **988** dextra] -am **BK** || **989** laeua] leuam **MB** || **990** monuisset] mouisset **Mf** || **991** HINC] HIC *Statius* || **997–998** POSTQVAM ... AVRAS *inserui* || **999** in *inserui propter hiatum* || **1000** non] num **M** *solum*

sub excelso limite caeli spirantes cursus? aut uentorum dixit aut stellarum. CVRSVS id est uolatus. ⟨Vergilius⟩
1005 ⟨ecl. VI 80⟩: 'quo cursu deserta petiuerit'. serenos (**503**) autem 'prosperos' dixit.

504–505 LIQVIDO (... MEATV / PENDEAT) id est or⟨di⟩nato uolatu pendeat.

505 (PLACABILE) PLANXERIT (OMEN) quodam stridore ulula-
1010 tum dederit. uides ergo ut nulla auis placatum sonitum dederit. planxerit ergo: cum stridore sonuerit. ut ⟨georg. I 334⟩: 'nunc litora plangunt'.

506 NON COMES OBSCVRVS TRIPODVM coruum dicit, qui in tutela Apollinis est. cur autem coruus Apollini sit dicatus,
1015 haec fabula est: Apollo, cum Coronidem grauidam fecisset, coruum ei custodem apposuit, ne quis ad eam occulte temerator accederet. cum hac Ischys occulte concubuit, quem fulmine Iuppiter exstinxit. ipsam Coronidem Apollo sagittis occidit, cuius mortuae exsecto utero Ae-
1020 sculapium produxit in lucem. unde Vergilius ⟨Aen. VII 773⟩: 'fulmine poenigenam Stygias detrusit ad undas' id est per poenam matris natum. coruum autem ex albo nigrum fecit. [unde lac album Homerus dicit aut in calice aut in alio uitreo uase missum in sole umbram non fa-

1004 Vergilius *post* uolatus *inseruit* π || **1007** or⟨di⟩nato *scripsi cum Vetere Scholiasta, ut fingitur, Barthii*: Ordinato uel immoto, alis non stridentibus || **1015** Coronidem **MQF(p)ψ**, -en **f**$\mathbf{E^{1}}$**mB VAv** || **1017** Ischys *corr. Wilamowitz*, lycus **ω** || **1018** Coronidem **M**$\mathbf{E^{1}}$**BQ(Fp)ψ**, -en **fmVA** || **1022–1023** albo nigrum **fbG**$\mathbf{O^{2}}$ (*superscr.*) $\mathbf{v^{2?}}$ (*superscr.*) **ek** *Mombritius*, nigro album **ω** || **1023–1026** unde ... *λευκόν seclusi* || **1023** Homerus] *locum nusquam inueni* || **1024–1025** umbram non facere] *sc. ἄσκιον* (= *album*) *εἶναι*

cere. unde lac digestum dicit. ait enim ⟨Il. IV 434 V 902⟩: 1025
γάλα λευκόν.]

507 (FLAVAEQVE SONANS) AVIS VNCA MINERVAE huius alitis talis est fabula: Nycteus, Aethiopum rex, felix, si nunquam pater fuisset, habuit filiam Nycti⟨menen⟩ nomine. quae cum scelerato amore patrem diligeret, amorem 1030 suum nutrici confessa est infandumque petiuit auxilium. ea, cum mentita esset domino suo Nycteo a quadam illum extranea diligi uirgine, impetrauit ut filiae suae imprudens uteretur amplexibus. sero illi cognitum facinus statuit uindicare. quapropter agnitam inter ipsos ample- 1035 xus filiam cum uoluisset exstinguere, illa Mineruae implorauit auxilium. cuius protectione periculo est erepta uersaque in auem, quae ex conscientia commissi facinoris diei fugit aspectum et Mineruae tutelae dicata est. alii dicunt filiam Proeti fuisse patris⟨que⟩ uim timentem au- 1040 fugisse, quam Minerua mutauit in noctuam.

508 NON VENIT AVGVRIO MELIOR QVI VVLTVR id est uultur, qui solet bona omina augurantibus facere. cuius auis auspicio fundata dicitur Roma. quod Lucanus praeteriens tetigit ⟨VII 437⟩ dicens: 'uulturis ut primum laeuo fun- 1045 data uolatu'.

⟨**508–509** ALTIS / DESVPER ACCIPITRES EXSVLTAVERE RAPI-

1026 *γάλα λευκόν recognouit Lindenbrog,* galea leucon ω || **1029** Nycti⟨menen⟩ *scripsi* (-em **QO** *Myth.*), noyctin **MmBV**, noctin **f**(**E**[1]?), nyctan **Ap**, nixtam **F**, nictim ψ, Nyctaeam *Mombritius* || **1034** illi] ille *Kohlmann* || **1040** -que *inser.* **B** *Mombritius* || **1042** AVGVRIO] -IIS *Statius* || **1047–1048** ALTIS ... RAPINIS *inserui*

NIS⟩ praeliban⟨te⟩s dira, ui qu[i]a eorum fruge[m] id est
cruentis epulis ...

1050 **511–512** ET FERALIA BVBO / (DAMNA CANENS) cum filiam
suam Ceres raptam a Dite comperisset, conquesta a Ioue
impetrauit ut ei filia redderetur, ita tamen, si nihil apud
inferos gustauisset. et cum in eo fuisset ut matrem filia
sequeretur, Ascalaphus, qui apud inferos erat, dixit Pro-
1055 serpinam e pomario Ditis e malo punico gustasse tria
grana. indignata Ceres conuertit Ascalaphum in bubo-
nem. de Proserpina uero ficta sic fabula est. ceterum te-
nore philosophiae diuina anima esse signatur, quae, inci-
dens naturae cogitationes et nefarie polluens, necessi-
1060 tate haesit tenta infernali hoc mundo. buboni autem tale
studium non tam fabula quam natura praescripsit. quam
sit ferale bubonis augurium, testis est poeta Vergilius
⟨Aen. IV 462⟩: 'solaque culminibus ferali ⟨carmine bu-
bo⟩'.

1065 **516–519** (EQVIDEM) VARII PATER OMINA PHOEBI / (SAEPE
TVLI IAM TVM PRIMA CVM PVBE VIRENTEM / SEMIDEOS IN-

1048–1049 praelibans ... epulis *post* mundo (**1060**) *in* ω *ad locum restitui* (... mundo, praelibando uirus eius, quasi frugem, id est cruentas epulas *Barth*) || **1048** praeliban⟨te⟩s *scripsi* | qu[i]a *corr. Mombritius* | eorum *Schindel*, eius ω | fruge[m] *corr. Mombritius* || **1049** *lacunam post* epulis *posui pro* pascuntur uescuntur fruuntur *uel sim.* || **1057–1058** tenore **bR** *Mombritius*, tenere ω || **1058–1059** incidens ... polluens] *locus ualde incertus, quem sanare sum conatus* | incidens **fm** (*ex* -ent) π, *Mombritius*, -sidens **M**, -dicans *Lindenbrog* || **1059** cogitationes et nefarie *scripsi*, nefariae cogitationes et ω *edd.* || **1060** tenta] retenta *Lindenbrog* || **1063** culminibus] carminibus ω || **1063–1064** carmine bubo *addid.* **QGO**^{2}(*superscr.*)**ve**(**k**) *Mombritius*

TER PINVS ME THESSALA REGES / DVCERET) saepe, inquit, tuli uaria Phoebi omina, ex quo me inter reges semideos pinus duxit Thessala. dicit autem: ex illo tempore, quo cum Argonautis uectus sum. semideos ... reges ait, 1070 quia filii ⟨deum et⟩ regum omnes fuerunt qui in illa naui impositi sunt. Thessala autem pinus Argo, quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. Peliae igitur, Neptuni filio, a sortibus praeceptum erat: cum Neptuno sacrificaret et aliquis nudo pede superuenisset, tunc ei mortem 1075 appropinquare. is ergo cum annua sacra faceret Neptuno, Iason, Aesonis filius, cum uenisset ad flumen, in limo unum ei calciamentum adhaesit. ille, ut celerius ueniret, neglexit. cum superuenisset sacrificio, Pelias aspexit et memor sortium iussit eum arietis pellem inauratam a 1080 Colchis petere a rege Aeeta. qui conuocata Graecorum nobilium iuuentute Colchos profectus est.

520–521 (NEC ME VENTVRA LOCVTO / SAEPIVS IN DVBIIS) AVDITVS IASONE MOPSVS Mopsus, Apollinis et Mantus filius, amicitia Iasoni fida coniunctus, diuinandi peritus. 1085 ait ergo nunc Melampus: non plus me auditus est Mopsus imminentibus cladibus, cum ego futura praedicerem. in tantum enim magnus fuit Mopsus in augurandi peritia ut post mortem ei templa dicata sint, a quorum adytis saepe homines responsa accipiunt. 1090

523 QVAMQVAM MAIORA PARANTVR id est: maiora uideo quam timemus. Lucanus ⟨I 635⟩: 'sed uenient maiora metu'.

1071 deum et *inserui* || **1081** Aeeta *Jahnke*, oeta ω || **1084** Mantus *Jahnke ex Myth. II 86 224*, imantis ω || **1088** magnus fuit Mopsus **MBπ**, mopsus magnus fuit **fV**, magnus fuit **E**[1]**m**

526 STRYMONIA (...ARCTO) Strymon fluuius est Thraciae.
1095 est autem in septentrione. ut ⟨Aen. X 265⟩ 'Strymoniae dant signa grues'.

527 (FECVNDA ... PLACIDI) CLEMENTIA NILI quia ibi nunquam frigus est. ut Lucanus ⟨X 165⟩: 'nunquam fugiente rosa'.

1100 **528** HAC RERE ⟨IN⟩ IMAGINE THEBAS in hac imagine finge Thebas esse.

⟨**529–530** NAM SESE IMMOTI GYRO ATQVE IN PACE SILENTES / CEV MVRIS VALLOQVE TENENT⟩ reddit causas, cur pro Thebis accipi debeant cygni: quia, ut Thebani muris, illi
1105 se gyro uallabant.

532 ARMIGERAS (SVMMI IOVIS) significat aquilas, quae in tutela sunt Iouis.

533 (INACHII SINT HI TIBI) CONCIPE REGES finge has, inquit, tibi Argiuorum reges, quia septem reges contra The-
1110 bas conspirauerunt.

534 NIVEI GREGIS cygnorum scilicet.

536–537 (CERNIS INEXPERTO RORANTES SANGVINE VENTOS) / ET PLVMIS STILLARE DIEM quia excussae in congressu plumae mixtae sanguine ex aere cadunt. ut Vergi-
1115 lius ⟨Aen. XI 724⟩: 'tunc cruor euulsae labuntur ab aethere pennae'.

1100 HAC **M**^{pc}**mVQ**, HAS **M**^{ac}**fBπ** | IN *inseruit Mombritius* | finge **fVQ** *Lindenbrog*, finxit **M**, fingit **E**^{1}**mBKAψ**, -unt **Fp** *Mombritius* ‖ **1102–1103** NAM ... TENENT *inserui* ‖ **1108** has **E**^{1}**B Kπ**, hos **m**, bis **V**, *om.* **Mf** ‖ **1115** tunc] tum *Vergilius* | euulsae] et uulsae *Vergilius* ‖ **1116** pennae] plumae *Vergilius*

539 (HIC EXCELSA PETENS) SVBITA FACE SOLIS INARSIT omnes aquilae, quas pro septem ducibus interpretatur, eo genere periturae sunt ut ipsos duces exitium manet, ut docebimus, Capaneus fulmine. ideo dixit face inarsit quod ausus sit dei contemptu arma tollere, et cum in altum sustollitur contra fas, fulminatus decidit ⟨X 827 sqq.⟩. [ut Vergilius ⟨Aen. VI 16⟩: 'insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos'.] 1120

540–541 ILLVM VESTIGIA ADORTVM / (MAIORVM VOLVCRVM TENERAE DEPONITIS ALAE) Parthenopaeum significat, qui puerili aetate maiora uiribus suis temptando confossus est ⟨IX 841 sqq.⟩. 1125

542 HIC HOSTI IMPLICITVS (PARITER RVIT) Polynicen significat, qui fratri morienti implicitus fuit ⟨XI 497 sqq.⟩. 1130

542–543 HVNC FVGA RETRO / (VOLVIT AGENS SOCIAE LINQVENTEM FATA CATERVAE) Adrastum dicit, quia solus euasit. ut Vergilius ⟨Aen. VI 480⟩: 'et Adrasti pallentis imago' id est timore fugientis.

544 HIC NIMBO GLOMERATVS OBIT Hippomedontem significat fluminis periturum esse uertigine ⟨IX 316 sqq.⟩. 1135

544–545 HIC PRAEPETE VIVA / (PASCITVR IMMORIENS) Tydeum dicit, qui interfectoris sui Melanippi oblato sibi ca-

1119 exitium] exitum **VO**, excium **AF**^{ac}**p** || **1120** Capaneus] *sc. periturus est? an* Capaneum*?* | fulmine] flumine **M**^{ac}**K** || **1121** dei] diei **fmV** || **1123–1124** ut ... Arctos *seclusi* || **1124** ad *om.* **MAF**^{ac}**p** || **1127** confossus E[1] (*ex* -os, *ut uidetur*) **mBKQb** (*ex uel in* confessus) *Mombritius*, -fusus **M**, -fessus **f**π || **1129** HOSTI] -E **M**^{ac}**V** | Polynicen] -em **MmB** || **1138** Melanippi *Jahnke*, menalippi **ω**

pite cerebrum eius, dum moreretur, absorbuit ⟨VIII
1140 716 sqq.⟩.

546–547 QVID FVRTIM INLACRIMAS (ILLVM VENERANDE MELAMPV / QVI CADIT AGNOSCO) Amphiaraus Melampo dicit: 'quid fles, quia uides me moriturum? augurium cadentis cygni mihi finem uitae portendere ego cognosco'.
1145 notandum quia uocatiuum Melampu dixit.

549 TERROR HABET VATES qui non tantum uidisse se crederent, sed fuisse perpessos.

549–550 PIGET (IRRVPISSE VOLANTVM / CONCILIA) piget eos exauditos fuisse, quos utique pigere debuisset, si eos au-
1150 guria fefellissent. sed quia mala compererant, piget irrupisse uolantum concilia.

551 AVDITIQVE (ODERE DEOS) declamatio e contrario.

551–553 VNDE ISTE PER ORBEM / (PRIMVS VENTVRI MISERIS ANIMANTIBVS AEGER / CREVIT AMOR) *διαπόρησις* poetica.
1155 quaerit enim, unde prius hominibus studium augurandi uel uaticinandi uenerit. ut Lucanus ⟨II 4–5⟩:

'cur hanc tibi, rector Olympi,
sollicitis uisum mortalibus addere curam?'

555 ERVIMVS QVAE PRIMA DIES (VBI TERMINVS AEVI) id est:
1160 de secretis elicimus, quae dies mundi aut natalis aut finis sit.

556 QVID BONVS ILLE (DEVM GENITOR) secundum mathematicos, apud quos dicitur Colopeus.

1145 Melampu] -um **fK** || **1151** concilia **M²m** *Mombritius*, -io **fBVAFpb^pc G**, -silio **M^ac Qψ** || **1154** *διαπόρησις*] diaforesis **ω** || **1156–1158** ut Lucanus ... curam *post* contrario (**1152**) *in* **ω** *ad locum restitui* || **1163** Colopeus] *ignotus*: Caelopeus *Mombritius*

558 ASTRORVMQVE VICES † matheseos †, ubi sit luna uel quo signo, uel quae astra significent. NVMERATAQVE SE- 1165
MINA LVNAE si semina, propter spumam magicae artis, si semita, propter obliquum circulum quo cursus exercet. numerata autem, quia per numerum dierum flammarum suarum augmenta detrimentaque recipit.

559 THESSALICVMQVE NEFAS artem magicam dicit, qua ca- 1170
dauera cogit futura praedicere.

559–561 AT NON PRIOR AVREVS ILLE / (SANGVIS AVVM SCOPVLISQVE SATAE VEL ROBORE GENTES / MENTIBVS HIS VSAE) ⟨scopulisque satae vel robore gentes⟩ non ut antiqui aureo saeculo fuerunt. sicut Vergilius ⟨Aen. 1175
VIII 315⟩: 'gensque uirum truncis et duro robore nati'. ad hoc Saturnum expulsum et aureis saeculis ⟨dicitur⟩ praefuisse. ut est ⟨Aen. VIII 324–325⟩:

'aurea quae perhibent illo sub rege fuere
saecula'. 1180

SCOPVLISQVE SATAE huius fabulae quod argumentum sit, accipe. Iuppiter, cum uideret humanum genus relicta innocentia uitiis se dedisse, emendaturus publica⟨m⟩ mortalitatis peste⟨m⟩ etiam periculo naturae diluuio, effusione imbrium terras operuit atque ita uniuersum genus 1185
hominum deleuit. in communi ruina habuit reuerentiam pietas. Deucalion namque et Pyrrha, fratres idemque con-

1164 matheseos *obelis distinxi*; *cf. schol. ad III 295* || **1167** quo **fVO** *Lindenbrog*, qua **ME**[1]**mBKπ** || **1170** qua] quia **Mπ** || **1176** nati] nata *Vergilius* || **1177** hos *scripsi*, hoc **ω** | dicitur *inserui* || **1183–1184** publica⟨m⟩ … peste⟨m⟩ *corr. Lindenbrog* (puplica **MV**) || **1184** diluuio] -i(i) **fπ** || **12186** communi **fmV B**[pc]**O**[pc], -e **MBπ**

iuges, cum illibata san⟨ct⟩itate meruissent numinum misericordiam, nauicula uecti Delphos impositi ⟨sunt⟩
1190 ibique Themi⟨di⟩s, quae oraculo praeerat, audierunt responsum: ita posse reparari humanum genus, si ossa matris post terga iactarent. obscurata ueritas errore fuit, usque dum prudentia melior oraculo fieret. intellexerunt enim 'matrem' terram significare quippe rerum omnium
1195 genitricem, ossa uero eius lapides. unde Vergilius ⟨georg. I 62⟩: 'Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem'. itaque saxa post terga iacta mirumque dictu homines nati, atque ita solitudinem orbis repleuit ingenium et pietas. – diluuium uero hoc quod dicitur, falsissimum est. nam
1200 usque nunc duret et mundus omnis tectus sit undis. fama cataclysmi inanis est nec fieri potuit, sed mystice per fabulam figuratum est, quia, ut diximus, genus mortalium uitia aeque ⟨et⟩ ignauia inuasit. dicit autem ⟨uu. 559 sqq.⟩ antiquis ista requirendi curam penitus non
1205 fuisse. [VEL ROBORE GENTES ut Vergilius ⟨Aen. VIII 315⟩: 'gensque uirum truncis et duro robore nata'.]

562–563 QVID CRASTINA VOLVERET AETAS / (SCIRE NEFAS HOMINI) Horatius ⟨carm. I 9,13⟩: 'quid sit futurum cras, fuge quaerere'.

1188 san⟨ct⟩itate **Qvek** *Lindenbrog* || **1189** sunt *inser.* **fV** *Mombritius* || **1190** Themi⟨di⟩s *corr.* **Q** *Lindenbrog* || **1194** significare **m**[ac]**Qe** *Mombritius*, -ri **ω** || **1197** iacta] iactata **fmV** || **1200** duret *scripsi*, -at **ω** | sit *scripsi*, est **ω** || **1202** diximus **M**, -i **fmb**[pc]**Re**, -it **π** || **1203** uitia *Mombritius* (in uitia **vek**), inincia (*corr. in* inscicia)**M**, ininscia **f**, inicia **mAψ**, amentia **Q**, mitia **Fp**, iniuria *Jahnke* | aeque ⟨et⟩ *scripsi*, eque **MmAψ**, atque **fQ Fp** *Mombritius* | ignauia] *sc. de rebus futuris timiditas* | inuasit **π**, inusit **M** (*corr. in* iuusit (?)) **fm** || **1205–1206** VEL ... nata *seclusi* || **1209** fuge] -ere **M**[ac]**m**

565 ET NVLLA MODESTIA VOTI quia illicita semper optamus. 1210

566 DAMNATAQVE ... SERTA absoluta. Vergilius ⟨ecl. V 80⟩: 'damnabis tu quoque uotis' id est persolues.

568–569 (IAM BELLA TVBAEQVE / COMMINVS ABSENTESQVE FREMVNT) SVB PECTORE THEBAE quae futura sunt aliis, 1215 sunt praesentia sacerdoti.

573 TE PVDOR ET CVRAE (RETINENT PER RVRA MELAMPV) erat enim et augur et medicus. [ut Vergilius ⟨georg. III 550⟩: 'Amythaoniusque Melampus']

575–577 (ET IAM SVPREMA TONANTIS / IVSSA FREMVNT 1220 AGROSQVE VIRIS) ANNOSAQVE VASTANT / (OPPIDA) id est: quae iussa sunt, implere festinant cupiditate pugnandi.

582 TVNC FESSA PVTRI RVBIGINE (PILA) Lucanus ⟨I 243⟩: 'et scabros nigrae morsu rubiginis enses'.

⟨**587–588** ALII CORTYNIA LENTANT / CORNVA⟩ Vergilius 1225 ⟨Aen. XII 88–89⟩:

'simul aptat habendo
ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae'.

CORTYNIA Cretensia. ut Lucanus ⟨VI 214–215⟩:

'Cortynis arundo 1230
tenditur in Scaeuam'.

588–589 (IAM FALCES AVIDIS ET ARATRA CAMINIS / RASTRAQVE ET INCVRVI SAEVVM) RVBVERE LIGONES naturam ignis expressit, quae facit ferrum rubescere.

1218 medicus] *e* CVRAE *male intellecto* || 1218–1219 ut ... Melampus *seclusi* || 1224 rubiginis] ro- fA || 1225 ALII ... CORNVA *scripsi pro* PECTORIBVS TEMPTARE (*u. 587*) *in* ω || 1225–1228 ALII ... cristae] *Lactantius, si ita sit,* cornua *uno uel altero loco male intellexit* || 1225 ut *inser. ante Vergilius* Kφ

1235 **590–591** (CAEDERE NEC VALIDAS) SANCTIS A STIRPIBVS H(ASTAS) / (NEC PVDOR) non pudebat illos de sacris lucis praefixisse lanceis hastilia. ut Vergilius ⟨Aen. XII 770–771⟩:
'sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
1240 ⟨sustulerant⟩'.

594–597 (VBI TEMPTAT / ENCELADVS MVTARE LATVS SUPER IGNEVS ANTRIS / MONS TONANT EXVNDANT APICES FLVCTVSQVE PELORVS) / CONTRAHIT tanta saxa de uertice ab Encelado uolui dicit ut mare fieri possit angustum
1245 quod Italiam a Sicilia separat. ut Lucanus ⟨III 63⟩: 'ne rupti repetant confinia montes'.

⟨**602** DIV TVTO SVPERVM CONTEMPTOR⟩ qui idcirco diu tutus fuerit quod ei supremus dies seruabatur in Thebas.

603 LARGVSQVE ANIMAE ut Horatius ⟨carm. I 12,37–38⟩:
1250 'animaeque
prodigum Paulum'.
MODO SVASERIT IRA qui, si iratus esset, posset uitam summa felicitate contemnere. ut Vergilius ⟨Aen. IX 205⟩: 'est hic, est animus lucis contemptor'.

1235 A] E **mV** *Lindenbrog* || **1236** H(ASTAS)] huius **M**, h. **f**, hoc **KAFp**, id est **V**, *om.* **E**[1]**mB**, (= h. **ω**), hoc est **Qψ** *Jahnke*, hic *Mombritius* || **1240** sustulerant *inserui* || **1244** Encelado **(Q)F(c?)O** *Lindenbrog* (enchelando *Mombritius*), enchelade **ω** | possit] -et **fBV** || **1246** *post* montes **π**, *post* Thebas (**1248**) **V** (*cum lemmate* ET SPECTAT TELLVS (*u. 597*)) *inser.* nam olim (*om.* nam olim **V**) ut dicit (*om.* dicit **V**) Sallustius, Italiae Siciliam ... relidit (= *Seru. Aen. III 414*), *quod seclusit Jahnke* || **1247** DIV ... CONTEMPTOR *scripsi pro* ET AEQVI IMPATIENS (*uu. 602–603*) *in* **ω** || **1250** animaeque] -aeque magna *Horatius* || **1252** qui si **mπ**, quasi **MfE**[1]**B KVt**, quod si **Fp** *Mombritius*

604 (VNVS VT E SILVIS PHOLOES) HABITATOR OPACAE utique 1255
Centaurus. ut Vergilius ⟨Aen. VII 674–675⟩:
'ecce duo nubigenae cum uertice montis ab alto
descendunt Centauri'.
PHOLOES mons Thessaliae.

⟨**605** INTER ET AETNAEOS AEQVVS CONSVRGERE FRATRES⟩ 1260
talis ergo erat quales Gigantes aliquando fuerunt. magnitudinem eius [ex] Gigantibus comparauit id est Cyclopibus, ⟨eos⟩ de locis quibus fuerunt notans. ut Vergilius ⟨Aen. III 677–678⟩:
'cernimus 1265
Aetnaeos ⟨fratres⟩'.

607 (QVAE TANTA) IGNAVIA [CLAMAT] Vergilius ⟨Aen. XI 733⟩: 'quae tanta animis ignauia uenit?'

609 VNĪVS secutus auctoritatem Vergilii dactylum posuit unius. ut ⟨Aen. I 41⟩ 'unius ob noxam'. 1270

613 (MVGIAT) INSANO PENITVS SECLVSVS IN ANTRO ut est ⟨Aen. VI 99⟩: 'horrendas canit ambages antroque remugit'.

615–616 (VIRTVS) MIHI NVMEN ET ENSIS / (QVEM TENEO) totum Vergiliane de Capaneo ponit. ait enim ille ⟨Aen. 1275
X 773⟩: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.

1257 ecce] ceu *Vergilius* || **1260** INTER ... FRATRES *inserui*, AETNAEOS FRATRES *ante* ut Vergilius *Kohlmann*, *ante* uti Cyclopes (*proposuit quoque* ut(i) Cyclops) *pro* et Cyclopibus *Klinnert, qui et, codicibus numquam inspectis, haec uerba et* ut Vergilius ... Aetnaeos *ante* PHOLOES *male transposuit* || **1262** ex *om.* fE[1], *seclusi* | id est *scripsi*, et ω || **1263** eos *inserui* || **1266** fratres *inserui* || **1267** CLAMAT *seclusi*

617 (VOLVCRVM) QVAE TANTA POTESTAS quae illi praestatur ut futura cognoscat.

620 OECLIDES Amphiaraum, Oeclei filium, dicit.

1280 **620–623** (ALIO CVRARVM AGITANTE TVMVLTV) / NON EQVIDEM EFFRENO (IVVENIS CLAMORE PROFANI / DICTORVMQVE METV LICET HIC INSANA MINETVR / ELICIOR TENEBRIS) non me timor aut terror furiosi iuuenis de secreto agit ad publicum, sed amor ciuium et cura rei publicae. ordo talis:
1285 non elicior tenebris dictorum metu et iuuenis profani effreno clamore commotus.

623–624 ALIO MIHI DEBITA FATO / (SVMMA DIES) iam coepit pericula sua promere ab exitu suo incohans, quoniam hiatu terrae se cognouerat periturum.

1290 **624** (VETITVMQVE) DARI MORTALIBVS ARMIS id est me occumbere. ac per hoc non timebo Capanei iram, quia ei me non licet occidere.

626 QVOD VLTRA EST quia futurum est, quod ultra praesens tempus est.

1295 **632** (NVLLA) OMINA CVRAE non timori sunt uobis deorum responsa, quia improspera sunt?

633–634 QVID ME PERSEI (SECRETA AD CVLMINA MONTIS / IRE GRADV TREPIDO) Aphesantem significat montem, in quo auguria captauerant. de hoc enim Perseus primum
1300 uolauit, quando ad caput Gorgonae auferendum profectus est. dicit ergo nunc Amphiaraus: si hoc facturi eratis,

1279 Amphiaraum] amphiarum **M** (*corr. in* amphiorarum) **AFp** || **1283–1284** ad publicum *Lindenbrog*, ac -o **ω** || **1285–1286** effreno *Mombritius*, effero **ω** || **1295** OMINA **Bvek** *Ven. 1494 Lindenbrog*, OMNIA **MfVπ** *Mombritius*

quod furor suadet, cur me augurandi causa sollicite misistis ad montem?

637 CONSVLTI (TESTOR PENETRALIA MVNDI) id est: quae oracula petendo consului. 1305

641 VIDI HOMINVM (DIVVMQVE METVS) manifestus iam metus est. DIVVM quare? aut propter Venerem aut Iunonem, quarum altera Thebanis, altera timebat Argiuis. an omnium, quia Capaneus animos erat elaturus in caelum? ut Lucanus ⟨frg. II, 1 Hosius⟩ Iliacon: 'atque Helenae ti- 1310 muisse deos'.

642 (ET LACHESIN PVTRI VACVANTEM SAECVLA) PENSO id est cito hominum fata rumpentem. ut Lucanus ⟨III 19⟩: 'lassant rumpentes stamina Parcae'.

643 DEVS (ECCE FVRENTIBVS OBSTAT) ⟨deus⟩ id est Phoe- 1315 bus, qui incensis uobis ardore[m] bellandi opponit augurium.

645 (DIRI ...) NOVALIA CADMI Thebanos campos significat, quibus olim seminante Cadmo dentes draconis seges nata est armatorum. proprie ergo dixit noualia aruorum loca 1320 quae annis singulis situ seruantur ad semina iacienda. Vergilius ⟨ecl. I 70⟩: 'impius haec tam culta noualia m(iles) h(abebit)?'

1306 DIVVMQVE METVS *inserui cum* **B**, *quo in loco* hominum *iterant* **fmBKVAψ** || **1310** Iliacon] Heliacon *Vnger 1858, fortasse recte* || **1310–1311** atque Helenae timuisse] atque Helena extimuisse, '*alii fortasse* adque Helenam *malent*' *Vnger 1858* || **1315–1316** Phoebus] -i **Kπ** || **1316** incensis **K** *Lindenbrog*, -us **ω** | ardore[m] *corr.* **E**[1]**K** *Lindenbrog* || **1320** aruorum **Ke**, arborum **ω**, agrorum **Q** *Kohlmann*

647 IBIMVS id est in bellum. mire et hoc uult futurorum
1325 necessitate compleri, ne quid furori suo Capaneus assignet.

648–649 (TVVS O FVROR AVGVR) ET VNI / ISTA TIBI ista quae praedicis tibi soli contingant. ut Vergilius ⟨Aen. XI 399–400⟩:
1330 'capiti cane talia, demens,
Dardanio'.

650–651 ET TVA NON VNQVAM (TYRRHENVS TEMPORA CIRCVM / CLANGOR EAT) proueniat, inquit, tibi ut aures tuas nunquam tubarum sonitus irrumpat clangor.

1335 **656** (I SIDONIOS) LEGATVS AD HOSTES repete regnum Polynicis.

657 HAEC [PACEM] ... SERTA quae Amphiaraus gerebat in capite.

657–659 (TVA PRORSVS INANI / VERBA POLO CAVSAS) ABS-
1340 TRVSAQVE MOMINA RERVM / (ELICIVNT) ut sacrilegus dicit, quia quaecumque eueniunt mundi uertigine, non numinum dispositionibus, fiunt. ELICIVNT reuera quicquid loqueris fatum est, aut tuo arbitrio fata disponis.

659–660 MISERET SVPERVM (SI CARMINA CVRAE / HVMA-
1345 NAEQVE PRECES) totum hoc secundum Epicurum dicit poeta. ait enim Lucretius ⟨II 646–648, 651⟩:
'omnis enim diuum per se natura necesse est

1337 PACEM *seclusi* || **1340** MOMINA *Schindel cum Baehrens*, SEMINA ω || **1342** fiunt *Mombritius* (*quam ueram lectionem iudicauit A. Klotz p. 513*), fiat ω, -ant **KQFbvek** *Jahnke* || **1347** diuum per se] per se diuom *Lucretius*

immortali aeuo summa cum pace fruatur,
semota a nostris rebus ⟨se⟩iunctaque longe:
.... 1350
nec bene promeritis capitur nec tangitur ira'.
ut Vergilius ⟨Aen. IV 379–380⟩:
'scilicet is superis labor est, ea cura quietos
sollicitat'.
miseri, inquit, dii sunt, si tuis precibus mouentur ad prae- 1355
dicenda futura mortalibus.

661 PRIMVS IN ORBE DEOS FECIT TIMOR negat deos ulla re alia celebrari nisi timore mortalium. ut Lucanus ⟨I 486⟩: 'quae finxere, timent' et Petronius Arbiter istum secutus ⟨frg. XXVII 1 Mueller⟩: 'primus in orbe deos fecit timor'. 1360

663 (HOSTILEM ISMENON) GALEIS (DIRCENQVE BIBEMVS) poculum enim militis galea est. ut Lucanus ⟨IX 509–510⟩:
'sic concitus ira
excussit galeam, suffecitque omnibus unda'. 1365

665 VENTISQVE quia solent augures uentorum flatibus futura cognoscere.

666 (BELLORVM) PROFERRE DIEM dilationem bello dare. ut Terentius ⟨Andr. 328–329⟩:
'saltem aliquot ad 1370
proferendum proficiscar dies'.

1348 pace **fKvek** *Lucretius*, prece **MmBVπ** | *uerba* cum pace (*uel* prece) summa *in ordine proferunt* s. c. p. *Lucretius*, c. p. s. **Mf mBπ**, c. s. p. **KVe** || **1349** seiunctaque **KO**pc *Lucretius*, iunctaque (*uel* uinctaque: *uerba minime inter se in codicibus distingui possunt*) **ω** || **1357–1358** re alia] alia re **fmV** || **1368** BELLORVM *inserui cum* **m** || **1370–1371** ad proferendum] dies profer dum *Terentius* || **1371** proficiscar] -or *Terentius* | dies] aliquo *Terentius*

669 INSANIRE MANV furere manibus, bellare, non ut tu uaticinationibus furis.

669–670 (RVRSVS) FRAGOR (INTONAT INGENS / HOR-
1375 TANTVM) populi clamor hortantis, ut Capanei sententiam sequerentur. sic Lucanus ⟨I 387–388⟩:

'elatasque alte, quaecumque ad bella uocaret,
promisere manus'.

671–672 (VT RAPIDVS TORRENS ANIMOS CVI VERNA MINIS-
1380 TRANT) / FLAMINA (ET EXVTI CONCRETO FRIGORE MONTES) nam Fauonii flatu solutae niues addunt fluminibus incrementa. ut Lucanus ⟨V 465–466⟩:

'at Genusum nunc sole niues, nunc imbre solutae
praecipitant'.

1385 CONCRETO FRIGORE definitio niuis: quid est nix? – concretum frigus.

678–679 (AT GEMITVS ARGIA VIRI) NON AMPLIVS AEQVO / CORDE FERENS id est: ulterius aequo corde mariti gemitus ferre non potuit Argia, caritatis affectione deuincta.

1390 **681** ET FLETV SIGNATA GENAS nam quaedam uia apparet lacrimarum in plangentis facie et ⟨in⟩ maestorum uultibus orbitam suam tristitia dereli⟨n⟩quit.

682–683 PARVVMQVE SVB VBERE C(ARO) / (THESSANDRVM PORTABAT AVO) Vergilius ⟨Aen. II 320–321⟩:

1395 'paruumque nepotem
ipse trahit'.

1380 FLAMINA *π*, FLVMINA **MfmV** || **1385–1386** definitio ... frigus] *nota figuram ἐπεξήγησις* || **1389** caritatis *scripsi,* castitatis **ω** || **1391** in *inser. Lindenbrog,* e *Mombritius* || **1392** dereli⟨n⟩quit *corr.* **KVFRO** *Mombritius*

[THESSANDRVM hoc est ⟨Aen. II 261⟩ 'Thessandrus Sthenelusque duces', Polynicis et Capanei filii.]

683 IAM NOCTE (SVPREMA) id est in fine constituta, cum explicatur a n t e n o u o s o r t u s ⟨u. 684⟩ id est ante aduentum diei. 1400

684–685 (VBI SOLA SVPERSTITE PLAVSTRO / ARCTOS) AD OCEANVM (FVGIENTIBVS INVIDET ASTRIS) quia Arctos Oceano non mergitur positione cursus sphaerae circularis. ⟨Hom. Od. V 275:⟩ *οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.* sed fabulas quae in Septentrionem sunt fictae a Graecis contra ueri propositum disseramus. Callisto, Lycaonis Arcadiae regis filiam, in comitatu Dianae Iuppiter cum uidisset, in amorem eius incidit nactusque a reliquis segregatam nymphis, in Dianam mutatus seductamque compressit et grauidam fecit. cuius cum crimen crescens uterus proderet, indignata Diana comitatu suo eam reppulit. quae exactis decem mensibus enixa est paruulum, qui Arcas cognominatus est. indignata Iuno, quod paelex sua ex Ioue etiam mater esset, Callisto uertit in ursam. 1405 1410 1415

1397–1398 THESSANDRVM ... filii *seclusi* ‖ **1397** hoc *scripsi cum* **cG**, hic **ω** ‖ **1399** SVPREMA *inser. Mombritius* (NOCTES **V**) ‖ **1405–1406** *οἴη ... Ὠκεανοῖο recognouit Vollmer*, o. (c. **m**) i. e. (*inser.* o. f, a **mπ**) d. o. a. m. o. p. o. (*quam litteram in* **f** *non lego*) e. (c. **mπ**) e. & ia oi (io **M**) poo nox ea noc (nox **f**) **Mfmπ**, *om.* **BV** ‖ **1406** fabulas **B** *Mombritius*, -e **ω** | in Septentrionem] *Graecismus* (*cf. A. Klotz p. 521*). in Septentrionem = *εἰς Ἄρκτον, i. e., de Vrsa* | Septentrionem] septrionem $\mathbf{M}^{ac}$**A**, inscriptione **F**, -em **p** ‖ **1409** nactusque **MfVQFp**$\mathbf{b}^{pc}$**G**, nactus **B**, nanctusque $\mathbf{E}^{1}$**mAc**, nā iupr̄ $\mathbf{b}^{ac}$**R**, noctuque *ex* -usque **O**, manentemque **vek** ‖ **1414** Arcas **F** *Lindenbrog*, arctos **ω** | paelex **QFψ** *Mombritius*, pelix **ω** ‖ **1415** Callisto *Lindenbrog*, calyston $\mathbf{M}^{pc}\mathbf{E}^{1}$**mψ**, calypson $\mathbf{M}^{ac}$**BA** (*ex* -onum) **Fp**, Calystonem **Qb** *Mombritius*

cuius filius Arcas cum esset in adultam perductus aetatem, imprudens in matrem incidit ursamque credens misso telo eam perimere uoluit. non sustinuit Iuppiter ignorantem parricidium perpetrare statimque eos inter si-
1420 dera rettulit. ille Arcturus et alio nomine Arctophylax uocatur, illa *ἄρκτος μείζων*, Latine 'Septentrio Maior' appellatur. quod signum loco non mouetur neque mergitur. Tethys enim, uxor Oceani, nutrix Iunonis fuit, quae propter affectum nutritae eam prohibet in Oceanum cadere.
1425 unde Vergilius ⟨georg. I 246⟩: 'Arctos Oceani metuentes aequore tingui'.

687–689 (CVR TVA CVM LACRIMIS MAESTO SINE CONIVGE SVPPLEX) / LIMINA NOCTE PETAM (CESSEM LICET IPSA PROFARI / SCIS GENITOR) intellegis, pater, causa[m] esse mariti
1430 uxoris lacrimas, etsi lingua ⟨Lucr. VI 1149⟩ mei animi non sit interpres.

689 (IVRA ...) GENIALIA coniugalia. uiris enim genius conuenit, mulieribus Iuno: sed bene uxor super coniugis iurauerit partes.

693–694 (NON SI MIHI) TIGRIDIS HORROR / (AEQVORE-
1435 AEQVE SVPER RIGEANT PRAECORDIA CAVTES) totum Vergiliane amantis expressit affectum. Dido enim, ut Aeneae exprobraret duritiam cordis, ait ⟨Aen. IV 366–367⟩:

1419 statimque **M**[pc], statim **M**[ac]**fE**[1]**mBAFp**, et statim **Vψ**, sed statim **Q** || **1424** prohibet **Q** *Mombritius*, -eret **ME**[1]**AFp**, -uit **mψ** (quae ... cadere *om.* **fV**) || **1428** PETAM] po&am **Mf** || **1429** causa[m] *corr. Jahnke* (mariti causa esse *proposuit Jahnke*) || **1430** lingua ... animi ... interpres] animi interpres ... lingua *Lucretius, ut recognouit A. Klotz p. 515* || **1432** GENIALIA] GENITALIA **mBbR** *Mombritius* | genius *scripsi*, genitalia **ω**, genialia *Buecheler* || **1432–1434** uiris ... Iuno *et* sed ... partes *transposui* || **1432–1433** conuenit *proposuit Jahnke*, -iunt **ω** || **1434** iurauerit] *sc. si* GENITALIA *legas?* || **1437** exprobraret] -probaret **M**[ac]**Bπ**

'sed duris genuit te Caucasus horrens
cautibus ⟨Hyrcanaeque admorunt ubera tigres⟩'.

697–698 (ATQVE HANC PATER) ASPICE PROLEM / (EXSVLIS 1440
HVIC OLIM GENERIS PVDOR) Thessandrum dicit, qui pa-
tie[ba]tur pudoris ignominiam si dicatur exsulis filius.
Vergilius ⟨Aen. X 851–852⟩:
'idem ego, nate, tuum uiolaui crimine nomen,
pulsus ob inuidiam regno'. 1445

700 QVEM DIXIT APOLLO id est quem oracula tibi generum
per portenta dixerant.

701–703 NON EGOMET (TACITOS VENERIS FVRATA CALO-
RES / CVLPATAMVE FACEM TVA IVSSA VERENDA TVOSQVE /
DILEXI MONITVS) id est: non cum furtiuo amore et culpa- 1450
bili Polynicen dilexi, sed, ut exsul⟨i nuber⟩em, tuis prae-
ceptis parui et, ut maritum amarem, tuis monitis parui.

705 QVANTVS AMOR (... MISERO NVPSISSE MARITO) Luca-
nus ⟨VII 75–76⟩:
'non legum iura nec arma, 1455
unica materia est coniunx miser'.
nam maritum affectio commendat. si sit miser, auget mi-
sericordia caritatem.

707 (VT TIMEAM DOLEAMQVE) ROGO peto ut concedas quod
proficiscente marito dolebo, quod pugnante timebo. 1460

1438–1439 Caucasus horrens cautibus] cautibus horrens Caucasus *Vergilius* || **1439** Hyrcanaeque ... tigres *inser. Jahnke* (*litteris tantum primis* **vek**) || **1441–1442** patie[ba]tur *corr. Lindenbrog* || **1444** uiolaui] maculaui *Vergilius* || **1445** regno] solio *Vergilius* || **1451** Polynicen] -em **m** (**B**: -picem) **VQFψ** | exsul⟨i nuber⟩em *corr.* π *Mombritius Jahnke* || **1457–1458** misericordia *Lindenbrog*, -ae ω

714–716 SED MIHI MVLTA DEI (... / ... MVLTA METVS REGNIQVE VOLVBILE PONDVS / SVBICIVNT ANIMO) ordo: sed mihi multa dei ⟨metus⟩ regnique pondus subiciunt animo.

1465 **716–717** (VENIET QVI DEBITVS ISTIS) / NATA MODVS eleganter religiosus pater sollicitae filiae belli pollicetur effectum.

718–719 NEV SINT DISPENDIA IVSTAE) / DVRA MORAE neu damnum putes utiles moras. ipsa enim tarditate bello pro-
1470 ficitur. ut Lucanus ⟨frg. (incert. sed.) V 2 Hosius⟩: 'saepe mora melior'.

1461–1462 REGNIQVE VOLVBILE PONDVS *inser. iam Mombritius* || **1463** metus *inserui* || **1464** animo **VO**^{pc} *Mombritius*, -um **ω** || **1466–1467** effectum] af- **Vπ** || **1468** neu *scripsi*, nec **Mm**, ne **fB Vπ** || **1469–1470** proficitur **fmBV**^{pc}**φO**, -ficiscitur **MV**^{ac}**tψ**, perficitur *Mombritius*

LIBER IV

Continet hic liber Bellonam iacientem hastam ad initium belli et persuadentem pugnam, sacrificium Iouis et in ipso omen aduersum, ad bellum euntium planctum suorum. dehinc catalogus de his qui uenerunt in auxi- 5 lium Adrasti, et singulorum nomina ducum. prima descriptio Adrasti, secunda Polynicis generi eius, tertia Tydei eiusdem generi, quarta Hippomedontis, quinta Capanei, sexta Amphiarai descriptio euntis ad bellum prodente coniuge et accipiente ornatus ab Argia, septima 10 Parthenopaei euntis ad bellum inscia matre. matris aduentus et allocutio eius dissuadentis eum a pugna. dehinc a Thebis praeparatio Eteoclis contra fratrem. aduersa monstra. furoris correptio Iocastae decurrentis in monte et allocutio eius uaticinantis futura. extractio um- 15 brae Laii et eius umbrae uaticinatio futuri mali. iter Graeci exercitus euntis Thebas. Liberi patris descriptio cum omni choro et eius allocutio pro Thebis, cum exercitum Graeciae uideret Thebas petere. preces eius apud Nymphas ut cuncta siccarent et euntibus Graecis siti 20 exhaustis potum fontis negarent. Nympharum uiscera in terram redacta. remotio Argiuorum. sitis descriptio. Adrasti allocutio ad Hypsipylen, nutricem Archemori, filii Lycurgi. Hypsipyles responsio et demonstratio fontis Langiae. descriptio exercitus ad aquam festinantis. 25

2 iacientem] iace- M^{ac}**AFpcG**O^{ac} || 15 monte] -em M^{pc}**VQO**

1–2 TERTIVS (HORRENTEM ZEPHYRIS LAXAVERAT ANNVM) / PHOEBVS id est tertius annus ex emisso pacto fratrum. primus enim fuit, quo imperauit Eteocles, secundus, quo conuentus est a Tydeo ut redderet regnum – qui annus
30 itu ac reditu Tydei consumptus est – tertius, a quo incipitur bellum. HORRENTEM ... ANNVM hieme asperum uel horridum frigore. annum ergo pro parte anni, per quem 'hiemem' poeta significat. ZEPHYRIS LAXAVERAT eleganter, quia hieme liquentia solidantur. ut Vergilius ⟨georg.
35 IV 35–36⟩:

'nam frigore mella
cogit hiems eademque calor liquefacta remittit'.

item ⟨georg. III 364⟩: 'caeduntque securibus humida uina'. quae omnia resoluit uerna temperies. ut Vergilius
40 ⟨georg. I 44⟩: 'et Zephyro putris se gleba resoluit'.

2–3 (ANGVSTVM COGEBAT) LIMITE VERNO / (LONGIVS IRE DIEM) tempore utique uerno, quo imminutis noctibus dies sumit augmentum.

45 **3–4** (CVM) FRACTA IMPVLSAQVE FATIS / (CONSILIA) quia contra consilium Adrasti indictum est bellum. ⟨FRACTA IMPVLSAQVE FATIS⟩ uoluntate Fatorum fracta id est disrupta et ab ancipiti cogitatione abscissa et destinata ad indictionem belli. ideo subiunxit impulsaque Fatis.
50 iam enim disrupta facile ad bellandum Fatis impelli potuerunt.

29–30 qui annus itu *Jahnke*, qui agnotus **Mm**, quo anno iter **f**, quia notus **K**, quo anno itus *Lindenbrog* (*om.* qui ... est **E**[1]**B Vπ**) || **32–33** annum ... significat *post* temperies (39) *in* **ω** *ad locum restituit Jakobi* || **39** quem **Fp** *Jahnke*, quam **ω** || **45** CVM *inser. iam Mombritius* || **46–47** FRACTA ... FATIS *inserui*

4 (TANDEM) MISERI (DATA COPIA BELLI) utrisque – scilicet fratribus – infeliciter exstitit causa bellandi, quos pactos infelicior habuit imperandi condicio.

5–6 PRIMA (MANV RVTILAM DE VERTICE LARISSAEO / 55 OSTENDIT) BELLONA (FACEM) aut quae prima bellum coeperit ante Martem, aut prima domina proeliorum. RVTILAM splendentem. DE VERTICE LARISSAEO de arce ciuitatis Argiuae.

6–7 TRABALEM / HASTAM ingentem. congrue inde hastam 60 dixit emissam, unde bellum ueniebat ad Thebas.

8 (AONIAE CELSO STETIT AGGERE) DIRCES ⟨Dirce⟩ nomen Thebani fontis a reginae uocabulo nuncupatum. et modo poetice dixit, neque enim poterat hasta de uertice Larissaeo (u. 5) usque ad Thebas ire. 65

9–10 (FERROQVE AVROQVE) CORVSCIS / ... VIRIS splendidis Argiuorum ducibus id est ferri ⟨aurique⟩ nitore fulgentibus.

11 PLAVDIT EQVOS plausibus excitat.

13 DICTA DIES ADERAT aposiopesis. subaudimus uero 'coe- 70 tibus' aut 'sacrificiis' aut quibuslibet rebus. ⟨DICTA⟩ supra dicta.

14–15 (NVLLISQVE SECVNDVS IN EXTIS / PALLET ET ARMATIS) SIMVLAT SPERARE (SACERDOS) cum metu futuri mali sacerdos ipse palleret, populis tamen propitios deos esse 75 fingebat, ne animus uirorum fortium minueretur. quia,

53 pactos *scripsi*, natos ω || 56 quae M^{pc} (*ex* qui) f, quod E^1m BKVπ || 67 aurique *inserui* || 71 DICTA *inserui*

ne armati aduersum omen accipiant, prospera pro terribilibus nuntiat.

19 TRISTE nomen pro aduerbio, ut si dicatur 'tristiter'.

80 **19–20** (CVNCTIS DEPENDET AB ARMIS) / SVSPIRANDA DOMVS domus pro 'familia', suspiranda pro 'desiderabili' posuit. id est: omnes armati domus suae dulcedine tangebantur.

21 DEDVCERE CONOS inclinare apices galearum.

85 **26** HAERET AMICA MANVS in ancipiti pietas constituta, quid potius faceret, ignorabat.

27 (MANANTESQVE OCVLOS) HINC OSCVLA TVRBANT per oscula fletus fiebat qui turbabat oculos.

31 (NOTA PVPPIM) DE RVPE SALVTANT uale illis dicunt et ut
90 bene nauigent optant. est ergo 'salutare' etiam abeuntibus uale dicere. NOTA cum ab ea domum rediens salutaretur.

32–33 NVNC MIHI FAMA PRIOR (MVNDIQVE ARCANA VETVSTAS / CVI MEMINISSE DVCVM VITASQVE EXTENDERE CVRAE)
95 ideo ista numina inuocantur, quia nullum bellum Thebano antiquius fuit. ut Lucanus ⟨IV 654⟩: 'hinc aeui ueteris ⟨custos⟩, famosa uetustas'. hic ergo inuocatio est Famae ac Vetustatis: o Fama, cui cura est meminisse uirorum fortium uitas, ne obliuione sopiantur.

81 domus **fKO**[2] *u. l. in marg.*, -um **MmVπ** || 91–92 lacum (*uel* sał cum) (*pro* NOTA) … salutaretur *post* optant *in* **MfK** (*om.* **E**[1]**mBVπ**) *emendaui et ad locum restitui* || **91** NOTA *scripsi*, la- **Mf**, sał **K** (*ex quo Sallustii frg. hist. V 26* Maurenbrecher confectum est!*) | ea *scripsi*, eo **MfK** || **97** custos *inseruit Jahnke*

34–35 TVQVE O NEMORIS (REGINA SONORI / CALLIOPE) nemoris Pindi uel Parnassi, unde uox funditur Pieridum. 100

37 SVBLATA MOLIRE LYRA heroicum iam ardorem innectens ⟨non⟩ remissa lyra commemora[ta].

37–38 (NEQVE ENIM ALTIOR VLLI) / MENS HAVSTO DE FONTE VENIT quia illic tu donas eloquia. 105

39 PONDERE CVRARVM magnitudine sollicitudinum. ⟨PROPIORQVE ABEVNTIBVS ANNIS⟩ circa finem uitae iam positus.

40 VIX SPONTE uel quod senectutis tardaretur incommodo uel quod ad bellum ire cogebatur inuitus. 110

40–41 (INCEDIT ...) CONTENTVS FERRO (CINGI LATVS) gladio tantummodo incedebat praecinctus aut propter senectutem, ne armis grauaretur, aut propter potestatem, quae munimini eius poterat sola sufficere.

43 LVCTATVR ARION hic Arion natus est Neptuni munere 115 et Terrae, equus nimiae uelocitatis, quem nunc Adrastus curru iunctum ducebat ad bellum. alii dicunt filium ipsius Neptunum Pelopi donasse, a Pelope ad Adrastum ... cum igitur usque adhuc ignotus esset equorum cursus mortalibus et horum animalium natura egeret terra, Nep- 120 tunus, remediaturus humanos successus ingenio ac potentia, in Thessalia terram tridente percussit, subitoque mi-

103 non *inserui* | commemora[ta] *corr.* φ (commemorat **KV** *Mombritius*) || **107** PROPIORQVE ... ANNIS *putauit inserendum Jahnke* || **117** curru] -ui **fVQvek** *Mombritius* || **118** *post* Adrastum *lacunam posui*, uenisse *inser.* **Q** *Lindenbrog*, Adrasto *pro* ad Adrastum *Mombritius* (*legendum sit* Pelopem Adrasto*?*) || **119** usque *post* cursus *in* ω *ad locum restitui* || **122** tridente (M^{pc}?)E^{1}**BV**π, -em **MfmWek**

rum dictu solo prosiluerunt duo equi, Scyphos et Arion. inde optimae naturae equi Thessalici per orbem feruntur.

125 **44** HVIC propter hunc: ⟨ut⟩ ⟨Aen. XII 488⟩ 'huic Messapus, uti laeua duo forte gerebat'. PROSYMNA ciuitas Argiuorum.

45 (PECOROSAQVE) PYLOS Arcadiae est regio quam Graeci Phigaliam uocant, quam p e c o r o s a m ferunt quod egregio abundet pecore, unde fuit Nestor. hinc Persius
130 ⟨III 9⟩: 'findor, ut Arcadiae pecuaria rudere dicas'.

46–47 (QVAEQVE PAVET LONGA SPVMANTEM VALLE) CHARADRON / (NERIS) ⟨N e r i s⟩ ciuitas Peloponnensis quae Charadro fluuio iracunde teritur.

47 ⟨INGENTI TVRRITAE MOLE CLEONAE⟩ montis nomen Ar-
135 giui, ut ait Callimachus.

48 [CLEONAE] ET LACEDAEMONIVM THYRE L(ECTVRA) C(RVOREM) historia talis est: Thyre ciuitas est [ciuitas] Laconiae

123 Scyphos] Scitius *Myth. Vat. II 119*, Scinthius *Myth. Vat. III 5, 4* || 125 ut *inser. ante* huic **mψ**, uirḡ, **K**, ut uirgilius **Q** || 127 PYLOS *scripsi*, philos **mVψ**, philus **MfBA**(F^2?), PHYLLOS *Jahnke, iam Mombritius.* PHILVS *Mueller in ed. Stat.: quodcumque scripserit Statius, satis constat Lactantium nostrum eam cum Pӯlo Nestoris confudisse* (*cf. Strabo. 8.3.3 et 8.3.26, qui de Pylo Arcadico id est Triphylio mentionem facit*) || 129 unde fuit Nestor *ueri simile interpolatum esse credidit A. Klotz p. 495* || 132 NERIS *ut lemma recognouit, non* CHARADRON, *Breese p. 104, iam Barth* || 134 INGENTI ... CLEONAE *scripsi pro* NERIS (*u. 47*), *quod non recto loco esse iudicauit Breese p. 104* (*iam Barth Nerin non montem esse cognouit*) *in* **ω** (*falso* NERIS = *Callim. frg. 684 Pfeiffer*) | montis nomen] nomen montis **E^{1}V** || 136 CLEONAE *seclusi* | L.] I. **MfW**, E. **π** || 137 est^2 **M** (*del.*) **fVQ**, *om.* **E^{2}mBWπ** || 137–138 ciuitas^2 ... regionis *post* CLEONAE (136) *in* **ω** *ad locum restitui* || 137 ciuitas^2 *seclusi* | Laconiae *scripsi*, arcadiae **ω** (*ex contextu*)

in confinio et Argiuae regionis. hic populi duo quondam inter se bello dissentientes, Lacedaemones et Argiui. [sed] Lacedaemoniis dux Othryades, cum eius exercitus iam 140 prope uictor esset, ⟨et⟩ tamen graui uulnere iaceret, excepto – antequam totam animam exhalaret – sanguine, trophaea iussit attolli, quibus digito sanguine oblito ter hoc scripsit: *κατὰ Ἀργείων κατὰ Ἀργείων* ⟨*κατὰ Ἀργείων*⟩. ⟨propter⟩ hoc dixit Lacedaemonium Thyre 145 lectura cruorem, siue quia apud Lacedaemonios uerberum et plagarum habebatur certamen.

49 MEMORES (TRANSMISSI AB ORIGINE REGIS) qui haberent memoriam generis, quia Adrasto longa affinitate iunguntur. 150

50 QVI DREPANI SCOPVLOS Corinthi Drepanon dicit, non Siciliae. OLIVIFERAE SICYONIS Corinthi municipium oliuis fertile. unde Vergilius ⟨georg. II 519⟩: 'teritur Sicyonia baca trapetis'. hanc autem primum Adrastus ciuitatem regnando possedit, ut ipse in secundo libro 155 ⟨uu. 179–180⟩ testatur dicens:

> 'quis te solio Sicyonis auitae
> excisum infrenos componere legibus Argos'.

138 et] *del.* **MA**,. *om.* **mQψ** | hic *scripsi*, huius **ω** || 139 sed *seclusi* || **140** Lacedaemoniis] -us **fV**, -ius **E**^{2} | Othryades *Lindenbrog*, theriades **ω** || **141** et *inserui*, ipse tamen *uel* tametsi *pro* tamen *Jahnke* || **144–145** *κατὰ Ἀργείων bis uel ter scriptum Kohlmann 1876*⟩, *ter ego*, kata (cata **E**^{2}**B**) apatrone (aptrone **E**^{2}**mBπ**) piata APGION (arg- **E**^{2}**B**) **ω** || **145** propter *inserui*, est quod *post* hoc *Mombritius* (propter hoc … cruorem *inser. quoque post* certamen **fVπ** || **151** Drepanon **c** (-um **QRvek**) *Jahnke*, -en **ω** || **154–155** primum Adrastus ciuitatem] ciuitatem primum adrastus **E**^{1}**V** || **158** excisum] -tum **M**^{pc}**K** *Statius*

51–52 (QVOS PIGRA VADO) STAGILLA TACENTI / (LAMBIT) id
160 est quos Stagilla palus lambit.

52 (ANFRACTV RIPARVM INCVRVVS) ELISSOS flumen Achai-
cae regionis. hunc Graeci ita uocant, tractum nomen a
flexibus.

⟨**53–55** STYGIAS LVSTRARE SEVERIS / EVMENIDAS PERHI-
165 BETVR AQVIS HVC MERGERE SVETAE / ORA ET ANHELANTES
POTO PHLEGETHONTE CERASTAS⟩ qui fertur ex Cocyto
fluuio inferorum undarum augmenta percipere, uel in
isto dicuntur Furiae fessas siti animare serpentes.

56–57 SEV TECTA MYCENIS / (IMPIA) propter fratrum dis-
170 cordias et parricidiales epulas et fugam Solis. unde Vergi-
lius ⟨Aen. I 568⟩: 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit
ab urbe'.

59 (INOAS) EPHYRE (SOLATA QVERELAS) ipsa est quae Co-
rinthos [quae Dyrrachium], in qua mater Palaemonis coli-
175 tur. huic templum ciuitas prima Ephyre dedit, quia de
Sciradibus petris se Ino, uxor Athamantis, praecipitauit
in mare. et cum corpus filii Melicertis Corinthum fuisset

159 STAGILLA **M**^{ac}**π**, langia **M**^{pc}**Fb**^{pc}, slangia **f**, langilla **p** (strangilla **P** *Statii*) || **160** Stagilla **M**^{ac}**Kπ**, langia **M**^{pc}**mb**^{pc}, slangia **f** || **161–162** Achaicae *scripsi*, atticae **ω** || **162–163** a flexibus] *sc. a uerbo εἴλω* || **164–166** STYGIAS ... CERASTAS *inserui* || **169** fratrum] *sc. Atrei et Thyestis* || **170** parricidiales **Mf** *Mombritius*, -dales **E**^{1}**mBKVπ** || **173–174** Corinthos *Jahnke, iam Mombritius*, -on **ω** || **174** quae Dyrrachium *seclusi*: *Dyrrachium Corinthi coloniam fuisse cum uerbis* Ephyraea ... moenia *Lucanus VI 17 mentionem facit*, sicut Epidamnos eadem *post* Corinthos *male suppleuit A. Klotz p. 502* || **175** Ephyre **O** *Lindenbrog*, -a **ω** || **176** Sciradibus] Scironibus *Maass 1903* || **177** Melicertis **M**^{ac}**mVπ**, -i **M**^{pc}**cRO**, -ae **E**^{2}**BQGvek** *Mombritius*

appulsum, de habitu contemplati regis fuisse filium humauerunt. cui humato institutum fertur lustrale certamen quod Isthmicum uocant. ut quidam uolunt, ita solata est Ephyre matris querelas. [est autem Corinthi ciuitas. unde Vergilius ⟨georg. II 465⟩: 'Ephyreaque aera' hoc est Corinthia.] 180

60 CENCHREAEQVE (MANVS) Cenchreae portus est Corinthi. 185

60–61 (VATVM QVA CONSCIVS AMNIS) / GORGONEO PERCVSSVS EQVO equo Pegaso, cuius ungula percussus locus fontem effudit qui Hippocrene[s] dicitur. hoc enim fonte qui labra proluerit, poeta fiet. ideo uatum ... conscium dicit. Pegasus autem, Neptuni et Medusae Gorgonae filius, uolare solitus, cum uenisset in montem Heliconem, qui est in Boeotia, ungula locum quem percusserat, fontem inde excussit. hunc dicit seruare uatibus carmina. unde Persius ⟨prol. 1⟩: 'nec fonte labra prolui caballino'. 190

61–62 (QVAQVE OBIACET ALTO) / ISTHMOS (ET A TERRIS MARIA INCLINATA REPELLIT) ⟨Isthmos⟩ terra siue mons qui Aegaeum mare diuidit ab Ionio. ideo autem dixit maria inclinata repellit, quod Achaiam, in qua pater regnauit Pelops, duo maria circumdant, adeo ut insulam faciant nisi utrumque pelagus obiectus Isthmos interiaceret. Lucanus ⟨I 101⟩: 'gracilis mare separat Isthmos'. 195 200

179 institutum] institum **M**^{ac}**A**^{ac}**b** (**R**: -sci-) | lustrale **E**^{2}**mBπ**, -are **MfV** || 180 Isthmicum *Mombritius* (isthmium **Q**), stimicum **ω** || 181–183 est ... Corinthia *seclusi* || 184 Cenchreae *scripsi*, -eus **ω** *edd.* || 186 GORGONEO] COR- **Mf**(**A**^{ac}?) || 188 Hippocrene[s] *corr. Jahnke* || 191 Heliconem] -en **fE**^{1}**m** || 192 locum] -o **fV** || 193 hunc *scripsi*, hoc **ω** *edd.* (quem **Q**)

64–66 (PARS) GAESA (MANV PARS ROBORA FLAMMIS / INDVRATA DIV NON VNVS NAMQVE MANIPLIS / MORS) NEQVE SANGVIS (HABENT) ⟨gaesa⟩ tela Gallica. ut Vergilius
205 ⟨Aen. VIII 661–662⟩:

'duo quisque Alpina coruscat
gaesa manu'.

(ROBORA) FLAMMIS / (INDVRATA DIV) ut ⟨Aen. VII 506⟩: 'hic torre armatus obusto'. – [NEQVE SANGVIS] ordo: alii
210 gaesa, alii robora flammis indurata pro telis habent. nam quia non ipsis unus sanguis aut origo fuit, ideo dissimilia arma gestabant.

73 (INGENTES) PLAGARVM IN PECTORE NODOS signa praeteritarum uirtutum. id est cui praestant priora uulnera dig-
215 nitatem.

74–75 DIRCAEVS ... / ... GENER Polynices, de fonte Boeotiae sic uocatus, qui ex Dircaeo funere, cuius corpus quod taurus traxit iuxta eum inuentum est, inde nomen accepit. Polynicen ergo Dircaeum appellat.

220 ⟨**75–76** CVI COMMODAT IRAS / CVNCTA COHORS⟩ ideoque propter quem ab omnibus prodiebatur ad bellum.

77–79 (SEV QVOS MOVET EXSVL ET HAESIT / TRISTIBVS) AVCTA FIDES (SEV QVIS MVTARE POTENTES / PRAECIPVVM) in quibus haec est fides aucta calamitatibus, quia misericor-

202 PARS[1] *inser. Mombritius* || **209** NEQVE SANGVIS *seclusi* || **210** gaesa] cesa (**M**^{ac}?)**E**^{2}**B** || **217–218** quod taurus traxit *post* iuxta eum *in* ω *ad locum restitui* || **220** CVI ... COHORS *inserui* | ideoque **M** (*del.* **M**^{2}) **fQ**, id est **K**, ideo **VA**ψ, *om.* **Fp** || **221** propter quem ab omnibus] quem ab omnibus propter **M** (*litteris ad uerba transponenda superpositis*) **A**ψ

dia commoti sunt, siue quibus praecipuum erat potentes 225
mutare.

80–81 (DEDERAT NEC NON SOCER IPSE REGENDAS) / AEGION ARENENQVE ciuitates Arcadiae quas regendas Polynici genero quasi dotalis familiae Adrastus dederat, ne exsul regnare desuesceret aut certe ne sentiret exilium. 230
THESEIA TROEZEN Thessaliae ciuitas, quam Theseiam dixit quod Theseus Troezen⟨i⟩ae ciuitatis iter obsessum a latronibus liberum praestitisset, uel quia Theseus ⟨Aegei et⟩ Aethrae filius in hac urbe natus est.

84 DEBITVS HOSPES fatalis: responso Apollinis debitus. 235

85 TVLIT aut detulit aut gessit.

87 SPHINX ideo dicta est quod quaestionibus ita constringeret homines ut se expedire non possent. nam Graece *σφίγγειν* 'constringere' dicitur uel 'uinculum', quod illa propositis suis quasi uinculis colligaret omnium mentes, 240
[uel] praeter Oedipoden patrem, cuius labor Sphinx est.

91–92 (HAEC MENTEM OCVLOSQVE REDVCIT / CONIVGIS ET DVLCES AVERTIT) PECTORE THEBAS a cupiditate Thebarum solo coniugis reuocatur affectu.

94–96 (IAM LAETVS ET) INTEGER ARTVS / (VT PRIMAE STRE- 245
PVERE TVBAE CEV LVBRICVS ALTA / ANGVIS HVMO VERNI

231 Thessaliae] *immo, ut uidetur, Argolidos uel Argolica* (*ex contextu corruptum*) || 232 Troezen⟨i⟩ae *correxi* || 233–234 Aegei et *inserui* || 234 Aethrae *Lindenbrog*, eatrę **ω** || 239 *σφίγγειν* **O** *Lindenbrog*, spin **ME¹K**, spingin **f**, spinx **π**, *om. Mombritius* || 239–240 illa propositis suis quasi uinculis (*uel* propositis suis quasi uinculis illa *?*) *scripsi*, quasi propositis suis illa uinculis **ω** || 240 propositis **Kπ**, -posti **M**, -is **f** || 241 uel *seclusi* || 245 ET *inseruit iam Mombritius*

BLANDA AD SPIRAMINA SOLIS) integros artus habens post uulnerum curationem. dicit ergo Tydeum audito tubarum strepitu nondum curatis uulneribus tamquam integro cor-
250 pore ad bellum prodiisse, cuius arma uti uerno tempore anguis lubricus splendore radiabant.

97–98 (LIBER SENIO ET) SQVALENTIBVS ANNIS / (EXVTVS) quia deposita pelle dicuntur serpentes in iuuentutem redire. herba quaedam dicitur marathros, quam cum come-
255 derint, senium deponunt aetatis.

100 (PRIMO) SICCAVERIT ORA (VENENO) id est: in se exhauserit uenena serpentis.

102 SENSIT SCOPVLOSA PYLENE ⟨sensit⟩ detrimenta cultorum. PYLENE ciuitas Aetoliae.

260 **103** (FLETAQVE COGNATIS AVIBVS) MELEAGRIA PLEVRON ciuitas Aetoliae, ut Homerus ait ⟨Il. II 639⟩, in qua Meleagri sorores, dum fratrem flerent, in aues uersae sunt quae hodie 'meleagrides' uocantur. causa enim haec illis fletus fuit, cum Althaea, mater Meleagri, titionem fata-
265 lem combureret, dum uindictam Plexippi et Agenoris quaerit, quos Meleager occiderat. quo facto ipsa post tantum nefas merito laqueo uitam finiuit exosa lucis. secuta est luctum alia calamitas. namque Meleagri germanae in tantum fratrem fleuerunt ut deorum misericordia in aues
270 uerterentur.

254 marathros **E**[1]**B** (*leg.* -trhos) **KV** *Lindenbrog*, marabtros **M**, nuratros **f**, meracos **m**[2], matros **π** (-trhos **A**) || **258–259** detrimenta cultorum] *sc. ex numero minore cultorum intellexit bellum adesse* || **261** Aetoliae *scripsi* (*cf. ad II 727*), beotię **ω**, (ut Homerus) in Boeotia *A. Klotz pp. 518–519* || **265** Plexippi *Jahnke, iam Mombritius*, pleusippie (*om.* et) **Mπ**, pleusippi **fVQFR**, pleuxipi **b**

104–105 (QVAE IOVE PROVOCET IDEN) / OLENOS Arcadiae ciuitas, in qua Iouem Amalthea capra dicitur nutriisse, quae in cultu[m] Iouis Idam prouocat, montem Cretae in quo Iuppiter colitur. contendit autem ut Iouem suum alumnum uindicet. 275

106–107 (HERCULEA) TVRPATVS (GYMNADE VVLTVS / AMNIS) palaestri⟨ca⟩ arte superatus, ut Ouidius ait ⟨met. IX initio⟩. qui autem uerius, hunc dicunt fluuium ante inuium ab Hercule in fossam deductum uires amisisse. ut Lucanus ait ⟨IV 142–143⟩: 280

'et scisso gurgite riuus
dat poenas maioris aquae'.

Achelous autem fluuius Deianiram, Oenei regis Aetoliae filiam, in coniugium petiit, cum eo tempore praedictam etiam Hercules postularet. accepta lege ab Oeneo ut, qui 285 uirtute superasset, ipse eam acciperet, congressi in certamine, cum uinceretur Achelous, mutatus est initio in iuuenem, mox in draconem, tertio in taurum, nouissime in fluuium, qui per Aetoliam fluens labitur in Acarna-

271 Arcadiae] *eadem confusio inuenitur ad III 251 VI 423. hic autem ab eo quod Olenon Aetoliae fuisse ciuitatem ex contextu manifestissimum est, scholium interpolatum esse suspexi, et fortasse illa ad III 25 VI 423, quae scholiis ad I 401–402 II 541 IV 785 male conueniunt* || 273 cultu[m] *corr. Vollmer* || 277 palaestri⟨ca⟩ *scripsi*, palaestrae **Rvek** *Mombritius* || 281 riuus] -is **Vπ** *Lucanus?* || 283 Achelous] acheleus **M**^ac^**f**, accle **A**, acele **ψ** | Deianiram] -neram **MA** | Oenei] oynei **MfAFce**, ynei **p** || 285 Oeneo] oyneo **Mf**, eyneo **φ** || 288–289 nouissime in *om.* **Vπ** (*om.* taurum **π**) || 289 qui] quod **M**^ac^**f** || 289–290 Acarnaniam *scripsi*, arcadiam **ω**

290 niam. sed uictum Acheloum Hercules truncauit cornu, quod Nymphis consecrasse dicitur, Fortuna [est] ⟨Cornu⟩-copiam fecisse.

107–109 (ADHVC IMIS VIX TRVNCAM ATTOLLERE FRONTEM / AVSVS AQVIS GLAVCOQVE CAPVT SVBMERSVS IN ANTRO / 295 MAERET ANHELANTES) AEGRESCVNT (PVLVERE RIPAE) dicitur Achelous duobus alueis fluxisse, cui Hercules unum clausit. ideoque dicitur cornu truncatus. hoc etiam sciens poeta [aliud agens] occulte tetigit dicens: anhelantes

290 *post* arcadiam *sequitur in* **Vπ**: ad ultimum conuertit se (conuersus est **vek**) in taurum. Hercules autem (*om.* autem **V**) dicens se etiam (etiam se **ve**, autem se **k**) tauros domuisse, cornu illius fregit, quod descendens ad inferos Cerberum rapturus secum tulit (se contulit **ψ**, *corr.* **b**^pc^**Rve**^pc^**k**). illud (illud postea **V**) Nymphae omnibus (omnibus Nymphae **ψ**) repleuerunt datumque est Copiae, quae est ministra Fortunae. unde in Boethio (Horatio **b**, *coni. Schottky* ⟨*carm. saec. 59–60*⟩) legitur ⟨*de cons. II, 2, u. 6*⟩: 'pleno Copia cornu'. hoc ideo fingitur, quoniam Fortuna ditissima est omnium et diuites (**VF**, dites **π**) multos fecit. cum pleno cornu (cornu dicit **V**) quoniam (*inser.* Fortuna **V**) sicut cornu (*om.* quoniam ... cornu **ek**) carnem (carmen **b**^ac^**Rvek**) extulerat (extuberat **V**, exuberat *Mombritius*, ex(s)uperat **b**^pc^, *coni. Jahnke*) et supercrescit, ita et (*om.* et **Qψ**) diuitiae foris stipant hominem. in cornu etiam uirtus est animalium, et Fortunae uires (*om.* uires **vek**) in diuitiis sunt, quibus multos ad se pertrahit (pro- **bR**, con- **vek**), *quod Jahnke seclusit* || **290–291** sed ... dicitur **MfE**¹, *om.* **Vπ** *Mombritius* || **290** cornu] 'um **E**¹ || **291** Nymphis **M**² *Funiaoli p. 497*, nympham **ME**¹, nymban **f** || **291–292** Fortuna ... fecisse **Mf**, *om.* **E**¹**Vπ** *Mombritius* | est *inser. post* fortuna **M** (*del.*) **f**, *om. Funaioli, seclusi* | c̄ *inser. post* cornu *super lin.* **M**² | ⟨Cornu⟩ copiam *scripsi ex Funaioli*, cupium **M** (*sequitur rasura unius uel duarum litterarum*) **f** || **298** aliud agens *seclusi*

aegrescunt puluere ripae. maerentem ergo 'tristem' dixit. 300

111 PATRIVS (STAT CASSIDE MAVORS) etenim ex Marte Oeneus dicitur natus, ex Oeneo Tydeus. sic enim in primo ⟨uu. 464–465⟩:

'et Marti non degenerare paterno
aspicies'. 305

quod alii [quasi] referunt ad uirtutem. ut Vergilius ⟨Aen. IX 685⟩: 'et Mauortius Haemon', non Martis filius, sed qui uirtute polleret.

116 MAIOR AT INDE (NOVIS IT DORICVS ORDO SVB ARMIS) transitus ad Hippomedontem. magna arte et uarietate sermonis primo copia, deinde describitur dux. 310

[**117** LYRCIE fluuius est Aetoliae.]

119 INACHE fluuius est maximus in Graecia, cuius Io filia a Ioue compressa in uaccam mutata est. unde Vergilius ⟨Aen. VII 789⟩: 'at leuem clipeum sublatis cornibus Io'. 315

119–120 PERSĒA ... / ... HVMO Argiua, ubi Perseus regnauit. Persēa ergo principale pro deriuatiuo 'Perseia', unde et longam posuit 'se'.

299–300 maerentem ... dixit] *locus suspectus, contra morem Lactantii scriptus* || **301** STAT *suppleu.* **π** *Mombritius* | etenim *om.* **fπ** || **301–302** Oeneus **QF**^{pc}**b**^{pc}**v** (*u. l. superscr.*) **ek** *Mombritius*, oyneus **M**^{pc}**f**, yneus **M**^{ac}**π**, eyneus **KGO**, oenus **V** || **302** Oeneo **VQF**^{pc}**bve(k)** *Mombritius*, ineo (*uel* y-) **Mπ**, oyneo **fF**^{ac}, eyneo **K** || **306** quod alii **M**^{pc} (*corr. per litteras ad transponenda uerba superpositas secunda, ut uidetur, manu*) **V**, *proposuit Jahnke*, alii quod **ω**, alii *Mombritius* | quasi *seclusi* || **310** et **M** (*super lineas*) **B** *Lindenbrog*, *om.* **fKVπ** || **312** LYRCIE ... Aetoliae *seclusi*

120 CVM TAVRVM AVT PLIADAS (HAVSIT AQVOSAS) quorum
320 ortu pluuiae immensae funduntur. et optime tempus excepit, nam aestate torrente degenerat. ideo tempus adiecit quo undarum sumit augmentum, cum signa sunt pluuialia, quae illum mouent.

121 GENERO TVMVIT IOVE id est gloriatur quod cum eius
325 filia Io concubuerit Iuppiter. tum⟨uit⟩ ergo elatus est.

122 DRYOPVMQVE (TRAHENS ERASINVS ARISTAS) Dryops et Icadius duo de finibus dum contenderent, Hercule iudice, terminos ceperunt ...

123 (RVRA ...) EPIDAVRIA ⟨Epidaurus⟩ ciuitas Argiuorum,
330 ubi Aesculapius colitur, equorum fertilitate gratissima. unde Vergilius ⟨georg. III 44⟩: 'domitrixque Epidaurus equorum'.

123–124 (DEXTER IACCHO / COLLIS AT) AETNAEAE CERERI (NEGAT) ⟨Aetnaeae Cereri⟩ Siculae Proserpinae.
335 ostendit supra dictum collem aptum uinetis esse, frugibus infecundum.

125 PYLOS NELEIA Pylos a Neleo, patre Nestoris, nuncupata Neleia.

126–127 (NONDVM NOTA PYLOS IVVENISQVE) AETATE SECVN-
340 DA / (NESTOR) ⟨nondum nota Pylos⟩ quia nondum militauerat Nestor. multumque ipsa nouitate declarauit.

322 sunt **MFpO**, sint **fKVπ** || **325** tum⟨uit⟩ *proposuit Jahnke*, cum **ω** || **328** terminos] *sc. Parnassi montis et Delphorum; cf. Strabo. 8.6.13 et Cornif. Long. de etym. deor. frg. 4 (Gramm. Rom. Frg. I, 475 Funaioli) apud Seru. Aen. III 332)* | *lacunam post* ceperunt *posui* || **329** Epidaurus *inserui* || **337** Pylos **fmπ**, *om.* **M**(E[1]) **KV** || **340** nondum nota Pylos *inserui* || **341** declarauit *Lindenbrog*, declamauit **ω**

nam prima aetas triginta annorum est, secunda sexaginta. nam Nestorem constat tertia aetate ad bellum uenisse Troianum. ideo adhuc iuuenem aetate secunda dixit, quia postmodum militauit. 345

130 LATVS OMNE SVB ARMIS quod latus eius armis tegitur.

⟨**132–133** PERFECTAQVE VIVIT IN AVRO / NOX DANAI⟩ laus operis. [NOX] non nox uiuit, sed quae gesta sunt nocte.

136–137 ILLVM PALLADIA (SONIPES NEMEAEVS AB ARCE / DEVEHIT) Hippomedontem dicit, qui [ab Athenis id est] a 350 Capitolio Mineruae ad bella descendit. (SONIPES ... / ...) ARMA PAVENS id est equus nouus ad bellum. ⟨VMBRAQVE IMMANE VOLANTI⟩ uelocitatis insignis.

138 ATTOLLIT PVLVERE CAMPVM quasi ipse campus assurgat. 355

139–140 VTROQVE ... / PECTORE eleganter utroque, hominis et equi, quod bimembres sunt, id est humano et equino.

141 [PAVET] OSSA [VIAS] mons Thessaliae, in quo et Centauri. 360

142–144 (NON IPSIS FRATRIBVS HORROR / AFVIT INGENTI DONEC) PENEIA (SALTV) / STAGNA (SVBIT) Peneus Thessaliae

346 eius] est **V**π || **347** PERFECTAQVE ... DANAI *scripsi pro* FLAMMEVS (*u. 132*) *in* ω (*iam* VIVIT IN AVRO NOX DANAI *Lindenbrog*, NOX DANAI *Mombritius pro* NOX) || **348** NOX *seclusi* || **350** ab Athenis id est *seclusi* || **351** capitolio Mineruae] *sc. templo Mineruae in arce, i. e. templo in quo Palladium Troiae seruatum credebatur*; *cf. Paus. II 24,4 et Frazer ad loc.* || **353** VMBRAQVE ... VOLANTI *inserui* || **357** sunt **Mf**, sint **mKVQ**, sit π || **359** PAVET, VIAS *seclusi*

fluuius. quasi tam diu timeant, donec ad amnem ille perueniat.

365 **145–146** (QVIS NVMERVM FERRI GENTISQVE ET ROBORA DICTV / AEQVARIT) MORTALE SONANS quod pro meritis militum fortitudines ⟨non⟩ poterint laudare mortales.

146–147 (SVVS EXCIT IN ARMA / ANTIQVAM) TIRYNTHA DEVS Iuppiter mutatus in Amphitryonem Alcaei et Astydamiae 370 filium concubuisse cum Alcmena Electryonis filia dicitur in urbe Tirynthia. unde natus est Hercules, unde et Tirynthius dicitur. de qua Plautus tragicocomoediam dixit.

147–149 (NON FORTIBVS ILLA / INFECVNDA VIRIS FAMAQVE IMMANIS ALVMNI) / DEGENERAT (SED LAPSA SITV FORTVNA) 375 non degenerat a fama Herculis: ipsi quidem fortes sunt, sed aeuo mutata est fortuna ciuitatis.

149–150 (NEQVE ADDVNT) / ROBVR OPES quia non potest fortuna addere uirtutes. sola enim uirtus neque donatur neque accipitur. ut Sallustius ⟨Iug. 1, 3⟩: 'probitatem, in-

366 quod **MmKFpGO** *Mombritius*, quid **Vπ**, quicquid **f** || **367** fortitudines **Fp** *Mombritius*, -is **ω** | non *inser.* **Fp** *Mombritius* || **369** Alcaei et Astydamiae] malchi uates tidaue **M** (*del.* **M**[2]) **π**, *om.* **fE**[1]**m** (*spatio relicto* **m**) **V** *edd.*, Alcaei et Laonom(ae?) *Wilamowitz*; *nomen matris correxi* || **370** filium **Mm** (*del.* **M**[2]**m**) **π**, *om.* **fE**[1]**V** | cum *om.* **M** (*suppleuit super lineam*) **Ac** | Alcmena **mQ** *Mombritius*, -n **M** (-a *suppleuit super lineam*) **AFp**, -ne **fψ**, alcimene **V** || **372** tragicocomoediam] *sc. Amphitruonem* | tragico- **F**[2] (*u. l. in marg.*) **Rvek** *Lindenbrog*, traico **M** (*ex* traitio) **fAcb** (G)(O), traio **m** (trialcodiam **Fp**, trialeodiam *Ven. 1483 1490 pro* tragicocomoediam) || **379–380** industriam] -as **ω**

dustriam, aliasque artis bonas neque dare neque accipere 380
quispiam potest'.

151 MONSTRAT CYCLOPVM DVCTAS SVDORIBVS A(RCES) ductas aedificatas. ut Vergilius ⟨Aen. I 423⟩: 'pars ducere muros'. Cyclopes istius ciuitatis moenia condiderunt, sicut asserunt Graeci. 385

152–153 (DAT TAMEN HAEC IVVENVM TERCENTVM PECTORA VVLGVS) / INNVMERVM BELLO expositio. quid sint ter centum pectora? uulgus innumerum: quia tam fortes erant ut multorum facta fortia sua uirtute pensarent.

154–156 (FLAVAE CAPITI TERGOQVE LEONVM) / EXVVIAE 390 (GENTILIS HONOS ET PINEVS ARMAT / STIPES) bene totum a similitudine Herculis. quemadmodum ille claua, sic isti stipite.

156 (INEXHAVSTIS ARTANTVR) TELA PHARETRIS ita erat pharetra referta sagittis, ut exhauriri non posset. 395

157–158 (HERCVLEVM PAEANA CANVNT VASTATAQVE MONSTRIS) / OMNIA (FRONDOSA LONGVM DEVS AVDIT AB OETA) aut canunt omnia uastata monstris id est purgata, aut certe omnia audit Hercules in frondosa Oeta positus, quae uastata est monstris. in qua etiam concrematus Her- 400 cules eo loci cui Typhrestion nomen est. PAEANA proprie

380 aliasque] atque alias **M**, atque alia **V** | artis] -es **fm**, *om.* **V** | accipere] eripere *Sallustius* || **381** quispiam] cuiquam *Sallustius* || **384** istius ciuitatis **MB**, ciuitatis istius **fmKVπ** || **387** expositio] *an sit* expositio *glossa suppositicia pro* *ἐπεξήγησις?* || **395** exhauriri] -ri **K**pc**AcbO**ac | posset **Qvek** *Lindenbrog*, -it **ω** || **399** positus **Fp** *Mombritius*, -is **ω** || **401** Typhrestion] Tymphrestion *Jahnke* | PAEANA] pean **fA** (*om.* paeana ... canitur **QFpψ**)

paean Apollini canitur. CANUNT ut Vergilius ⟨Aen. VII 698⟩: 'ibant aequati numero regemque canebant'.

159–160 (DAT NEMEA COMITES ET QVAS IN PROELIA VI-
405 RES) / SACRA CLEONAEI (COGVNT VINETA MOLORCHI) ordo: Nemea dat comites, dant et Molorchi uineta. CLEONAEI ⟨Cleonae⟩ ciuitatis nomen est Nemeae siluae uicinae. Herculem eo loco Molorchus accepit hospitio censu pauper, diues affectu. ut ⟨Lucan. IV 612–613⟩:
410 'ille Cleonaei proiecit terga leonis,
Antaeus Libyci'.
ergo cum Hercules ad occidendum leonem isset ab Eurystheo missus, a Molorcho susceptus hospitio est, cuius filium leo interfecerat, didicitque ab eo quemadmodum
415 aduersus ferum coiret. quo superato ludos instituit, quos a loco Nemea appellauit. [igitur: Nemea dat comites, dant et Molorchi ⟨uineta⟩.]

⟨**161** GLORIA NOTA CASAE⟩ quia omnes in clipeorum pictura casam Molorchi et Herculis hospitium auro figuris
420 notantes descripserunt.

164 QVA CVBITI SEDEANT (VESTIGIA TERRA) ⟨sedeant⟩ calcati, pressi sunt. ordo: qua cubiti terra sedeant uesti-

405–407 ordo ... uicina *post* affectu (**409**) *in* ω *ad locum restitui* || **406–407** CLEONAEI ⟨Cleonae⟩ *scripsi, iam* Cleonaei **Qψ** *Jahnke*, -eia ω || **407** uicinae *Lindenbrog*, -a ω || **412** cum **Fp** *Mombritius*, dum ω || **416–417** igitur ... Molorchi *seclusi* || **417** uineta *suppl. Lindenbrog*, munera *Mombritius* || **418** GLORIA NOTA CASAE *inserui* || **419** casam *scripsi*, -um ω | figuris *scripsi*, -as ω || **420** notantes *scripsi cum* **B**, -er ω | descripserunt] desculpserunt *Mombritius* || **421** VESTIGIA TERRA *inseruit Mombritius* || **422** calcati **fBV**, -ę **MKπ**, *om.* **m** | pressi **B**, -e **MKπ**, expressi **fV**, *om.* **M** | sint *scripsi*, sunt **MBKπ**, *om.* **fmV**

gia. cubitum posuit pro loco cubilis. CVBITI [genus] cuius generis sit in Captiuis Plauti ⟨uu. 795–796⟩ lectum est ex persona Ergasili parasiti: 425

'ne quis hac platea negotii conferat quicquam sibi.
nam meus est ballista cubitus, pugnus ⟨catapulta est mihi⟩'.

sedeant autem mire. significat enim factam lacunam terrae Herculis mole. hanc descriptionem poetae pictam 430 ipsius Tirynthe portabat exercitus.

165–166 AT PEDES (ET TOTO DESPECTANS VERTICE BELLVM / ... CAPANEVS) pedes quidem erat Capaneus, sed omnibus eminebat. solent enim equites altiores esse pedestribus. bellum ergo pro bellatoribus posuit. 435

166–168 (QVATTVOR INDOMITIS CAPANEVS EREPTA IVVENCIS / TERGA SVPERQVE RIGENS) INIECTV MOLIS (AENAE / VERSAT ONVS) ostendit multis taurorum coriis, laminis etiam aeneis Capanei clipeum obductum fuisse.

168–169 (SQVALET TRIPLICI RAMOSA CORONA) / HYDRA RECENS (OBITV) ita ueritatem expressit pictura, ut paene recenti obitu Hydra cum suis serpentibus interiret. 440

422–426 CVBITI ... pugnus *post* mole (**429**) *in* ω *ad locum restituit Lindenbrog* ‖ **422** genus *om.* **K** (*in quo loco profert* uero) **Fp** *Mombritius, seclusi* ‖ **424** Ergasili *Lindenbrog*, ergo spli **MFp** (ergo pli **vek**), erga spli **fmKAψ**, *om. Mombritius* ‖ **425** hac (ac ω)] in hac *Plautus* | negotii] -i *Plautus* | sibi] sui *Plautus* ‖ **426** meus] mens ω | cubitus pugnus] pugnus (*uel* -um) cubitus *Plautus* ‖ **426–427** catapulta est mihi *inseruit Lindenbrog e cod. Reg.* ‖ **428** factam lacunam] lacunam factam **E**^{2}**BV** ‖ **429** mole **fBKVQFp** *Mombritius*, -em **MmAψ** ‖ **430** Tirynthe] -os (-e *uel* -ae *ex* poetae ?)*?* ‖ **438** aeneis *scripsi*, ferreis (*ex* ferri (**445**)) ω ‖ **441** obitu **QO**^{pc} *Mombritius*, habitu ω

171 (MORIENS) IGNESCIT [IN AVRO] admouetur ignis uulneri. itaque factum ut non pullularet.

445 **172** (FERRO) CAERVLA LERNA ferri materia facta est caerula.

175 NON MATRIS OPVS non matris manu factum, sed artificum manu fabricatum: quasi imbellibus illa conueniant, quae a femina fabricantur. ut Vergilius ⟨Aen. X 818⟩: 'et
450 tunicam, molli mater quam neuerat auro'. haec ergo thorax [aut ex aere aut] ex ferro facta fuerat, quippe Capanei solius apta uirtutibus.

177 STAT FRONDIBVS (ORBA CVPRESSVS) horret frondibus amputatis hasta et *ὑπερβολικῶς* non hastam nominat, sed
455 cupressum.

178 AMPHIGENIA ciuitas est cuius Homerus ⟨Il. II 593⟩ quoque meminit.

179 PLANAQVE MESSENE non ipsa plana, sed in plana camporum patentia constituta. MESSENE ciuitas prope Py-
460 lum, quam ⟨P⟩amisus amnis interfluit. MONTANA(QVE ... ITHOME) sic Homerus epitheto pari significauit ⟨Il. II 729⟩: *καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.* quod significat montuosa. ⟨ITHOME⟩ ab excessione ueloci securi ...

443 IN AVRO *seclusi* ‖ 447 matris manu **Mf** *Mombritius*, manu matris **E**[1]**bBKVπ** ‖ **450** haec] hic **fV** ‖ **451** aut ex aere aut *seclusi* | facta] -us **fV** ‖ **453** ORBA CVPRESSVS *inser.* **ψ** *Jahnke* ‖ **457** quoque *om.* **Mf** ‖ **459–460** Pylum *Mombritius*, -o **ω** (-on **Qv ek**, -ō **F**) ‖ **460** ⟨P⟩amisus *corr. Kohlmann, iam Barth* | -QVE *inser.* **mV** *Mombritius* ‖ **462** *καὶ ... κλωμακόεσσαν recognouit Wölfflin* ‖ **463** ITHOME *inserui* | ueloci securi *scripsi* (*cf. Paus. IV 13, 6 uel 29, 6*), uelocis cerui **ω** | *lacunam post* securi *posui*

180 (SVMMIS INGESTVM MONTIBVS) AEPY oppidum Messenae dissimile. nam, ut illa in campo posita est, ita hoc in montibus collocatum. 465

181 GETICO ... VATI Thamyrin dicit, quem Musae ingenti liuore commotae caecasse dicuntur.

182 DORION oppidum de quo hic poeta fuit.

183 AONIDAS Musas a montis nomine nuncupatas. 470

183–185 (MVTOS ...) DAMNATVS (IN ANNOS / ORE SIMVL CITHARAQVE ... / CONTICVIT PRAECEPS) ⟨damnatus⟩ caecatus mente, non lumine. [ORE SIMVL] optime poeta Homeri ambiguum uerbum *πηρόν* ⟨Il. II 599⟩ intellexit de hoc ipso, quod accentus commutatione significauit non caecatum, sed eum cuius sit damnatum ingenium ut nec chordarum gloriam nec sonum uocis inferret. 475

186 (INLVSTRES SATYRO PENDENTE) CELAENAS Celaenae Lydorum ciuitas, in cuius antro Marsyas uictus ab Apolline est et supplicio affectus a tortoribus. cuius de sanguine fluuius eius nomine natus est. ut Lucanus asserit ⟨III 207–208⟩: 480

'et rectis descendens Marsya ripis
errantem Maeandron adit'.

est sensus: temeritas Thamyris Marsyae debuit coerceri suppliciis. ut Lucanus ⟨III 206⟩: 'damnatae Phoebo uictore Celaenae'. 485

467 Thamyrin *scripsi*, -um ω, -am A^{pc}c *Jahnke* || **470** Musas ... nuncupatas **mvek** *Mombritius*, -ae ... -ae ω (musas **Qc**) || **473** ORE SIMVL *seclusi* || **474** *πηρόν scripsi*, positum ω

⟨**191** VETITOQVE DOMVS IAM FVLGVRAT AVRO⟩ Alcmaeon hoc monile occisa matre Apollini consecrauit, quod in
490 fontem missum hodieque cerni dicitur, quod si quis manu attrectauerit ⟨et⟩ ostenderit caelo, offendi solem et tempestates oriri. unde Vergilius ⟨Aen. VI 445–446⟩:

'maestamque Eriphylen
crudelis nati monstrantem uulnera cernit'.

495 **193–194** (SED PERFIDA CONIVNX) / DONA VIRO (MVTARE VELIT) de Homero ⟨Od. XI 326–327⟩ transtulit. ita uelit pacisci, ut malit monile habere quam coniugem.

196–198 (NAM REGVM ANIMOS ET PONDERA BELLI) / HAC NVTARE VIDET (PARITER NI PROVIDVS HEROS / MILITET) ui-
500 det Argia belli totius mutari sententiam, si Amphiaraus desit auxiliis.

198 SACROS exsecrandos.

202–203 SAT DVBIVM (COETV SOLANTE TIMOREM / FALLERE ET INCVLTOS ARIS ADVERRERE CRINES) sensus: sufficit ad
505 solacium feminae tali tempore ... orantibus carere. ordo talis est: sat mihi timorem dubium coetu solante fallere hoc est dissimulare.

207 [FORS DEVS] (ARGOLICASQVE HABITV) PRAESTABO MA-

488 VETITOQVE ... AVRO *scripsi pro* AVGVRIS (*u. 188*) *in* ω ‖ **490** missum **fE**[1]**m**[pc]**Qψ** *Mombritius*, -us **Mm**[ac]**BAFp** ‖ **491** attrectauerit] attrac- **Mm** (*ex* -at) | et *inser.* (**B**?)**A**[2]?) *Jahnke* ‖ **505** *lacunam post* tempore *posui* ‖ **508** FORS DEVS *om.* **V**, *seclusi* ‖ **508–509** PRAESTABO MARITAS praecellens superabo *scripsi cum* **V**, (*leg.* m. id est *pro* MARITAS) (*cf.* **K**), praecellens superabo PRAESTABO MARITAS **Mf(m)π** (superabo *del.* **M**, *om.* **m**; m. (*pro* MARITAS) **m**), superabo *super* PRAESTABO **E**[1], precellam *super* PRAESTABO **m**, precellens superabo *super* PRAESTABO **K**

RITAS praecellens superabo. et notandum, cum Sallustius ⟨Cat. 1, 1⟩ dixerit: 'praestare ceteris animalibus'. maritae dicuntur uxores maritis deditae. ut Horatius ⟨epod. VIII 13–14⟩: 510

'nec sit marita, quae rotundioribus
onusta bacis ambulet'.

212 (SCELERVMQVE INGENTIA) SEMINA MOVIT ideo ingentia semina, quia et maritum prodidit ut periret et in se excitauit filium ut fieret parricida. ipseque est correptus insania. 515

214 DISPARE COETV bene dispare. nec enim tanta nobilitas equi ex eadem stirpe equam potuit inuenire. coetu a coeundo dixit in uenerem. 520

⟨**215** CYLLARVS IGNARO ... CASTORE⟩ hunc equum Pollucis dixit Vergilius licentia poetae ⟨georg. III 90⟩: 'Cyllarus et quorum Grai meminere poetae'. hic Castoris est, sed inter amabiles fratres totum decet esse commune. 525

220 (HINC ATQVE) INDE MORAE IACVLIS id est: impeditae et occupatae fuerant manus eius ex iaculis.

222 (CLIPEO) VICTVM PYTHONA CORVSCAT quia uates Apollinis, cui gloria erat serpentem Pythonem occidisse. insigne uiro forti religio fecerat sacerdotis. 530

509 et notandum ... animalibus *post* ambulet (512) *in* ω *ad locum restituit Jakobi* || **519** dispare **ME²B^ac RGvek** *Mombritius*, -i **fKB^pc π** || **520** ex **Mf**, *om.* **E²mBKVπ** || **522** CYLLARVS *inseruit Jahnke*, IGNARO ... CASTORE *ego* || **523–524** licentia poetae Cyllarus **K** (ut uirḡ *post* poete) *Lindenbrog*, cyllarus licentia poetae ω || **528** uates *proposuit Jahnke, iam Barth*, -is ω || **529** cui gloria *proposuit Jahnke*, cui -am *Barth*, tui -am ω | erat serpentem *scripsi*, et -is ω | occidisse *scripsi*, ducit *Barth*, dicit ω | insigne *proposuit Jahnke, iam Barth*, -em ω

223 (APOLLINEAE ...) AMYCLAE Laconicae ciuitas sacra Apollini, in qua Hyacinthus in agone celebratur in honorem pueri regis. qui cum exerceretur disco, repercussus Zephyri uertigine quod sibi Apollinem praetulisset, occi-
535 sus est. cuius sanguis in florem nominis sui uersus est ob memoriae perpetuam dignitatem. ut Vergilius ⟨ecl. III 106–107⟩:

'inscripti nomina regum
nascuntur f(lores)'.

540 **224** (DVBIIS) MALEE (VITATA CARINIS) Maleae, quae propter periculum a nauigantibus circumeuntur. ut Vergilius ⟨Aen. V 193⟩: 'Maleaeque sequacibus undis'. historia autem de hoc monte fertur huiusmodi: Maleus Tuscorum rex, qui tubam primus inuenit. is cum piraticam exerce-
545 ret et mare tempestatibus esset infestum, hunc montem insedit, qui et Apollinem Maleoticum de suo uocabulo et montem ipsum Maleam nominauit. alii dicunt hunc montem Achaiae esse. bene Statius haec dicit auxilia uatem habuisse, quia hi populi deum praecipue uenerantur
550 Apollinem.

225 (PLAVDENTIQVE HABILES) CARYAE (RESONARE DIANAE) Caryae templum est in Laconica Dianae sacrum, quod

532 Hyacinthus] iacinctus **M** (*ex* iacintus) **E**[1]**Ap** || **534** sibi Apollinem *Barth*, se -i **ω** || **539** nascuntur] -antur *Vergilius* || **540** MALEE *scripsi cum* **Fp** (*cf. ad VIII 364–365*), -ẹ -a **ω** - A -e **Q** *Mombritius* | Maleae **Fp** *Mombritius*, -a **ω** || **543** Tuscorum **vek** *Jahnke*, *iam D'Orville*(?), tusculum ω, -anorum **VQ**[ac], -orum **G** *Lindenbrog* || **545** et **V** *Mombritius*, ut **M**[ac]**E**[2]**mBπ**, cum **M**[pc]**f** || 552 Caryae *om.* (**E**[2])**mBV**

etiam Caryatium nominatum est ex hac causa: cum luderent uirgines, meditatus ruinam omnis chorus in arborem nucis fugit et in ramo eius pependit. quam nucem Graeci 555 *καρύαν* uocant. ergo de arbore et templum et dea nomen accepit.

226 (PHARIS) VOLVCRVMQVE PARENS (CYTHEREIA MESSE) et hunc uersum de Homero ⟨Il. II 582⟩ transtulit. uolucrum ergo parens columbarum, unde se probat Cythe- 560 ream esse quia amat aues Veneri consecratas. quae autem causa sit ficta quod Venus columba delectata ⟨sit⟩, talis est: quod Venus et Cupido, cum quodam tempore uoluptatis gratia in quosdam nitentes descendissent campos, lasciua contentione certare coeperunt qui plus sibi gem- 565 mantes colligeret flores. quorum Cupido adiutus mobilitate pennarum, quamquam naturam corporis uolatu superauit, uictus est numero. Peristera enim Nympha subito accurrit et adiuuando Venerem superiorem effecit cum poena sua. Cupido siquidem indignatus mutauit 570 puellam in auem quae a Graecis *περιστερά* appellatur. sed poenam honor minuit. Venus namque, consolatura

553 Caryatium *Jahnke ex Myth. Vat. II 27, iam Loensis Meursius 1619,* car(r)atium **ω** || 556 *καρύαν Jahnke, iam Loensis Meursius 1619,* carram **ω** | templum **fVGO** *Jahnke, iam Meursius 1619,* -o **M**E^2**mBπ** || 562 sit[1]] fuit **M** (sit *superscr. del.*) **m** | sit[2] *inser.* **M** (*superscr. manu, ut uidetur, recentiore*) *Mombritius* || 563 cum **fQ** *Mombritius,* quod **M** (*del.*) **mAFpc**, pro **bRGOvek**, *om.* E^2 || 566 colligeret **Vψ** *Jahnke* (*ex Myth. Vat. I 172 Kulcsár II 33 Bode* (= *44 Kulcsár:* -ent)*?*), -ent **ω** || 566–567 mobilitate M^{pc}**fBb** *Lindenbrog,* no- M^{ac}**QFpψ** *Mombritius,* -em E^2**mVA**G^{ac} || 567 quamquam *scripsi,* postquam **Q** | naturam] matrem *Barth* || 568 uictus M^{ac}**π**, auctus M^{pc} (*manu recentiore?*) **f**E^2**BV** || 572 *post* consolatura *inser.* puella **f**, -am **V**, eam **A**, puellae *Lindenbrog*

[et] innocentis transfigurationem, columbam in tutela sua esse mandauit.

575 **227–228** EVROTAE / (DVRA MANVS) Eurotae cur dixerit, ipse narrauit. iuxta hunc fluuium Lacones uapulando contendunt. gloriosior tamen ille est qui ultra praescriptum numerum plagarum animae non pepercit, quod, cum deuouerit spiritum, publice funeratus capite coronatur. 580 tanta enim crudelitas in hac gente est ut mater lacrimas suas consoletur funere coronato.

⟨**228–230** DEVS IPSE VIROS IN PVLVERE CRVDO / ARCAS ALIT NVDAEQVE MODOS VIRTVTIS ET IRAS / INGENERAT⟩ deum dixit hoc hortari Mercurium quia palaestrarum nu- 585 men est. unde Mercurius ad uirtutem et belli officia studiosus palaestrae est.

231–232 GAVDENT (NATORVM FATA PARENTES / HORTANTVRQVE MORI) quia, cum dimicant, contra uerbera patientiam dicuntur hortari, cum autem ad bellum eunt, arma 590 dant liberis et ha⟨n⟩c hortatione⟨m⟩ subiciunt: 'aut cum his aut supra haec', quod significat uel uictores debere reuerti uel mortuos. unde Lucanus ⟨I 460–461⟩:

'inde ruenti
in ferrum mens prona uiris'.

595 **232–233** (DEFLENT IAMQVE OMNIS EPHEBVM / TVRBA CORONATO CONTENTA EST) FVNERE MATER sensus: omnis qui-

573 et *del.* **M**, *om.* **V** (*om.* et innocentis) **Q** *Lindenbrog, seclusi* || **579** publice] pup- M^{ac}**V** || **582–583** DEVS ... INGENERAT *inserui* || **590** hanc hortationem *Jahnke*, hanc orationem M^{pc} (*ex* hac oratione; *superscr.* hortatione) || **593** ruenti] -di M^{pc} (*manu recentiore*) *Lucanus*

dem turba ephebi lamentantur interitum, mater sola neglegit luctus, quia filius coronatur exstinctus.

236 ET CONO L(EDAEVS) A(PEX) aut ut Castoris pilleus aut Ledaeus olorinus, quia in olorem mutatus Iuppiter cum 600 Leda concubuit. nam hi quoque Lacones fuerunt.

237 MERENT militant. Vergilius ⟨Aen. V 801⟩ 'merui quoque' dixit, unde missos militia 'emeritos' dicimus. [MERVI id est 'militaui'.] ut Lucanus ⟨VI 144⟩: 'castrorum in plebe merebat'. 605

238 DEPRESSAE (... PISAE) quia uallibus undique Pisae cinguntur et Cro[to]nio monte premuntur.

239–240 (FLAVE ...) ALPHEE SICANIS / (ADVENA) constat enim hunc fluuium amore Arethusae Nymphae occultas egisse uias subter mare et in Sicilia fluctibus amatae 610 misceri. ADVENA[M] merito scilicet aduena[m], quia ab Elide in Siciliam labitur per mare nec tamen aquae marinae miscetur.

241 CVRRIBVS circensibus propter Olympicum certamen, quod lustris singulis Ioui exhibetur Olympico. PVTRIA 615 ARVA id est nimis culta. ut Vergilius ⟨georg. II 204⟩: 'et cui putre solum – namque hoc imitamur arando'.

597 lamentantur] -atur **QFpb**^{pc}**RG** *Mombritius* || 599 ET *Mombritius*, AVT **ω** | ut **Mπ**, *om.* **fBVvek** || **600** olorinus (f?)(E^{3ac}?) Q(c?) *Mombritius*, ole- **ω** | quia **MQb**, quem f, quod **mBVπ** || **603–604** MERVI ... militaui, *ex Seru. Aen. V 801, ut uidetur, deriuatum, seclusi* || **604** id est *scripsi*, et **ω** || **606** DEPRESSAE **V** *Mombritius*, -A **Mfπ** || **607** Cro[to]nio *corr. Jahnke* || **608** ALPHEE] -EĘQVE **Mf** || **610** Sicilia **M**^{pc}**f**, -am **M**^{ac}**mVπ** || **611** ADVENA[M] *corr. Mombritius* | aduena[m] *corr.* **mFp** *Jahnke*

242 ET BELLIS (ARMENTA DOMANT) aut in bellis ... domant.

620 **242–244** (EA GLORIA GENTI / INFANDO DE MORE ET FRACTIS DVRAT AB VSQVE) / AXIBVS OENOMAI ex quo Oenomaus hanc legem procis filiae posuit, ut uictus interficeretur, uxorem uictor acciperet. qui[a], Myrtili aurigae sui fraude deceptus, ipse supplicia quae praeponebat expendit. ET
625 FRACTIS ... AXIBVS ingenio ut diximus Myrtili, qui corruptus rotas cera coniunxerat. dixit autem de his qui ex Pisa sunt ingenitum esse ut equis gaudeant ex illo studio, quod rex Oenomaus ⟨ea⟩ arte praecelleret.

246–248 TV QVOQVE ... / ... / (PARTHENOPAEE) Partheno-
630 paeus, Atalantae filius. PARRHASIAS (... CATERVAS) Arcadias. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 344⟩: 'Parrhasio dictum Panos de more Lycaei'.

247 A RVDIS ANNORVM (TANTVM NOVA GLORIA SVADET) ut adhuc in annis minoribus constitutus non timeas incerta
635 bellorum. ut Vergilius ⟨Aen. IX 311⟩: 'ante annos animumque gerens curamque uirilem'.

248–250 (SALTVS TVNC FORTE REMOTOS / TORVA PARENS ...) / PACABAT CORNV (GELIDIQVE AVERSA LYCAEI) id est: uenationibus pacata ferarum reddebat interitu. ut Vergi-
640 lius ⟨Aen. VI 802–803⟩:

'aut Erymanthi
pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu'.

623 qui **Q** *Mombritius* (*leg.* unde *ante* ipse), quia **M**^{ac}(f?)**m** **A**ψ, qua **M**^{pc}**E**^{1}, quam **V**, que **FpR** || **624** est *post* deceptus *inser.* π *Jahnke, iam Mombritius* || **627** Pisa] ipsa **M**^{ac}**f** || **628** ea *inser.* **f** *Lindenbrog*

251–252 PVLCHRIOR HAVT VLLI (TRISTE AD DISCRIMEN ITVRO / VVLTVS) id est: Parthenopaeo pulchrior nullus fuit.

253 NEC DESVNT ANIMI (VENIAT MODO FORTIOR AETAS) id est: in Parthenopaeo animorum uigebat insigne, si modo ad id etiam aetatis robur accederet. 645

254–255 QVAS NON ILLE (DVCES NEMORVM FLVVIISQVE DICATA / NVMINA QVAS MAGNO NON IMPVLIT IGNE NAPAEAS) Nymphas aut Dryadas [aut Oreadas] aut Potamidas aut Napaeas dicit. Dryades sunt, quae quercubus delectantur, [Oreades montibus,] Potamides fluminibus, Napaeae uirgultis et floribus. 650

256–258 IPSAM MAENALIA (PVERVM CVM VIDIT IN VMBRA / DIANAM TENERO SIGNANTEM GRAMINA PASSV / IGNOVISSE FERVNT COMITI) ⟨ipsam⟩ Dianam scilicet, quae Atalantae ob amissam uirginitatem ignouit ⟨SIGNANTEM GRAMINA⟩ eleganter infantis gressum non calcantem sed signantem ostendit. ut Horatius ⟨epist. II 3, 158–159⟩: 655

> ‘reddere qui iam uoces scit puer et pede certo 660
> signat humum’.

dicit ergo Dianam, cum tam pulchrum uidisset Parthenopaeum, Atalantae dedisse ueniam, cui propter concubitus fuerat irata Meleagri.

261–262 (PVLVERE BELLI) / FLAVENTEM SORDERE COMAM Horatius ⟨carm. I 1, 3–4⟩: 665

643 VLLI O[pc] *Mombritius*, ILLI ω ‖ **650** Dryadas] -es **mV** | aut Oreadas *om. Mombritius*, *seclusi* | Oreadas E[1]**Q**ψ *Lindenbrog*, -es ω ‖ **652** Oreades montibus *seclusi* ‖ **657** amissam (-a (-e) **Q**) **bv ek** *Ven. 1483 1490* (*iam* -um *Mombritius*), omissam ω ‖ **657–658** SIGNANTEM GRAMINA *inseruit Lindenbrog* ‖ **660** iam uoces] uoces iam *Horatius* | uoces] -is **M**[ac]**f**

'sunt, quos curriculo puluerem Olympicum
collegisse iuuat'.

⟨**263–264** TITVLVMQVE NOCENTEM / SANGVINIS HVMANI
670 PVDOR EST NESCIRE SAGITTAS⟩ sensus: erubescebat Parthenopaeus, quod nondum humano sanguine suas sagittas infecerat et quod non hac crudelitate laudis fuerat titulum consecutus.

266 VNDANTEM(QVE) SINVM (NODIS INRVGAT HIBERIS) qui
675 undantem chlamydem quassando facit panno. NODIS ... HIBERIS balteo.

267 IMBELLI PARMA cum qua nunquam pugnasset.

267–268 (IMBELLI PARMA PICTVS CALYDONIA) MATRIS / PROELIA hoc est scuto picta gerens proelia. Calydonium
680 quippe aprum comitata uiros Atalante sagittis fixit, ut priore ⟨II 469⟩ libro docuimus.

268–269 ASPERA PLVMIS / (TERGA) loricae squamas explicuit, quam alii 'cataphractam' uocant. unde Vergilius ⟨Aen. XI 770–771⟩:

685 'quem pellis aënis
in plumam squamis auro conserta tegebat'.

269 CORYTOS corytos dicitur theca arcus, ut pharetra sagittarum. aut certe corytos pro pharetris posuit. ut Ver-

668 collegisse **Kπ** *Horatius*, -ligisse **Mfmp** ‖ **669–670** TITV-]-LVMQVE ... SAGITTAS *scripsi pro* TAEDET NEMORVM (*u. 263*) *in* ω ‖ **672** fuerat **mQ** *Lindenbrog*, -it ω ‖ **674** -QVE *inseruit Mombritius* | qui] quia **G** *Mombritius* ‖ **675–676** panno NODIS HIBERIS *scripsi*, NODIS HIBERIS panno ω ‖ **681** priore *Mombritius*, -i ω ‖ **685** aënis] amis ω ‖ **686** plumam] -em ω

gilius ⟨Aen. X 169⟩: 'corytique leues humeris et letifer arcus'. 690

272–273 (ARMA) / MIRANTEM GRAVIORIS ERI armorum permutatio grauiorem equo fecerat dominum. addita enim lorica onerosior Parthenopaeus exstiterat.

275 ARCADES HVIC (VETERES ASTRIS LVNA PRIORES) Cicero pro Fundanio ⟨or. frg. A V 3 Müller⟩ opinionis huius meminit, cum de nobilitate tractaret. aiunt autem Arcades ⟨adeo se⟩ esse uetustos ⟨ut⟩ [denique] de antiquitate cum Phrygibus certauerint. hi singulos paruulos cum singulis nutricibus clauserunt quibus ademerant linguas ut experirentur utrum uox nata esset an disceretur, et, si esset innata, quaenam illa esset, Phrygum an Arcadum. producti autem pueri *βεκός* locuti esse dicuntur, qua significatione Phrygum lingua 'panis' intellegitur. sic ergo cognitum est Arcadas non esse primigenas. item de eodem, cur se Arcades nobiles dicant, Thucydides libro primo ⟨I 2, 3⟩ ait hunc morem Graeciae fuisse, ut coacti[s] in alienam ire terram, quas fertiles esse cognouerant, easdem uastabant ueteribus incolis pulsis. sed Arcades soli ob sterilitatem agrorum commoti non sunt et

695

700

705

691 ERI] EVI ω, *corr.* **FO** *Mombritius* || **697** adeo se, ut *inserui* | denique *ex* de antiquitate *per haplographiam ortum seclusi* || **698** certauerint *scripsi*, -unt ω || **701** an] aut **M** *Jahnke* || **702** *βεκός* *ex Herodoto II 2 recognouit Wilamowitz*, uere **M** (*ex* her) **fmπ**, bere **E**[2]**B** || **704** Arcadas] -es **mQvek** *Ven. 1490* || **705** cur *Lindenbrog*, cum ω | - Arcades **QbRGve** *Mombritius*, -as ω | Thucydides **QbR** *Lindenbrog*, thuquirides ω || **705–706** libro primo **fmπ**, primo libro **ME**[2]**B** || **706** Graeciae fuisse] fuisse gręcię **mV** || **706–707** coacti[s] *corr.* **Qvek** *Mombritius* || **707** ire] -ent **vek** *Jahnke*

710 ideo soli nobiles existimantur. Ouidius de his libro secundo ⟨fast. II 289–290⟩:

'ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, et luna gens prior illa fuit'.

276–277 NEMORVM ⟨Q⟩VOS STIRPE RIGENTI / (FAMA SA-
715 TOS) non quia de arboribus uere nati sunt, sed quia deerat usus casarum et in morem pecorum uagabantur. filios autem suos aut arborum caueis aut cautium specubus contegebant, quos transeuntes arborum filios aestimabant. quam opinionem Vergilius asserit dicens ⟨Aen.
720 VIII 315⟩: 'gensque uirum truncis et duro robore nati'.

282–283 HI LVCIS STVPVISSE VICES (NOCTISQVE FERVNTVR / NVBILA) quasi qui primi nati sunt, quod diei nox obscura succederet.

283 (OCCIDVVM LONGE) TITANA SECVTI oculis persecuti
725 sunt solis occasum.

284 DESPERASSE DIEM dicit homines arboribus natos perpetuam noctem timuisse solis occasu.

284–285 RARESCVNT (ALTA COLONIS / MAENALA) desolantur necessitate bellorum. ut Vergilius ⟨georg. I 507⟩:
730 ⟨'squalent abductis arua colonis'.⟩ (ALTA ...) / MAENALA [ET] PARTHENIVM (... NEMVS) mons et nemus Arcadiae.

714 ⟨Q⟩VOS *corr. A. Klotz p. 496 ex scholio interpretato* || **720** nati] nata *Vergilius* || **722** sunt] sint **fmAQ** || **725** occasum **Bπ**, -u **MfKVbR** (desperantes diem *pro* occasu(m) E[2], *post* occasum **B**) || **729** ut Vergilius *om.* **fE[2]mBV** || **730** squalent ... colonis *suppl.* *π Mombritius* || **731** ET *om.* **Q** *Mombritius, seclusi*

286 VENTOSA (... ENISPE) uentosam dixit aut tempestatibus grauem aut, ut quidam uolunt, in edito positam.

286–288 (RHIPEQVE ET STRATIE VENTOSAQVE DONAT ENISPE / NON TEGEA) NON IPSA DEO (VACAT ALITE FELIX / CYL- 735
LENE TEMPLVMQVE ALEAE NEMORALE MINERVAE) omnes hae ciuitates Arcadiae in Maenalo monte. unde Vergilius ⟨Aen. VIII 459⟩: 'Tegeaeum subligat ensem' et ⟨Aen. VIII 139⟩: 'Cyllenae gelido conceptum uertice fudit'. [et ⟨Lucan. VIII 458–459⟩: 'si ... 740
... fas est quemquam coepisse deorum.']

289 CLITOR et hic fluuius est Arcadiae.

289–290 (TIBI PYTHIE LADON) / PAENE SOCER propter Daphnen Ladonis filiam, quam Apollo dilexit. paene autem, quia [uirginitatis damnum est] in laurum ante 745
concubitum ⟨dicitur⟩ fuisse conuersa. (CANDENSQVE IVGIS) LAMPIA NIVOSIS Lampia ciuitas est Arcadiae niuosis montibus constituta. ergo Lampiam a candore pruinarum dictam nominis ipsius proprietas monstrat. *λαμπρόν* enim Graece 'splendidum' dicitur. 750

291 (PHENEOS NIGRO) STYGA MITTERE (CREDITA DITI) palus

737 hae **fE^{2}KQOe** *Mombritius*, hic **MmVπ**, hii **B** || 739–741 et ... deorum] *uersum recognoui et seclusi* || 741 fas est quemquam] quemquam fas est *Lucanus* || 745 uirginitatis damnum est *seclusi* | ante *ante* uirginitatis *inser.* **M^{2}E^{2}** | passa non *post* damnum *inser. Mombritius* | et *post* laurom (*corr. in* -um) *cum notis transpositionis super* et *et* in laurum *inser.* **M^{2}**, et *ante* in laurum *Mombritius* || 746 dicitur *inserui*: *cf. Mombritius* | conuersa **M^{pc}** (*add.* est) **E^{2}Qpk** (-uerua **B**), -a dicitur *Mombritius*, -am **M^{ac}f mVπ** || 749–750 *λαμπρόν* **bR** *Lindenbrog*, lampon **ω**, *λάμπον* *Jahnke* || 751–753 PHENEOS ... Pheneum *scripsi*, PENEOS ... Peneum **ω** *edd.*

a qua Styx sumit exordium. constat inter prudentes Pheneum Stygi undas submittere aut subministrare.

292 (IDAEIS VLVLATIBVS) AEMVLVS AZAN ideo aemulus,
755 quia in illo monte, ut Iuppiter ⟨in Ida⟩, ita etiam Mater Deum colitur ritu Idaeo. AZAN apud Arcadas Curetes hoc nomen habent de monte Azanio. unde uulgo in sacris Deae Magnae ⟨Din⟩dym⟨i⟩ dicitur Azan.

294 (GRATA PHARETRATO) NONACRIA RVRA (TONANTI) Nonacria
760 una pars orationis est ut 'Trinacria'. est autem nomen loci uel agri Arcadiae in quo Iuppiter in speciem Dianae conuersus cum Callisto Lycaonis filia concubuisse narratur. Ouidius ⟨met. II 409⟩ sic: 'in uirgine[m] Nonacrina[m]'.

765 **295** CYNOSVRA locus Arcadiae, unde et Minor Vrsa 'Cynosura' dicitur. Lucanus ⟨VIII 180⟩: 'propiorque mari Cynosura feretur'.

296 AEPYTIOS (... AGROS) a ciuitate uel monte ducis nomine nuncupatos. hi quoque Arcadiae populi.

755 in Ida *inserui, quod pro* ita *in* ω *proposuit Barth* || 756 Deum] deorum **ME**[1] *Mombritius* | ritu] rite *Lindenbrog* | Idaeo] eodem *Barth* || 756–758 AZAN ... Azan *scholium, ut uidetur, corruptum* || 756 Arcadas **mK**^{pc}**VQψ**, -es **MfE**[2]**K**^{ac}**φRvek** || 758 Deae *Lindenbrog,* deum ω | ⟨Din⟩dym⟨i⟩ *scripsi,* dim **Mm**, dam **K**, dei **π**, *om. Mombritius,* Dindymos *Jahnke* | dicitur] -untur ? || 759 NONACRIA **M**^{ac}**Bπ**, -AGRIA **M**^{pc}(f?)**KmV** *Mombritius, om.* **K** || 759–760 Nonacria **M**^{ac}**Bπ** *Mombritius,* -agria **M**^{pc} (f?)**K**, *om.* **mV** || 760 orationis est] est orationis **fm** || 763 uirgine[m] *scripsi cum* **QGvek** (-em *contra metrum non a Lactantio scriptum*) || 764 Nonacrina[m] *scripsi cum* **QGvek** (nonacriam **Fp bR**), nonagria nam ω

297 HERCVLEO VVLGATOS ROBORE MONTES uirtute Herculis cognitos. 770

298 (MONSTRIFERVMQVE) ERYMANTHON ET (AERISONVM) STYMPHALON quorum in altero aprum cepit quem uiuum Eurystheo detulit, in altero aues quae Stymphalides uocantur occidit. Erymanthon quidam uolunt locum esse 775 qui iuxta Parthenios agros est, ubi Hercules de Auge susceptum filium exposuit Telephum, qui a cerua nutritus est. sed haec loca hic non conuenit suspicari. nam montes eos dicit in quibus Hercules de apro et de auibus triumphauit. Erymanthos autem mons et silua est eo- 780 dem signata uocabulo in Arcadiae finibus constituta. Stymphalon autem aerisonum dicit quia non sagittis sed aeris sonitu Hercules Stymphalidas occidit.

301 (PASTORALI ...) [PROELIA] TRVNCO id est pedo, quod armorum genus Homerus κορύνη ⟨Il. VII 144 143⟩ uocat. ut 785 Vergilius ⟨Aen. X 318⟩: 'sternentes agmina claua'. item ⟨Aen. VII 524⟩: 'stipitibus duris agitur sudibusue praeustis'.

306–308 MILITE VICINAE (NVLLO IVVERE MYCENAE / FVNEREAE TVNC NAMQVE DAPES MEDIIQVE RECVRSVS / SOLIS ET HIC ALII MISCEBANT PROELIA FRATRES) [plenus enim fabu- 790 lae ita se continet textus.] Atreus et Thyestes, Pelopis filii, Tantali nepotes, alternis uicibus regnum regebant. uerum Thyestes, cum incestasset Aeropam, fratris uxorem, ab eo

780 Erymanthos *scripsi*, -us ω ‖ **784** PASTORALI *inseruit Lindenbrog* | PROELIA *seclusi* ‖ **785** κορύνη *Wilamowitz*, coin **M** (*del.*) **m**π, contum *in marg.* **M**[2] (*ex quo Jahnke* κοντόν (*cf. Hom. Od. IX 487*) *confecit*), con- **fKVFpG** ‖ **790–791** plenus ... textus *seclusi* ‖ **793** Aeropam *Vollmer, iam Barth D'Orville* Europam (e[u]- f) ω

pulsus ⟨est⟩ a regno. sed inter eos, quia scelere certabant,
795 uidebatur pro uindicta ficta gratia reconciliationis. Atreus fratri filios suos apposuit epulandos, cui post epulas filiorum capita signum conuiuii feralis ostendit. in cuius rei † delectationem †, cum Thyestes consulta de oraculis posceret, responsum est per eum illi certam uenire posse
800 uindictam qui ex ipso et filia Pelopeia natus fuisset. unde ille cito filiae amplexus inuasit. ex qua natus est puer quem illa in siluas propter conscientiam abiecit. hic caprae uberibus nutritus ex eadem re Aegisthus nomen accepit. Atreum in uindictam patris, cum adoleuisset, occi-
805 dit. idem autem Agamemnonem, cum Clytaemestram uxorem eius adulterasset, occidit. ut ipse Vergilius ⟨Aen. XI 266–268⟩:

'ipse Mycenaeus magnorum ductor Achiuum
⟨coniugis infandae prima inter limina dextra
810 oppetiit, deuictam Asiam subsedit adulter⟩'.

qui postea ab Oreste, filio Agamemnonis, cum ea quam adulterasset occisus est. sed ab origine irarum quae fuerit causa describam. Mercurius aegre ferens a Pelope Myrtilum filium suum in pelagus praecipitatum spoliatumque
815 uita legem repperit uindictam quae consolaretur orbita-

794 est *suppleu.* **M** (*superscr.*) Mombritius (post regno Q) | a regno **M**[pc] (a *superscr.*) **mBV**, -o **fQ**, in -um **M**[ac]**E**[1]**π**, de -o **G**, e -o **vek** | quia] qua **E**[1], quod **B**, qui **π** ‖ **796** suos] *pro* eius - | cui **O** *Lindenbrog*, cum **ω** ‖ **798** delectationem *obelis distinxi*, -e **pψ** *Mombritius*, ultionem **Q**, detestationem *Veenhusen* (-e *Barth*), consultatione **vek** *Jahnke*, deluctatione *proposuit Jahnke*; delationem? ‖ **800** Pelopeia **E**[1]**bRvk** (-ea **e**) *Mombritius*, -ia **ω** | ille cito] illicitos **φ** *Mombritius* ‖ **803** ex eadem re] *id est, ex αἴξ = capra* ‖ **809–810** coniugis … adulter *addidi ad illustrandum*, **Q** *in margine* ‖ **815** uita legem *scripsi*, -ae -e **ω** | quae] qua **M**[pc]**π** *Mombritius*

tem. nam Pelopis filiis Atreo et Thyestae tantum discordiae iniecit ut germanitatis iura disrumperent. Thyestes enim, cum sciret regnum penes eum fataliter mansurum qui arietem aurei uelleris haberet quem tum Atreus regnum ingressus plurimum custodiebat, corrumpens Aeropam fratris sui uxorem eum ad se transferri posse iudicauit. quod ille postquam didicit, eum cum duobus filiis suis expulit. et postea simulata gratia ad eum misit eiusque filios interemptos epulandos apposuit. quo facinore cum eum punisset, Sol dicitur ab eorum se regionibus auertisse. unde Vergilius e contrario ⟨Aen. I 568⟩: 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'. ergo ne Mycenae auxilio sint, par fuit paene fortuna, quia et illos fratrum odia uexabant. [Thyestes enim Atreo fratri filios epulandos apposuit ob adulteratam Aeropam uxorem suam.] ideo f u n e r e a s ... d a p e s propter epulas et r e c u r s u m s o l i s propter offensam ⟨in⟩effabilis dei, qui inter [nulla] nubila pietate tanta egit occasum [et oblatum aurei uelleris arietem, quo fatum regnandi tenebatur].

820 825 830

309 IAMQVE ATALANTAEAS (IMPLERAT NVNTIVS AVRES) Atalante, Iasii filia, fugiens concubitus in uenando Dianae

835

818 regnum **M**^{pc}**E**^{2}**mBQ**, regiam **M**^{ac}**E**^{1}**V**π (*N.B.* Thyestes (**817**) ... uexabant (**829**) *proferunt et* **E**^{1} *et* **E**^{2}) || **820–821** Aeropam *Vollmer, iam Barth* (-en) *D'Orville*, europam ω || **826** auertisse **Q** *Lindenbrog*, e- ω || **827** auersus (-os **M**^{2}) **mVvek** *Vergilius*, ad- **fE**^{2}**B**π | Tyria Sol] sol tiria **fE**^{2}**B** || **829–831** Thyestes ... suam *seclusi* || **830** Aeropam *Vollmer, iam Barth* (-en) *D'Orville*, europam ω || **831** funereas *Barth*, -ratas ω (-stras **M**^{ac}), -stas *Jahnke* || **832** ⟨in⟩effabilis *scripsi, cf. ad I 719–720*, af- ω || **833** nulla *seclusi* | pietate] -em **Mf** || **833–834** et oblatum ... tenebatur *seclusi* || **834** fatum *Jahnke*, -o ω

comes facta, sed a Meleagro hoc adinsinuante compressa puerum edidit. cuius conceptum quia diu sub uirginitate celauerat, Parthenopaeum uocauit. is admodum puer Po-
840 lynici auxiliatum Thebas petiit.

316 PRAEDATORIS EQVI equum pro 'equite' posuit.

323 DVM PREMIS uenatores enim, cum uestigant, 'errant'; cum persecuntur, premunt. Vergilius ⟨georg. III 413⟩: 'ingenti clamore premes ad retia ceruum'.

845 **329–330** VIX DRYADVM THALAMIS (ERYMANTHIADVMQVE FVRORI / NYMPHARVM MATVRE PVER) ⟨mature⟩ ueneriae uoluptati. adeo filium dehortatur ut nec ⟨se⟩ uirum credat.

330 (SVNT) OMINA VERI futuri scilicet mali. id est: uera
850 sunt prodigia, quae uidebam.

332 INFERIOR (VVLTV) quasi irata uel tristis futura morte, aut humilis aut non laeta.

333 [HOC] SEGNIOR ARCVS celeres sagittas non mittens.

336–337 (DVM ROSEIS VENIT VMBRA GENIS) VVLTVSQVE RE-
855 CEDVNT / (ORE MEI) ne leuitate uultus femina esse credaris. dum tuo ore mei uultus recedunt, id est: dum uiri sumis formam. nam modo similis es matri.

339–340 (VOS AVTEM HVNC IRE SINETIS / ARCADES) O SAXIS NIMIRVM ET ROBORE NATI ut origini conueniret animus,

837 hoc = *concubitum?* | adinsinuante] *uel ἅπαξ λεγόμενον, ut uidetur, uel vox nullius* || **844** ingenti] -em *Vergilius* || **847** se *inser.* **Q** *Lindenbrog* || **849** OMINA **M**[pc]**AQψ** *Ven. 1483 Lindenbrog,* OMNIA **M**[ac]**mVFpGO** *Mombritius* || **851** INFERIOR *post* morte *in* ω *ad locum proposuit restituendum Jahnke* || **853** HOC *seclusi* | *post* ARCVS *inser.* id est **f(E**[1]**?)mVQ**

quia dura corda habetis et non uos flectit misericordia. 860
maledicit illis dicendo asperos durosque quia materno
non commouentur affectu.

345 (AT PARTE EX ALIA) CADMI MAVORTIA PLEBES utique
Thebani. transitus ad Thebas.

358–360 (FIDE SACRA / AEQVATOS CAELO) SVRDVM ATQVE 865
IGNOBILE (MVROS / FIRMAT OPVS) surdum ... opus pro
cantu: διαστολή illa ui operis, quod canente Amphione
instructum est. modo autem surdum est, quia manu,
non carmine, condebatur. ad Thebarum muros cantilena
Amphion dicitur saxa traxisse. ut Vergilius ⟨ecl. 870
II 23–24⟩:

'canto, quae solitus, siquando armenta uocabat,
Amphion Dircaeus'.

360–362 TAMEN ET BOEOTIS VRBIBVS (VLTRIX / ADSPIRAT
FERRI RABIES NEC REGIS INIQVI / SVBSIDIO QVANTVM SOCIA 875
PRO GENTE MOVENTVR) hoc dicit Eteocli quoque dedisse
Boeotiae urbes auxilia. nullus regis causa uenit ad bel-
lum, sed aut uicinitate compulsae sunt aut misericordia
ciuitates.

365 (ORA CRVENTATA) DEFORMIS HIANTIA LANA hyperba- 880
ton: ora ... deformis: deformia ora habens, sed hian-
tia, cruentata ... lana.

366 TVRBIDA non terribilia, sed conturbata.

860 habetis] -ens M[ac]f || **866–867** pro cantu *scripsi*, procincti ω || **867** διαστολή = *distinctio*; *non est ille terminus artis rhetoricae technicus* || **874** VLTRIX *inseruit Mombritius* || **879** ciuitates] -is **fKp vek** *Mombritius*

368 NON INSCIVS AVSI occisi pecoris, ut conscius audacis
885 facti.

370–371 (HIC IAM DISPERSOS) ERRARE ASOPIDE RIPA / (LERNAEOS EQVITES) ut Lucanus ⟨I 473–475⟩:
'est qui, tauriferis ubi se Meuania campis
explicat, audaces ruere in certamina turmas
890 afferat'.

372 [ILLE RAPI] TEVMESON mons est haud longe a Thebis.

373 NVNTIAT EXCVBIIS (VIGILES ARSISSE PLATAEAS) id est: nuntiat Argiuos hostili more excubias agere. VIGILES ARSISSE PLATAEAS pro multo lumine excubantium uigiles
895 Plataeas dicit arsisse. est autem ciuitas Boeotiae in confinio hostium: ideo semper inuigilat. aut, quia in aditu est posita, dicit primo fuisse uastatam.

374–375 (NAM TYRIOS SVDARE LARES ET SANGVINE DIRCEN / IRRIGVAM) FETVSQVE NOVOS ⟨Tyrios ... lares⟩
900 quos in Thebas Cadmus inuexit. Dirce autem fons est Thebanorum. utrumque monstrauit ut Vergilius ⟨georg. I 480, 485⟩: 'aeraque sudant' ... 'nec puteis manare cruor cessauit'. solent enim ad omen publicum portenta gigni, et est fetus aut bicapitus aut biformis. ut Lucanus
905 ⟨I 562–563⟩:
'numeroque modoque
membrorum, matremque suus conterruit infans'.

891 ILLE RAPI *seclusi* ‖ **896** aut *scripsi*, et ω ‖ **899** Tyrios ... lares *inseruit Jahnke* ‖ **901** monstrauit] monstrum *Jahnke* ‖ **903** publicum] -a (*uel* pup-) **Mf(B?)** ‖ **904** bicapitus **MfmKcb GO**, biceps **BR**, bicapitius **V**, incapitus φ, bicapitis *Lindenbrog* (-cip- **vek**) ‖ **907** matremque ... infans (*praefato* Lucanus, *quod deleui*) *post* NOVOS **(899)** *in* ω *ad locum restitui*

378–382 (SPARSIS SVBITO CORREPTA CANISTRIS / SILVESTRIS REGINA CHORI DECVRRIT IN AEQVVM / VERTICE AB OGYGIO) TRIFIDAMQVE HVC TRISTIS ET ILLVC / (LVMINE SANGVINEO PINVM DISIECTAT ET ARDENS / ERECTAM ATTONITIS IMPLET CLAMORIBVS VRBEM) pathos tribus modis fit. attendamus igitur, ut haec complexus sit: facto ⟨uu. 378–379⟩ sparsis subito correpta canistris / siluestris regina chori ... ⟨habitu⟩ ⟨uu. 380–381⟩: trifidamque huc et illuc / lumine sanguineo pinum disiectat, ⟨dictu⟩ ⟨uu. 381–382⟩: et ardens erectam attonitis implet clamoribus urbem. de fonte Vergiliano hunc colorem deriuauit. is enim Amatam in siluis eadem fecisse describit. pathos ipsius tribus modis ostendit: facto ⟨Aen. VII 397–398⟩:

'ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
sustinet',

habitu ⟨u. 399⟩: 'sanguineam uoluens aciem', dictu ⟨u. 400⟩: 'io matres, audite'. (SILVESTRIS) REGINA CHORI ut choros ducebat sacerdos una Baccharum. ostendit autem antistitem Liberi, quae Cithaeronem incolebat.

383–384 GENTIS AVITAE / (... AMOR) propter Semelen, Cadmi filiam, matrem Liberi.

387 GANGEN fluuius Indiae, per quem gentem poeta significat. hunc primus Liber ..., secundus Alexander, tertius

914 correpta] -ę **fAp** ‖ **915** habitu *inserui* (*pro* facto *quaerit Jahnke*: facto, habitu, dicto *?*), habitu ut **Q** ‖ **917** dictu *inserui*, dictu ut **Q** (*in marg.*) ‖ **919** deriuauit] di- **KV** ‖ **924** uoluens] torquens *Vergilius* ‖ **925–928** REGINA ... incolebat post infans **(907)** *in* ω *ad locum restitui* ‖ **932** *post* liber *lacunam posui*, tenuit *inser.* E[1] *Jahnke*, uisit *?*

Apollonius. Ouidius de ipso ⟨am. II 13, 10⟩: 'per septem portus in maris exit aquas'.

935 **391–393** (BELLVM LACRIMASQVE METVMQVE / COGNATVMQVE NEFAS INIVSTI MVNERA REGNI) / PENDIMVS inuidiose. quasi pro sacrificio bellum lacrimasque tibi pendimus.

394 AMAZONIIS VLVLATVM CAVCASON ARMIS Caucasus mons Scythiae. ideo ululatum, quod Amazones cum fi-
940 nitimis bellare dicuntur, quarum ululatus 'barritus' est, id est 'barbarus ritus'.

396–397 (ALIVM TIBI BACCHE FVROREM) / IVRAVI iuraui tibi in furorem sacrorum, non bellicum, hoc est non ut bella canerem, sed ut sacrorum causas intellegerem. et
945 bene de more militiae iuraui dixit, quia militiae sacramentum dicitur. et sacerdotio se dixit iurasse, non bello.

404 ET SALTVM DVX ALTER HABET Creontem significat, qui post interitum fratrum solus possedit imperium.

404–405 GELATIS / VVLTIBVS pallore. nam iam deposuerat
950 numinis furorem.

406 VARIIS TERRORIBVS IMPAR qui [non] terretur. [ac per hoc inconterritus.] par est enim timori, qui non terretur.

407–408 TENEBRASQVE SAGACES / (TIRESIAE) quia caecus

933 Apollonius (*sc. Tyanae; cf. Philostr. Vit. Apollon. Tyan. II–III*) **QFpGO** *Mombritius*, -linius ω ‖ **940** quarum *scripsi*, quorum ω ‖ **940–941** barritus ... barbarus ritus] *nota ἔτυμον* ‖ **949** GELATIS] VELATIS **fK** ‖ **951** non *seclusit Jahnke* ‖ **951–952** ac ... inconterritus *om.* **AF** (*inser. in marg.*) **p** *Mombritius, seclusit Jahnke* ‖ **952** non *om. Mombritius* ‖ **953–955** TENEBRASQVE ... inuestigarent *post* sonet (**961**) *in* ω *ad locum restituit Lindenbrog* ‖ **953** caecus] cetus **fm**

sed diuinus Tiresias. [tenebras dicit ignorantiam futurorum,] sagaces, quae totum inuestigarent. 955

409 [CONSVLIT] ILLE DEOS (NON LARGA CAEDE IVVENCVM) immolationem hostiarum totam hanc de Lucano ⟨VI 425–427⟩ mutuatus est:
'non tripodas Phoebi, non Pythia consulit ⟨antra⟩,
nec quaesisse libet, primis quid frugibus altrix 960
aere Iouis Dodona sonet'.

411 TRIPODE IMPLICITO obscuro Apollinis responso. NVMERISQVE SEQVENTIBVS ASTRA ut arithmetici, quos mathematicos dicimus, quorum in numeris est tota doctrina.

⟨**412** TVREA ... SVPRA VOLITANTE ALTARIA FVMO⟩ est etiam 965 ars quaedam ex fumo arae uerum prouidere, quia ex diuisione ipsius fumi quae sint futura cognoscunt quos *καπνομάντεις* appellant.

412–414 (NEC ... / TAM PENITVS DVRAE QVAM MORTIS LIMITE MANES) / ELICITOS PATVISSE REFERT non aliis rebus 970 melius quam manibus elicitis. id est: tantum interius inferos aperire refert, quam sunt ⟨in⟩ mortis durae spatia demersi.

415–416 (ET MERSVM ... / ...) PARAT ANTE DVCEM ad futurum scilicet sacrificium Eteoclen. ET MERSVM ... PARAT 975

954–955 tenebras ... futurorum *om.* π *Mombritius, seclusit Jahnke* || **956** CONSVLIT *seclusi* || **959** Phoebi] Deli *Lucanus* | antra *suppleuit Lindenbrog* || **961** quid] quod ω | frugibus] frigibus ω || **965** TVREA ... FVMO *inserui* (*lemma habet* Volitante a. f. V (*quod rectum iudicauit Funaioli p. 503*), FVMO Q) || **967–968** *καπνομάντεις*] capnomantes ω || **971** elicitis **fV**, -os **ME**[2]**mBK**π || **972** quam] quantum*?* | sunt] sint *Mombritius* | in *inserui* | demersi *scripsi*, -a ω || **974–976** PARAT ... nomine *post* pelagique (**978**) *in* ω *ad locum restitui* | ET MERSVM ... nomine *non intellego*; *potestne fieri ut* uerbum ... nomine *ad* Lethaea (*u. 414*) *referat?*

uerbum figurauit a nomine. (ISMENI SVBTER) CONFINIA (PONTO / MISCENTIS) inter iuncturas Ismeni fluuii pelagique.

417 VISCERIBVS LACERIS extis incisis.

980 **419** CAPAX AEVI antiqua.

420 AETERNVM INTONSAE (FRONDIS) nunquam depositae.

422 (GETICA ...) AB VRSA a septentrionali plaga.

423–424 (VACVVSQVE) SILENTIA SERVAT / HORROR possidet quaedam ueneratio, quia in magno silentio horror nasci-
985 tur.

424 (EXCLVSAE) PALLET (MALA LVCIS IMAGO) pallor est imago lucis, sed mala id est non similis.

425 NEC CARET VMBRA DEO quasi alios quoque deos habeat consecratos.

990 **426–427** (HANC PICEAE CEDRIQVE ET ROBORE IN OMNI) / EFFICTAM (SANCTIS OCCVLTAT SILVA TENEBRIS) ⟨effictam⟩ sculptam, quasi in omnibus arboribus imago eius esset insculpta. omnis lucus Dianae est consecratus, ut quercus Ioui.

995 **428** HVIVS INASPECTAE (LVCO) STRIDERE SAGITTAE ut sonus tantum sit, uisus uero nullus.

429–430 (VBI LIMINA PATRVI / EFFVGIT) INQVE NOVAE ME-

976 a] ex **fmV** || **991** EFFICTAM] ET FICTAM ω, *corr.* **QO**pc *Mombritius* || **995** HVIVS INASPECTAE *ante* omnis lucus (**993**) *posuit* ω, *quod, inserto* LVCO, *ad locum restitui*

LIOR R(EDIT) O(RA) D(IANAE) melior, quando inferos deserit. Lucanus ⟨VI 736–737⟩:

'ad quos alio procedere uultu 1000
ficta soles, Hecate'.

434 (EXTRA) IMMANE PATET TELLVS (MAVORTIA CAMPI) extra ipsum lucum campus late diffunditur.

435–437 (DVRVS) QVI VOMERE PRIMO / (POST CONSANGVINEAS ACIES SVLCOSQVE NOCENTES / AVSVS HVMVM VER- 1005 SARE) durus, quisquis primo hunc arauit, id est Cadmus satis draconis dentibus.

438–441 (INGENTES) INFELIX TERRA TVMVLTVS / (... / EXSPIRAT NIGRI CVM VANA IN PROELIA SVRGVNT / TERRIGENAE) tumultus dicit illarum animarum, quae se occide- 1010 runt. id est: aratoris proscissione indignantes pugnant inter se.

439 SOLAQVE IN NOCTE in qua solitudo est.

442 INSANI ... IVVENCI metu perterriti.

443–444 HIC SENIOR VATES (STYGIIS ADCOMMODA QVIPPE / 1015 TERRA SACRIS VIVOQVE PLACENT SOLA PINGVIA TABO) causam dicit, cur ibi Tiresias sacrificet, quia nunc terrigenarum sanguine sanguineus est locus. sanguine enim inferi delectantur. SOLA PINGVIA TABO satiata cruore. describitur locus in quo hoc contendit, opportunus inferis sacris. 1020

998 quando **BKVπ** *Lindenbrog*, quoniam **ME**[1]**GO** *Mombritius*, quam **f** || **999** ut *inser. ante* Lucanus **fV** || **1003** lucum] locum **Mm**[ac]**B** || **1015** HIC **M** (*superscr.*) **m**, *om.* **fB(K?)Vπ** || **1017** sacrificet **MQ**, -at **fE**[1]**mBKVπ**

445–446 ARMENTAQVE SISTI / ATRA MOVET ut Vergilius ⟨Aen. VI 243–244⟩:

'quattuor hic primum nigrantis terga iuuencos
constituit'.

1025 **447–448** (INGEMVIT DIRCE MAESTVSQVE CITHAERON / ET NOVA CLAMOSAE) STVPVERE SILENTIA VALLES Baccharum uocibus clamosae ualles destitutae immolatarum pecudum mugitibus stupuere. dicit paene phantasia omnem gregem in luco immolatum usque adeo ut fons de quo po-
1030 tabant armenta et mons per quem errabant ingemiscerent, cum se armentis destitutos uiderent.

450 IPSE MANV TRACTANS cum oculorum officio manibus fungeretur.

451 (NOVIENS) TELLVRE CAVATA pro nouem scrobibus fac-
1035 tis, in quibus ductus aquae quae sacris esset necessaria collocauit.

⟨**451–452** LARGOS ... / INCLINAT BACCHI LATICES⟩ id est: nobiles latices fudit.

453–454 ACTAEOS IMBRES (SVADVMQVE CRVOREM / MA-
1040 NIBVS AGGERITVR QVANTVM BIBIT ARIDA TELLVS) Actaea dicitur regio Attica, de qua [et] mella quae ueniunt et liquida sunt et nimis dulcia. unde Vergilius ⟨ecl. II 24⟩ et montem Atticum Aracynthum dixit Actaeum, quia om-

1021 ATRA] AD ARMA ω, *corr.* ψ *Mombritius* | MOVET **MfVQe**, MONET π ‖ **1028** paene] pene (with superscript o) **M**, pone **f**, poetica **Kπ** *edd.* ‖ **1029** luco] loco **M**[ac]π ‖ **1037** LARGOS ... LATICES *inserui* ‖ **1041** et *seclusi* (*om.* **QF**) | quae ueniunt] ueniunt, quae *Jahnke* ‖ **1043** dixit (*uel* dicit) acteum **Mf** (*nota clausulam*), acteum dixit (*uel* dicit) **mBKVπ** ([acte]um aracincum dixit **W**) | dixit] dicit **MB** ‖ **1043–1044** quia ... maritima est] *nota ἔτυμον ex ἀκτή*

nis regio maritima est. Actaeum imbrem mulsum dicit, [aut Actaeos imbres aquam fontis illius unde Ac- 1045
taeon aspersus in ceruum mutatus est.] sed utrum mulsum purum [an fontem] an cruorem pecudum, quo possit tellus arida satiari, incertum est. [nonnulli rorem marinum in Actaeo Aracyntho dicunt.] SVADVMQVE CRVOREM / (MANIBVS) qui persuadeat manibus ad superos redire. 1050
AGGERITVR infunditur. deest 'tantum'.

456–460 TRIS HECATAE (TOTIDEMQVE SATIS ACHERONTE NEFASTO / VIRGINIBVS IVBET ESSE FOCOS TIBI RECTOR AVERNI / QVAMQVAM INFOSSVS HVMO SVPERAT TAMEN AGGER IN AVRAS / PINEVS HANC IVXTA CVMVLO MINOR ARA 1055
PROFVNDAE / ERIGITVR CERERI) ⟨tris Hecatae⟩ quia triformis est aut quia eadem Deum Mater creditur et Proserpina uel Terra uel Vesta. sic Ouidius ⟨met. IV 752–755⟩ de simili sacrificio:

'dis tribus ille focos totidem de caespite ponit: 1060
laeuum Mercurio, dextrum tibi, bellica uirgo,
ara Iouis media est. mactatur uacca Mineruae,
alipedi uitulus, taurus tibi, summe deorum'.

SATIS ACHERONTE (... VIRGINIBVS) natis de Acheronte. etenim matre Nocte patre Acheronte natae dicuntur. 1065

1044–1048 Actaeum ... incertum est] *locus ualde incertus, quem sanare sum conatus* || **1045–1046** aut ... mutatus est *seclusi* || **1048** an fontem *seclusi* || **1048–1049** nonnulli ... dicunt *seclusi* || **1057** deum mater creditur **M**, creditur deum mater **fKBπ**, creditur mater deum **mV** || **1057–1058** et ... Vesta *locus ualde incertus* || **1057** et *om.* **Q** *Mombritius* || **1058** uel[2] **f** *Mombritius*, aut **Mm KVπ**, et **E**[2]**B** || **1058–1063** sic ... deorum *post* uiderent **(1031)** *in* **ω** *ad hunc locum transtuli* || **1060** focos] -us **ω** | ponit **K** *Ouidius*, -i **ω** || **1065** Acheronte natae **E**[2]**vek** *Jahnke*, natę acheronte **ω**

VIRGINIBVS Furiis. (CVMVLO MINOR ARA) PROFVNDAE / ERIGITVR CERERI tria sunt in sacrificiis deorum loca, per quae piationem facimus: scrobiculo facto inferis, terrestribus supra terram sacrificamus, caelestibus exstructis
1070 focis. unde etiam nominata sunt 'altaria', ad quae sacrificantes manus porrigimus in altum.

460–461 CVPRESSVS / ... PLORATA luctibus apta. Cyparissus speciosus puer dum uenaretur in amorem sui Apollinem compulit. a quo accepit ceruum pulcherrimum mu-
1075 nere et mansuetum. qui cum [diligeret] lassus somnum sub arbore capere coepit, subito excitatus strepitu ceruum longe uidit. credens siluestrem missa sagitta eum ⟨quem diligeret⟩ interemit agnitoque usque eo ingemuit ut ab omni cibo et potu abstineret. quo tabescente Apollo mi-
1080 sertus eius uertit eum in arborem sui nominis. de qua Vergilius ⟨Aen. IV 506–507⟩:

'fronde coronat
funerea'.

haec causa est quare cupressus adhibetur locupletum fu-
1085 neribus. Lucanus ⟨III 442⟩: 'et non plebeios luctus testata cupressus', quia inclutas familias Romani hac notabant. quidam uolunt ad hoc munus electam arborem, quia infructuosa apta defunctis est, uel quod in tutela[m] eam dixerint inferorum.

1067–1071 tria ... altum] *scholium minime ad rem in hoc loco pertinens suspexi* || **1068** scrobiculo **KWπ**, -colo **MfmV**, sorobi colo **B** || **1070** ad quae] atque **M** (*ex* ad) **m** || **1075** qui *Jakobi*, quem **ω** | diligeret *del. Jakobi, seclusi* (quem diligeret, *ut uidetur, inter lineas in* **ω'**) || **1077** quem diligeret *inseruit Jakobi; cf. Seru. Dan. Aen. III 680* || **1079** misertus] -ratus **MW** || **1086** inclutas *scripsi*, incestatis **Mf**, -as **E²mBWVπ** (*ex* 'testata' *corruptum*) || **1087** munus *scripsi*, nomen **ω** || **1088** tutela[m] *scripsi*

462 SIGNATI CAPITA designata capita habentes. prius enim setae tolluntur aut lana et aris imponitur, et ita designatur quasi immolationi[s] uictima. [ET] FRVGVM LIBAMINE PVRO illibato, impolluto. significat autem salsas fruges. 1090

463 IN VVLNVS CECIDERE GREGES sacerdotum consuetudo talis est, ut aut ipsi percutiant uictimas – et 'agones' appellantur – aut uictimis cultrum alter impingat – qui 'uictimatores' dicuntur. ideo dixit in uulnus cecidere greges. ut Vergilius ⟨Aen. VI 248⟩: 'supponunt alii cultros'. MANTO filia Tiresiae uirgo. 1095

464 PRAELIBAT SANGVINEM primo est immolare, deinde sanguinem libare, tertio reddere, quarto litare. 1100

465 TER CIRCVM ACTA PYRAS cum ter omnes pyras circumisset.

466–467 (ADHVC SPIRANTIA) REDDIT / VISCERA aut aris imponit aut nuntiat patri suo. 1105

468–470 ATQVE IPSE SONANTIA FLAMMIS / VIRGVLTA (ET TRISTES CREPVISSE VT SENSIT ACERVOS / TIRESIAS) ⟨tristes

1091 lana **fE²BVQ**, arana **MmK^ac π**, arma **K^pc** | imponitur] -untur f *Jahnke* || **1091–1092** designantur *et* quasi *in* ω *reuersis transposui* || **1092** immolationi[s] *proposuit Jahnke* | ET *seclusi* || **1093** salsas **MmBQ** (**O^pc***?*), falsas **fKVπ**, salsę **E¹** || **1095** agones] -ei (*uerbum non alibi inuentum*) *Lindenbrog* || **1096** uictimis *scripsi*, sic tenentis ω || **1096–1097** qui ... dicuntur *post* greges (1098) *in* ω *ad locum restitui* || **1100** SANGVINEM **fWFpcbR**, -E **MAQGOvek**, S. V || **1100–1101** immolare (= *mactare*) ... sanguinem libare *scripsi*, sanguinem libare ... immolare ω *contra ordinem sacrificii* (*cf. uu. 463 et 464*). || **1102** ter] inter **fm** || **1104–1105** aut, aut ... suo *ut interpolata suspicio*; *cf. Seru. georg. II 194*

... sensit aceruos⟩ hostias, ut sic futura dicat. ars autem haruspicinae hoc habet, ut et turis motus et crepitus et
1110 fumi motus et flexus colligat, quoniam haec primum signa aut testantur extorum promissus, si bona sint, aut, si contraria, refra[n]gantur, ut testatur liber de turis signis, qui ipsi[us] Tiresiae ⟨a⟩scribitur. SENSIT quia carebat oculis sacerdos.

1115 **470** PLVRIMVS ARDOR ANHELAT bene hoc adiecit. nam quomodo caecus posset intellegere aras ardere nisi ignis afflatu?

472 ET VOX IMPVLIT IGNEM id est: illius precibus flamma nutrita est.

1120 **478** VVLGVSQVE CAVA SVB NOCTE REPOSTVM caua 'patenti' aut 'alta', sed melius caua ... nocte est 'uacua ab opere'. repostum ideo, quod itidem ad superos ad corpus reuertatur.

479 ET PLENA REDEAT STYGA PORTITOR ALNO ⟨ordo:⟩ et
1125 portitor plena alno redeat [ad hanc] Styga[m]. ⟨REDEAT STYGA⟩ quomodo dicimus 'uiam redeat'.

480–481 FERTE SIMVL GRESSVS (NEC SIMPLEX MANIBVS ESTO / IN LVCEM REMEARE MODVS) nocentes, inquit, de

1108 ut ... dicat *scripsi*, et ... -it ω || **1110** motus] meatus *Barth*; *cf. Ouid. Trist. V 5, 29–32* || **1111–1112** testantur ... testatur *suspectum* || **1111** promissus *Barth*, *iam* **f**, -is ω (*dat. cum* testor *non alibi inueni*) | sint] sunt *Vollmer* || **1112** refra[n]gantur *corr.* **f** *Lindenbrog*, refragatus *Barth* (*vox nullius, ut uidetur*) || **1113** qui] quo *Schottky* | ipsi[us] *scripsi* | Tiresiae] *nota ἔτυμον ex* tus; *cf. Schmeisser* | ⟨a⟩scribitur *scripsi*, ⟨de⟩- *Schottky* || **1124** ordo *inserui* || **1125** ad hanc *seclusi* | Styga[m] *corr. Mombritius* || **1125–1126** REDEAT STYGA *inserui*

Tartaro, pii de Elysio ueniant. MANIBVS Graecorum manes dicit. 1130

481–483 (TV SEPARE COETV / ELYSIOS PERSEI PIOS) VIRGAQVE POTENTI / NVBILVS ARCAS AGAT nubilus infernus. imperat autem Mercurio et Liberae ut animas piorum euocent. quare autem Perse⟨i He⟩cate, ratio est. quidam enim uolunt non Iouis filiam esse [Mercurium], sed 1135 Persae, in qua opinione etiam Hesiodus uersatur in his libris, quos de Theogonia ⟨u. 409⟩ scripsit [quidam Persei]. † Coruilius † quattuor Mercurios esse scribit: unum Iouis et Maiae filium, alterum Caeli et Diei, tertium Liberi et Proserpinae, quartum Iouis et Cyllenes, a quo Argus occi- 1140 sus est. quem ipsum ob hanc causam Graeci profugum dicunt, Aegyptiis autem litteras demonstrasse. ergo Mercurium Liberi et Proserpinae filium dicunt animas euocare. de quo Vergilius ⟨Aen. VI 749⟩: 'Leth⟨ae⟩um ad fluuium deus euocat agmine magno'. 1145

1129–1130 manes (*sic*) Graecorum manes dicit *post* Persei (1137) *in* ω *ad locum restituit Lindenbrog* || **1129** MANIBVS *Lindenbrog*, manes ω || **1133** Liberae *scripsi*, -o ω *edd.* || **1134** Perse⟨i He⟩-cate *restituit A. Klotz p. 497*, Persee dicat *Jahnke* || **1135** filiam *van de Woestijne 1946*, -um ω | Mercurium *om. van de Woestijne 1946*, *seclusi* || **1136** Persae *scripsi* (Persei *van de Woestijne 1946*), pirrę (= Pyrrhae) ω (*ex quo confectum est frg. sp. 395 Merkelbach et West*) || **1137** Theogonia **mQFbRe** *Mombritius*, -conia ω | quidam Persei *seclusi* || **1138** Coruilius *obelis distinxi*; Caruilius (*sc. Pictor, Vergiliomastix*) *Bickel*, Cornelius (*sc. Labeo* (*contra quod cf. Wissowa*) *uel Balbus* (*cf. Seru. Dan. Aen. IV 127*)). **Q** *Jahn*, Cornelius (*sc. Nepos, in Exemplis*) *François*, Cornificius *Osann D'Orville* (*?*), *iam Barth* (*cf. supra ad IV 122*), Coruinus *Hertz* (= *M. Valerius Messala Rufus: RE Zweite Reihe, 15 Hbd., 166–169, s. u. Valerius no. 268 [Rudolf Hanslik]*), Cornutus *Vollmer*, Cicero *Breese* || **1144** Leth⟨ae⟩um *scripsi cum* π

⟨**483** CONTRA PER CRIMINA FVNCTIS ... / 486 TISIPHONE DVX PANDE DIEM⟩ ordo: per crimina functis, o Tisiphone, pande diem. sensus hic est: Hecate et Mercurius pias animas ducant, nocentes uero Tisiphone.

1150 **484–486** QVI PLVRES EREBO ⟨PLVRESQVE E SANGVINE CADMI / ANGVE TER EXCVSSO ET FLAGRANTI PRAEVIA TAXO / TISIPHONE DVX PANDE DIEM⟩ ut Vergilius ⟨Aen. VI 611⟩: 'quae maxima turba est'. sed modo aucti per sanguinem Theba⟨no⟩rum. TAXO quia de hac arbore uenenosa fa-
1155 ces Furiae dicuntur habere. TISIPHONE DVX ⟨PANDE DIEM⟩ tu, inquit, Tisiphone, illos reduc qui scelerati sunt plurimique de stirpe Thebana.

487 DETORQVEAT VMBRAS auertat ad superos quidem uenire cupientes.

1160 **489** ILLI FORMIDINE NVLLA subaudimus 'stabant'.

492–493 NVNC ⟨VMEROS NVNC ILLE MANVS ET⟩ VELLERA PRESSAT / ⟨ANXIVS⟩ amplectitur, constringit petens auxilium timoris.

494 CONFRAGA aspera et deserta.

1165 **496–497** ET SVDANTIA NISV / ⟨TELA PREMENS⟩ ex manuum sudore. nam per timorem sudor oritur uenatori.

499 ET CAECA METITVR ⟨MVRMVRA CVRA⟩ caeca ... cura quae caecat mentem et conturbat. tacito animo non illum uidet, sed magnum esse clamore metitur.

1146–1147 CONTRA ... DIEM *inserui* || **1155** Theba⟨no⟩rum *scripsi* || **1155** TISIPHONE **M**[ac]**BVAF**[pc]**pG**, t(h)e- **M**[pc]**fKQF**[ac]**ψ** || **1156** Tisiphone **MBVAFpO**, t(h)e- **fE**[1]**mKQψ** || **1167–1168** quae ... conturbat *ante* caeca ... cura *in* ω *ad locum restitui* || **1169** clamore **M**[pc]**fBO** *Lindenbrog*, -em **M**[ac]**E**[1]**mVπ** *Mombritius*

502 LAEVAQVE CONVVLSAE DEDIMVS CARCHESIA TERRAE quae sinistra manu funduntur, laeua manu infuderat. inferis sinistra manu immolamus pocula. 1170

503–504 CASSVSNE SACERDOS / (AVDIOR) et hunc locum de Lucano mutuatus est. ut ⟨VI 730–732⟩:

'Tisiphone uocisque meae secura Megaera, 1175
non agitis saeuis Erebi per inane flagellis
infelicem animam?'

506 COLCHIS [AGET] ciuitas Scythiae, de qua omnes ueneficae. unde Medea.

⟨**507** NOSTRI CVRA MINOR⟩ hoc est: illis obtemperatis, nostra praecepta contemnitis. 1180

509–510 (MIXTOS CAELIQVE EREBIQVE) SVB VNVM / FVNESTARE DEOS pro 'in unum' et 'in commune'.

⟨**510–511** EXSANGVIA FERRO / ORA SEQVI ATQVE AEGRAS FVNCTORVM CARPERE FIBRAS⟩ immolationem hominis. propter necromantiam. his enim inferi delectantur. 1185

514 ET QVIDQVID DICI NOSCIQVE TIMETIS haec de Lucano ⟨VI 730 sqq.⟩ mutuatur, cum minantem manibus Thessalam induceret.

1171 *post* laeua *inser.* namque **fV** || 1175 Tisiphone **MBVA pO**, t(h)e- **fKQFψ** || 1176 saeuis] -as **ω** || 1178–1179 COLCHIS ... Medea] *uidetur Lactantius per uerbum* Colchis *ciuitatem non magam Colchis natam intellexisse, sed fortasse* ⟨Colchi⟩ *ante* ciuitas *inserendum* || 1178 AGET *seclusi* || 1179 unde Medea *suspexi* || 1180 NOSTRI CVRA MINOR *inseruit Lindenbrog* || 1183 est *inser. post* et **MK** | commune] -em **KV** || 1184 EXSANGVIA ... FIBRAS *inserui*; *lemma excidisse credidit Jahnke* || 1185 necromantiam **MφRv ek**, ni- **fmBKWVF**[pc]**ψ**

1190 **515** (ET TVRBARE HECATEN) NI TE THYMBRAEE VERERER bene: licet magicam faceret, honorem seruauit Apollini. cuius et reuerentia nolle se dicit germanae eius dei inuocationis metu contumeliam facere. [ipsa autem Hecate et Diana dicitur.] [tetigit et philosophice partem sacrorum 1195 iuxta picturam, quam inferiore adnotatione commemorat.]

516–517 ET TRIPLICIS MVNDI SVMMVM (QVEM SCIRE NEFASTVM / ILLVM SED TACEO) dicit [autem] deum *δημιουργόν*, cuius scire non licet nomen. infiniti autem philoso-1200 phorum ⟨et⟩ magorum [Persae] etiam confirmant [aut] reuera esse praeter hos deos cognitos qui coluntur in templis alium principem et maximum dominum, ceterorum numinum ordinatorem, de cuius genere sint soli Sol atque Luna. ceteri uero, qui circumferi a sphaera ⟨astra⟩

1193–1194 ipsa ... dicitur *interpolatum seclusi* || **1194–1196** tetigit ... commemorat *seclusi* (quam ... commemorat *iam glossemata esse recognouit Barth*) || **1197–1231** ET TRIPLICIS ... potest] *de scholio toto uide quod scripserunt Bidez et Cumont* || **1198** autem *seclusi* || **1198–1199** *δημιουργόν Gale Heyne* (*perperam Gyraldum addidit Pfeiffer*), *litteris Latinis*, (*δημιοῦργον coni. Lindenbrog, Schottky teste*), demoirgon **ω**, demogorgona *Mombritius* (demogorgon **QF**[2] *in marg.* **bR(G)O**[pc]**vek**; *nomen* Demogorgon *a Lactantio* (*non ex* **m**, *cuius partem exscripsit*) *hausit Boccaccius, Genealogie deorum gentilium*; *de qua re cf. Pfeiffer, pp. 20–22* || **1199** id est summum *inser. post* demoirgon **Vπ** | non licet nomen] nomen non licet **Mm** || **1200** et *inserui* | magorum [Persae] *scripsi*, magnorum Persae *Mombritius*, magi Persarum *Schottky* | Persae *secludendum censuit Heikel* | aut *seclusi, om. Mombritius* || **1202** maximum *A. Klotz p. 514*, maxime **ω** || **1204–1205** circumferi a sphaera ⟨astra⟩ nominantur *scripsi ex Bidez et Cumont, qui* circumferi (*pro* circumferri) *legerunt* (circumfer = *περιφερής, qui se*

nominantur, eius clarescunt spiritu. [maximis in hoc auctoribus Pythagora et Platone ⟨Tim. 38 C et sqq.⟩ et ipso Tagete.] sed dire sentiunt qui eum interesse nefandis artibus actibusque magicis arbitrantur. in uersu ergo poeta sic dixit illum, quasi nomen sciret ⟨sic⟩ ['sic' repetiuit] ut proderet, sed hoc magis ad terrorem dixit [illum ut putaretur scire]. si ergo sciri nefas est, disci a uate non potuit. licet magi sphragidas habeant quas putant Dei nomina continere, sed Dei uocabulum a nullo sciri hominum potest. sed quid ueritas habeat, percipe. huiusne dei nomen sciri potest qui nutu tantum regit et continet cuncta, cuius arbitrio deseruiunt, cuius nec aestimari potest mundus nec finibus claudi? sed cum magi uellent uirtutes eius, ut putabant, [sese] comprehendere, singulas appellationes, quasi per naturarum potestates, abusiuo

1205 1210 1215

mouet in circulo) *et* astra *propter similia uerba* (astra *et* a sphaera) *excidisse proposuerunt, unde* circumferuntur a sphaera astraque nominantur *coniecerunt* || **1205–1207** maximis ... Tagete *seclusi* (*extra ordinem* (*post* philosophorum (**1200**)*?*) *iudicauit A. Klotz p. 514*, nitentes (*ex* **f**) *post* Tagete *genuinum*) || **1207** dire] diuerse *coniecerunt sed reiecerunt Bidez et Cumont* || **1209** sic *inserui* | 'sic' repetiuit *seclusi* || **1210–1211** illum ... scire *seclusi* || **1212** magi sphragidas *Grotius* (*iam* mag' phragidas **c**), magis frigidas **ME²** **mk**, magis frigias **fO**, magis frigas **BVπ** || **1214** quid] quod **M^ac K** || **1215–1216** continet cuncta = *συνέχει τὰ πάντα*; *cf. Bidez et Cumont, qui hic et infra* (*ad* **1217** *et* **1223**) *crediderunt Lactantium philosophi Graeci libro male tradito usum esse*; *de usu simili aliorum librorum Graecorum cf. ad I 402–403* || **1217** mundus *om.* **Vπ** (mundus = *κόσμος*) || **1217–1222** sed cum ... uocabulis] *locus difficilis et non certe expeditus:* singulas ... designarunt, quasi ... conati sunt, quasi ... uocabulis *ter fere idem uelle intellego* || **1218** uirtutes *scripsi cum* **b** (-em **Q**), -is **ω** || **1219–1221** quasi ... quasi ... quasi *suspexi* || **1219** naturarum] *sc. Dei summi?* | potestates] *sc. singulas* | abusiuo *Mombritius*, -e **ω**

1220 modo designarunt et quasi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati sunt, quasi ab affectu cuiusque dei ductis uocabulis, sicut Orpheus fecit et Moyses, Dei summi antistes, et Esaias et his similes. Etrusci confirmant Nympham quae nondum nupta fuerit praedicasse 1225 maximi Dei nomen exaudire hominem per naturae fragilitatem pollutionemque fas non esse, quod, ut documentis assereret, in conspectu ceterorum ad aurem tauri Dei nomen nominasse, quem ilico ut dementia correptum et nimio turbine coactum exanimasse. sunt qui se – licet se- 1230 creto – scire dicunt, sed falsum sciunt, quoniam res ineffabilis comprehendi non potest.

518 IAMQVE EGO) VOS [AVIDE] 'infernae canes, eliciam aut insequar' deest.

⟨**520** PANDITVR ELYSIVM CHAOS⟩ iuxta picturam illam ue- 1235 terem in qua haec tormenta descripta sunt [et ascensio ad deum].

1220 designarunt] -uerunt **fKpG** ‖ **1220–1221** nobilitate] -em *Heikel* ‖ **1222** dei *scripsi,* rei ω | Moyses] -is **M**^{ac}**K** ‖ **1223** Dei summi antistes = *ἱερεὺς Θεοῦ Ὑψίστου* ‖ **1224** Nympham] *sc. Vegoia uel Begoe; cf. Roscher VI 172–173 s. u. Vegoia (Wissowa)* | nondum **vek** *Jahnke,* dum non ω ‖ **1225** exaudire **KQ** *Bidez et Cumont,* -ri ω | hominem] ab -e f *Jahnke* | naturae (**M**^{pc}?)**O** *Mombritius,* -as ω ‖ **1227** tauri *Mombritius* (*cf. eiusdem auctoris editionem Vitae Sancti Syluestri*) *Heikel Bidez et Cumont,* tacito ω (taciti **M**^{ac}?) ‖ **1232** AVIDE *seclusi* | infernae canes, *scripsi et interpunxi,* inferne canes ω ‖ **1234–1236** iuxta ... deum *post* SVMMVM (**1196**) *in* ω *ad locum, ut uidetur, restitui, et cum lemmate* PANDITVR CHAOS *instruxi* (*an melius ad uu. 537–540* QVIS ENIM REMEABILE SAXVM/FALLENTESQVE LACVS TITYONQVE ALIMENTA VOLVCRVM/ET CALIGANTEM LONGIS IXIONA GYRIS/NESCIAT *referat?*) ‖ **1235–1236** et ... deum *locum ualde suspectum* (*cf. Bidez et Cumont*) *seclusi*

524 ET STYX (DISCRETIS INTERFLVA MANIBVS OBSTAT) quae meatu suo manes discernit a superis. ut ⟨Aen. VI 439⟩: 'et nouies Styx interfusa coercet'. et ideo hic interflua nominauit. 1240

526–527 (STYGIAEQVE SEVEROS) / IVNONIS THALAMOS Pythagoras dicit duo esse hemisphaeria, quibus proprios deos assignat. et facit superioris regem Iouem et reginam Iunonem, inferioris Ditem Iouem esse infernum, Proserpinam uero Iunonem infernam. et duas Veneres: unam 1245 supernam et alteram Libitinam. et alios deos binos constituit: Hecaten, sicuti Ditem Iouem, ita et hanc Stygiam Iunonem. ut Vergilius ⟨Aen. VI 138⟩: 'Iunoni infernae dictus sacer'.

530 ARBITER HOS DVRA VERSAT CORTYNIVS VRNA licet de 1250 disceptatore animarum et censore uitae alia sit secreta et arcana ueritas, tamen, quod ex opinione translatum est in fabulis, scribam. Cortynius arbiter Minos Cretensis, cui ad gloriam et titulum sola natalium sufficeret claritas, meruit placiditate mentis ut illum plus moribus quam ge- 1255 neris auctoritate homines mirarentur. fuit enim rex Cretae ita uita clemens, ut – quod est mirum – gauderent eum dominum quibus imperabat habuisse. defunctus deinde, quantum mansuetudo mereatur, nec fato quidem hoc honore priuatus est. nam dicitur apud manes de su- 1260 premo exitu iudicare mortalium. ueteres enim Graeci, ut impios crudelesque poenas apud inferos luere, sic bonum quemque adeptum bonae uitae praemia post mortem esse dixerunt. quod est bonitatis exemplum, quia Minos se

1252 est *Mombritius*, sit ω || 1259 mereatur **MfmQbRGOv ek**, mercatur E[2]**BVφc**

1265 non ut regem aut tyrannum, sed tamquam unum de plebe gessit; quae laus summa est. ut Seneca in Thyestis choro ⟨uu. 342–352⟩:

'nescitis, cupidi arcium,
regnum quo iaceat loco.
1270 regem non faciunt opes,
non uestis Tyriae color,
non frontis uota regia,
non auro nitidae trabes.
rex est, qui posuit metus
1275 et diri mala pectoris,
quem non ambitio impotens
et nunquam stabilis fauor
uulgi praecipitis mouet'.

ARBITER [HOS] quasi quaesitor. ex sorte iudex legit quos
1280 habeat in consilio. ut ⟨Aen. VI 432⟩: 'quaesitor Minos urnam mouet'. hic Iouis et Europae filius, cui fuere fratres Rhadamanthus et Sarpedon.

532 POENARVM LVCRA FATERI poenas quas apud superos lucrati sunt. ut: ⟨Aen. VI 568⟩ 'quae quis apud superos
1285 furto laetatus inani'.

535 ANGVSTAM CENTENI AEGAEONIS VMBRAM Vergilius ⟨Aen. X 565⟩: 'Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt'. ANGVSTAM tenuatam. nec enim in figura um-

1266–1268 choro nescitis *A. Klotz p. 503*, nesci chorotis **ω**, nescitis **ψ** *Mombritius* || **1266** Thyestis] -e *Mombritius* || **1268** arcium] arctium **mAF**, artium **(B?)VbRGOve(k)**, arctum **Q**, aretum **p** || **1271** uestis **ψ** *Seneca*, -es **ω** || **1272** uota] nota *Seneca* | regia] -ae *Seneca* || **1273** trabes] fores *Seneca* || **1279** HOS *seclusi* || **1284** quae quis] quisque **fm** || **1288–1289** umbrae **fmV**, aurę **MBKπ**, animae *Mombritius*

brae tanta est magnitudo quanta in corporis ueritate. uel quem spatia tanta uix capiant, uel quamuis centum ma- 1290 nus fuerint, umbra tamen eius memoratur angusta. [quia maior est in umbra inani quam in corpore magnitudo.]

537 REMEABILE SAXVM Vergilius ⟨Aen. VI 616⟩: 'saxum ingens uoluunt alii'. Sisyphi exemplo illi signantur, qui contempta uera philosophia ad uoluendum mundi onus 1295 crebro uertuntur.

538 FALLENTESQVE LACVS Tantali, cuius ab ore epulae subtrahuntur. bene lacus pro 'potu' posuit. sic Horatius ⟨sat. I 1, 68–69⟩:

'Tantalus a labris sitiens fugientia 1300
captat flumina'.

TITYON⟨QVE ALIMENTA VOLVCRVM⟩ quia Latonae uoluit uim inferre, eius pectus lacerat uultur.

539 ⟨CALIGANTEM LONGIS⟩ IXIONA GYRIS ⟨caligantem⟩ *σκοτούμενον* quod rotae uolubilitate rapiatur. Ixion, Phle- 1305 gyae filius, cum misericordia Iouis in caelum sublatus fuisset, Iunonem de stupro interpellare ausus est. quae de audacia eius conquesta Ioui suadente ipso pro se nubem misit, cum qua Ixion concubuit, et geniti sunt Centauri. reuersus autem ad mortales Ixion gloriatus est cum Iu- 1310

1289 tanta] -i **KV** ‖ **1291–1292** quia ... magnitudo (*ad* CENTENI, *ut uidetur, scriptum*) *contra quod supra* (nec enim ... ueritate) *scripsit Lactantius Placidus interpolatum seclusi* ‖ **1294** uoluunt] uuolunt **M**[ac]**f** ‖ **1297** ab ore] arbore **MV** ‖ **1305** *σκοτούμενον scripsi*, ekatimenon (*εkaϑYMHNON* **BV** (-*ϑι*)) *in* ω *obelis distinxi*; de Ixione *ἐνθύμημα 'tale quid'* (*!*) *proposuit Jahnke* ‖ **1307** Iunonem] io- **M**[ac]**Ap** ‖ **1308** pro] per **Mf**

none concubuisse. ob quam causam eum Iuppiter fulmine percussit et ad rotam uoluendam ligauit.

548 NOSTRAMQVE MONE PER SINGVLA NOCTEM quia a Iunone caecatus fuerat Tiresias, qui maiorem libidinem lo-
1315 cutus mulierum est, ideo quod ante femina fuisset. et merito, quia utriusque sexus fuerat expertus naturam. de qua re et ante ⟨ad II 85–96⟩ dictum est.

549–550 CARMENQVE SERIT (QVO DISSIPAT VMBRAS / QVO RECIET SPARSAS) sensus: et serit carmen, quod collectas
1320 umbras et non necessarias spargeret, necessarias uero ac passim uagantes in unum cogeret.

550–551 QVALIS SI CRIMINA DEMAS / COLCHIS (ET AEAEO SIMVLATRIX LITORE CIRCE) talis erat Manto, qualis Medea aut Circe, criminibus ademptis, magica arte perfecta. ut
1325 collatio conueniret, Medeae artem tulit herbarum, quia Manto uno carmine potentiam exercet. Circen autem non carminibus constat, sed herbis ualuisse, quia decipiebat poculis transeuntes. ut Vergilius ⟨Aen. VII 19–20⟩:

'potentibus herbis
1330 induerat Circe in uultus ac terga ferarum'.

equidem cum sit naturae ratio fingendo corpora facere homines qui fuerant beluae, resoluta ferae figura huma-

1312 uoluendam] -um **M** (m? – *ualde dubium*) **V** || **1313** SINGVLA] -AM **Mφ** || **1320** et *Lindenbrog*, ad **ω** | necessarias[1] **M**ac**B Q**pc**G**, -a **M**pc**fmKVπ** | necessarias[2]] -a **K** *Mombritius* | ac **fmB VQ**, ad **MKπ** || **1321** passim] -um **MF**ac**p** | cogeret **BQ** *Mombritius*, -re **MfmKπ** || **1323–1324** criminibus ademptis *ante* qualis … Circe *in* **ω** *inuerso ordine scripsi* || **1327** decipiebat] -iat **Mπ** || **1330** Circe] dirce **ω**, *corr.* **ψ** *Mombritius* (circes **Q**)

nos uultus effingunt. Circe ergo fuit mortalis, quam stulti Solis filiam fuisse dixerunt, si fas est, ut dei filia credatur esse mortalis. sed ordinem fabulae perstringamus. haec 1335 igitur Circe in insulam Aeaeam delatos ad se in feras mutabat. ad hanc forte delatus Vlixes Eurylochum cum uiginti et duobus sociis misit, quos ab humana specie commutauit. sed Eurylochus inde fugit et Vlixi nuntiauit. is solus ad eam proficiscitur, cui in itinere Mercurius re- 1340 medium dedit monstrauitque quomodo Circen deciperet. qui, postquam ad eam uenit, ab ea poculo accepto Mercurii remedium miscuit et eduxit ensem eique minatus est, ut socios sibi restitueret. tunc Circe sensit sine uoluntate deorum non esse factum fideque data socios ei restituit. 1345 ipse cum ea concubuit, ex qua Telegonum procreauit. inde proficiscens ad Auernum delatus ad inferos descendit. – reliquos labores eius Tiresias uates edocuit.

553–554 PRIMVS SANGVINEO (SVBMITTIT INERTIA CADMVS / ORA LACV) eleganter coepit a conditore Thebarum poste- 1350 riorum historias narraturus. Cadmum et Harmoniam diximus ⟨ad III 274⟩ in dracones esse conuersos, quorum ueniunt animae ut bibant fossam sanguinis plenam.

555 AMBORVM Cadmi et Harmoniae.

1333 *post* effingunt (fingunt **M**) *praebent* cum uero (ergo **m**) de gramine fit hoc (*ex* huius **M**) est de frugibus terrae quales etiam praeter animam licentia est **Mfm** ‖ **1334** dei] olim **M** (solis **M**²) **m** | filia] -am **E**² ‖ **1336** in¹ *om. inser. superscr.* **M**, *om.* **π** | insulam Aeaeam *scripsi*, insula Maeonia **ω** ‖ **1337** Eurylochum] euriloquum **fE**² ‖ **1339** Eurylochus] euriloquus **fV** ‖ **1344** restitueret **QGOvek** *Mombritius*, -isset **ω** ‖ **1348** reliquos ... edocuit *om.* **BV** | *notandum est Lindenbroga Lactantio per Tiresiam Homerum aeque uatem atque caecum denotatum credidisse*

1355 **556** TERRIGENAE quos sparsis draconis dentibus terra edidit.

557 (QVIS AEVI) MENSVRA DIES quibus nascendi moriendique ... dies fuit.

557–560 (MANVS OMNIS IN ARMIS / OMNIS ET IN CAPVLO 1360 PROHIBENT OBSTANTQVE RVVNTQVE) / SPIRANTVM RABIE (NEC TRISTI INCVMBERE FOSSAE / CVRA SED ALTERNVM CVPERENT HAVRIRE CRVOREM) id est: furore uiuentium adhuc arma tractabant suumque magis fundere sanguinem festinabant quam eum, qui erat fusus in fossa, 1365 ⟨haurire⟩. [SED ALTERNVM CVPERENT HAVRIRE CRVOREM] [quos draconis dentibus satis tellus ediderat,] odia uetera retinentes potandi ordinem immatura festinatione turbarunt.

561 FLETIQVE NEPOTES Pentheus, Actaeon, et Melicertes.

1370 **562** ORBAM AVTONOEN quia Actaeonem filium perdidit. ANHELAM ... INO uel furentem quod ei [in]nupsit paelex, uel quod mariti Athamantis tela fugiens cum Melicerte sese fluctibus tradidit quod Athamas Learchum occiderat.

1375 **564** ET OPPOSITIS SEMELEN A VENTRE LACERTIS quia cum proximas uidisset fulminis flammas, pia mater non immemor pignoris manus uentri, ne perimeretur, opposuit, quasi fulmen non sibi, sed filio formidaret. mire autem

1358 *lacunam posuit in qua* una *uel* eadem *legere proposuit A. Klotz p. 496* || **1365** haurire, *exempli gratia, suppleui* | SED ALTERNVM CVPERENT HAVRIRE CRVOREM *seclusi* || **1366** quos ... ediderat *seclusi* | draconis **Qvek** *Jahnke*, -um **ω** || **1370** AVTONOEN] -NEM **Mf** || **1371** [in]nupsit *corr.* **M**[2] *Lindenbrog*

dictum est a u e n t r e, quod inter periculum fulminis filio timeret. 1380

565 GENETRIX CADMEIA Agauen dicit, [non Cadmi filiam, sed quae a Cadmo originem duceret,] quae filium furens occidit. ergo g e n e t r i x C a d m e i a ambigue. non enim mater Cadmi, sed filia. ordo: Cadmeia genetrix ... insequitur ⟨u. 567⟩. [quae scitur esse Cadmeia.] 1385

569 ECHION pater Penthei. [Actaeonis uero Aristaeus ⟨u. 573⟩ fuit, filius Apollinis et Cyrenae.]

570 TRISTEM NOSCO LYCVM [hic est Lycus, qui Megaram filiam suam Herculi dedit uxorem et ob hoc a Iunone in furorem uersus est et filios Herculis ex Megara susceptos 1390 Oxea et Creontiadem occidit. t r i s t e m ergo propter mortem nepotum.] hic est [ergo] Lycus maritus Antiopae, Nyctei regis filiae, et t r i s t i s ob stuprum coniugis, quam per uim stuprauerat Epaphus. ille eam proiecit. Epaphus autem fuit ex Io[ne] et Ioue natus. quam fabulam latius 1395 aperiemus. Antiopa, Nyctei regis filia, ab Epapho per do-

1381–1382 non ... duceret *seclusi* || **1384** Cadmi *Barth*, -eia ω || **1384–1385** ordo ... Cadmeia *om.* **m**V || **1385** quae ... Cadmeia *seclusi* || **1386–1387** Actaeonis ... Cyrenae *locum contra morem Lactantii ad uu. 572–574 infra referentem seclusi* || **1388–1392** hic est Lycus ... nepotum] *scholium a quodam satis indocto confectum seclusi: cf. ad X 891* || **1388** Megaram Q[ac] *Kohlmann*, megęram ω || **1390** Megara *Kohlmann* (*?*), megęra ω || **1391** Oxea] Toxea *Grotius*, Oxeam *codd. schol. ad X 891*, Aream *Myth. Vat. II 158* | Creontiadem *scripsi*, Leo- ω || **1392** ergo *seclusi* || **1394–1396** Epaphus ... Epaphus ... Epapho] *sic Hyginus 7 Myth. Vat. I 96 Kulcsár II 74 pro* Epopeus ... Epopeus ... Epopeo *in* ω || **1395** ex Io[ne] *scripsi* (ex Ione π *Jahnke*, ixione ω; Io *ex* Ioue *sequente corruptum?*) || **1396–1405** Antiopa ... priuauerunt] *pars scholii de Hygino 7 partim exscripta forsitan secludenda*

lum est stuprata, quae ob id a uiro Lyco est eiecta ui. qua pulsa Dircen duxit uxorem. cui suspicio incidit uirum suum clam cum Antiopa concubuisse. itaque impetrauit
1400 a famulis ut eam uinctam in tenebris clauderent. cui cum partus instaret, Iouis uoluntate effugit uincula et in monte Cithaerone partum exposuit. natos Zethum et Amphionem proiecit. hos pastor pro suis educauit, quos postea mater agnouit. iniurias eius exsecuti Lycum interfe-
1405 cerunt, Dircen tauro indomito religatam uita priuauerunt.

570–571 (DEXTRAMQVE IN TERGA REFLEXVM) / AEOLIDEN (VMERO IACTANTEM FVNVS ONVSTO) Athamanta dicit, Aeoli filium, cum humero ... onusto, quia sic pingitur: insequens Ino uxorem, collo portans filii Learchi cadauer.

1410 **572–573** (NECDVM ILLE AVT HABITVS) AVT VERSAE CRIMINA FORMAE / (MVTAT ARISTAEO GENITVS FRONS ASPERA CORNV / TELA MANV REICITQVE CANES IN VVLNVS HIANTES) ⟨crimina⟩ propter crimina, quia in Dianam nudam inciderat. [FRONS ASPERA CORNV] Actaeonem significat,
1415 quem dicit apud inferos eadem forma mansisse qua apud superos fuerat: habentem cornua.

576 TANTALIS Niobe Tantali filia †et Penelopes†, quae partus sui fecunditate praelata cum filiis ⟨bis⟩ septem a Diana et Apolline probatur exstincta.

1399–1400 impetrauit a] imperauit *Hyginus Myth. Vat. I et II, unde* Q ‖ **1402** Zethum **QFpvek** *Mombritius*, cetum ω ‖ **1405** religatam] de- *Hyginus* ‖ **1410** CRIMINA **fπ**, -E **M**, C. **V** ‖ **1414** FRONS ... CORNV *seclusi* ‖ **1415** qua] quia **M**^ac^**f** ‖ **1417** Tantali] -is **fAF pk** | et Penelopes *obelis distinxi*; uel Pelopis (*ex Myth. II 71*) *coni. Robert; an melius* uel Phoronei *ex schol. ad IV 589 Myth. II 8 uel* et ⟨soror⟩ Pe[ne]lopis? ‖ **1418** ⟨bis⟩ *inserui, secludendum proposuit* septem *Gaffney*

577–578 NIL DEIECTA MALIS I(VVAT) E(FFVGISSE) D(EORVM) / N(VMINA) filiis delectatur exstinctis amplius sibi posse in deorum iniuriam licere, cum desint in quibus peccatorum licentia uindicetur. nam ideo subdidit: 'et insanae plus iam permittere linguae'. 1420

584 EXTERNAE SATIS EST MIHI LVCIS duplex hic expositio est. nam externae aut humanis aspectibus, quoniam diuinam lucem uult magis intellegi, aut certe quod ipse diuinatione alieno fruebatur aspectu. 1425

584–585 INERTES / (DISCEDVNT) NEBVLAE (ET VVLTVM NIGER EXVIT AER) inertes epitheton est nebulae. nam uultum caecitate obrutum ad uidenda quae sunt diuina, perpetua nox exuit caecitatis. 1430

588 MAERENT ARGOLICI (... MANES) coniecturam facit de ducum uultibus luctuum futurorum.

589 TORVVS ABAS Acrisii pater, quem idcirco toruum dicit quod fuerit toruus in ciues. PROETVSQVE NOCENS ideo nocens quia Bellerophontem innocentem uoluit occidere. Bellerophontes, Glauci filius, cum ignarus ad Proetum in hospitium uenisset et uxor Proeti Sthenoboea [siue Antia] illum amaret nec ab eo impetrare potuisset ut secum concumberet, apud suum uirum mentita est ab eo se compellatam fuisse. Proetus ad Iobatem, socerum 1435 1440

1421 delectatur] -antur **fφk** || **1428** diuinatione **fVO** *Jahnke* (*iam* -e in *Barth*), -em **MmBKπ** || **1430** nam] iam *proposuit Jahnke* || **1438** Bellerophontes **vk** *Jahnke*, *iam Mombritius*, pellerofontis **M**, bellerofo] **f**, bellerofontis **mφc**, bellorofontis **E**[2]**BbO** (-es **R**), bellorophon **QG**, bellophontes **e**, Bellerophon *Lindenbrog* || **1439** Sthenoboea] stenopea **Mf** || **1440** siue Antia *seclusit Thompson* || **1442** Iobatem *Apollod. II 21* (*unde Mai, ut uidetur, lectiones ad I 71 II 131 Bode, quibus Jahnke pro fonte usus est, falso importauit*: *cf. I 70 II 154 Kulcsár*), iuuatem **ω**

suum, misit et de eadem re Bellerophonti dedit tabellas perferendas socero. quibus lectis interficere noluit talem
1445 uirum. sed cum ille prudentia sua et castitatis auxilio se ab instanti periculo liberasset, tamen, ut pudicitiam periculi probaret immanitas, ad interficiendum Chimaeram missus est, quam ille Pegaso iuuante prostrauit. denuo eum misit ut Calydonas uinceret. etiam illos cum uicis-
1450 set, nouissime Iobates sciuit quae sibi fuisset causa tanti mali faciendi. crimina quae in eum confi⟨n⟩xerat aboleuit uirtutemque eius laudans alteram filiam Alcimenen ei dedit uxorem. at Sthenoboea re cognita ipsa se interfecit. ergo hic Proetus nocens, qui innoxiam iuuenem peri-
1455 culis tantis obiecit. haec fabula apud Homerum est in libro sexto ⟨Il. VI 155–197⟩. ipse est Proetus, cuius filias sub contumelia laesi numinis Iuno furore compleuit, quo se factas buculas putarent. de quibus Vergilius ⟨ecl. VI 48⟩: 'Proetides implerunt falsis mugitibus agros'.
1460 PHORONEVS hic est, qui primus Iunoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Ioui. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnauit, cuius filiam Nioben, quae

1444 noluit *Thompson, cf. Hyg. 57,* uoluit ω || **1445** sua *Mombritius,* sui ω || **1448** ille] -a **M**φ (-am **c**) || **1449** Calydonas] *immo Solymos* || **1450** Iobates *Jahnke,* adiuates **M** (*ex* -antes) **fE**[2]**A** (-ces **F**, -cres **p**), iuuates **m**, at -es **B**, adiobuatus (**c**?), ariobates **bvek**, -bantes **R**, -brates **G**, aro- **O**, *om.* **Q** || **1451** confi⟨n⟩xerat *corr.* (**M**[pc]?)**Fpvek** *Jahnke,* -ant *Mombritius*) || **1452** Alcimenen **f** (*leg.* -ch-) *Jahnke* (*iam* Alchimenem *Lindenbrog*), alchimem *corr. in* alchimen ei **M**, alchim' **B**, alchimen π, *om Mombritius: re uera* Anticliam || **1454** hic *Jahnke,* his ω || **1457** numinis **f** *Mombritius,* nominis ω || **1462** quae *scripsi,* quia ω

alia⟨s⟩ Tantali est, Iuppiter primo mortalem dicitur compressisse.

590 TRVNCATVSQVE PELOPS Vergilius ⟨georg. III 7⟩: 'hu- 1465
meroque Pelops insignis eburno'.

590–591 SAEVO PVLVERE SORDENS / (OENOMAVS) sordens, quia per circum tractus est. saeuo, quia ibi occisi fuerant innocentes.

592–593 (QVID AVTEM / HI) GREGE CONDENSO isti sunt 1470
quinquaginta quos Tydeus occidit.

595 FALSO CLAMORE ut Vergilius ⟨Aen. VI 493⟩: 'inceptus clamor frustratur hiantes'.

595–597 (LEVATAS) / INTENDVNT SINE PACE MANVS R(EX)
F(ALLOR) A(N) H(I) S(VNT) / (QVINQVAGINTA ILLI) ⟨rex⟩ o 1475
rex Eteocles. eos ostendit Eteocli quos etiam ipse posset agnoscere. sine pace autem dixit aut bellicosas aut ipsi discordes, cuius causa fuerant interempti.

598 (NOSTRA) PRAESIGNEM MAEONA LAVRV Maeonem il-
lum uatem dicit ideo praesignem ... lauru, quoniam 1480
fuit sacerdos Apollinis et diuinatione pollebat. quem Tydeus a quinquaginta uirorum caede seruatum remisit Thebas incolumem. qui se in conspectu regis donatam uitam respuens conscientia uirtutis occidit.

599–602 NE SAEVITE DVCES (NIHIL IN MORTALIBVS AVSVM / 1485
CREDITE CONSILIIS HOS FERREA NEVERAT ANNOS / ATROPOS EXISTIS CASVS BELLA HORRIDA NOBIS / ATQVE ITERVM TYDEVS) quasi apud indignantes eos loquitur qui fuerant in-

1463 alia⟨s⟩ *correxi* || **1467** OENOMAVS *inseruit Mombritius* || **1472** ut *om.* **Mm** || **1483** Thebas **Qψ** *Mombritius*, -is **ω** || **1488** fuerant] -int **f**E^2**m**

terempti a Tydeo, et casum humanae sortis excusat Fato-
1490 rum legibus euenisse. omina prospera uiderat de parte
Thebana et Argolicos duces uultu pronuntiasse de fato
belli. sed uidit illos Thebanos quos Tydeus peremit. quos
hic minantes ciuibus suis placat dicens Fatorum fuisse le-
gem ut tot caderent, non uirtutis alienae, dein superstiti-
1495 bus Thebanis, qui Tydeum uidentur esse passuri. hoc au-
tem mihi uidetur dixisse Statius historiae ductus exemplo
ut animas seu manes irasci diceret et a Tiresia placatas.
Alexander igitur cum in Asia⟨m⟩ traduceret exercitum
conspexit proximam litori manum armatorum armis
1500 Achiuis candentium. propterea tubam canere iussit et mi-
lites nauibus egredi armatos. sed cum isset a conspectu
Macedonum ea species umbrarum ante cunctis perspecta,
ut attigit Troicam terram, certus a uicinis factus quod
eiusmodi uisiones ibi frequentissime fierent, suspicatus
1505 animas esse Achiuorum qui consociati foedere Thessalis
fuerant heroico bello, inferias apud tumulos eorum de-
dit precatus aduersus barbaram gentem auxiliarios sibi
fieri, opinatus eosdem et in excessione classis apud litus
sibi uisos. itaque in ea pugna, cum apud Granicum con-
1510 flixere exercitus, multas eiusdem speciei in proelio con-

1490 omina *Lindenbrog,* omnia ω ‖ **1495** uidentur] -rent **fm** ‖ **1497** placatas] -os **M**^{pc}π ‖ **1498** Asia⟨m⟩ *corr.* **Q** (G: ax-) **ve** *Mombritius* ‖ **1500** candentium *scripsi,* -ibus ω (cadentibus **M**^{ac}π) ‖ **1501** isset *scripsi,* esset ω, abesset **QO**^{pc}**vek**^{ac} *Jahnke, iam Mombritius,* -esse π, -iret *Lindenbrog* ‖ **1503** Troicam *scripsi,* thraciam ω ‖ **1504** suspicatus *Mombritius,* -i ω ‖ **1506** heroico *Jahnke* (*sc. Troiano*), heruico ω Hernico **bRGvek** *Mombritius* ‖ **1508** quod *inser. post* opinatus **M**π ‖ **1509** itaque] itemque *Vollmer* ‖ **1510** speciei *scripsi,* -es ω | proelio *Jahnke,* -a ω ‖ **1510–1511** conspecta[n]s *scripsi,* -ant *Jahnke*

specta[n]s puta⟨uit iuua⟩ntes Macedonum exercitum nec minus alias animas apparuisse barbarico habitu, ex aduerso existimans eos ⟨in⟩ hostium numero. eo proelio multis ex utraque parte caesis, locus in quo ceciderunt faba primo floruit, quae nata fidem ueteribus praebuit 1515 qua abstinendum usu fabae suadent. NIHIL IN MORTALIBVS AVSVM quotiens ratione carent facti immanitate uirtutes, humanis non sunt assignandae consiliis. Vergilius ⟨Aen. XII 427–428⟩ simili admiratione ait:

'non haec humanis opibus, non arte magistra 1520
prouenitunt'.

EXISTIS CASVS euasistis. ut furentum ducum placaret inferias. ⟨eas⟩ euasisse enim dicit casus et Fortunae ludibria. nam Vergilius e x i s s e pro 'euasisse' posuit ⟨Aen. V 438⟩: 'atque oculis uigilantibus exit'. ⟨BELLA HORRIDA NOBIS⟩ nobis uero supersunt belli discrimina. Vergi- 1525 lius ⟨Aen. XI 96⟩: 'nos alias hinc ad lacrimas'.

606–609 (DIRVMQVE TVENS OBLIQVA NEPOTEM / NOSCIT ENIM VVLTV) NON ILLE AVT SANGVINIS HAVSTVS / C(ETERA) C(EV) P(LEBES) A(LIVMVE) A(CCEDIT) A(D) I(MBREM) / (IM- 1530 MORTALE ODIVM SPIRANS) o b l i q u a ob parricidium poste-

1511 puta⟨uit iuua⟩ntes *conieci* (*iam* iuuantes (*om.* putantes) *Jahnke*), putans **B** *Mombritius* || **1513** existimans eos ⟨in⟩ *scripsi, exempli gratia,* existimantes ω (-ante f, -ans **B**) | numero *scripsi,* -um ω || **1515** primo *Mombritius,* -a ω | floruit quae *Vollmer,* florentique ω, floresque *Mombritius* | nata] nati *Mombritius* || **1516** qua **fE²m**, quae *corr. in* quod **M**, quia π *Mombritius edd.* | suadent] suaserit *Mombritius* | IN **MfBA^ac Fp**, HIC **A^pc Q F²**ψ *Statius* || **1522** ut ... inferias] *cf. ad V 21* || **1523** eas *inserui* || **1525–1526** BELLA ... NOBIS *inseruit Lindenbrog* || **1531** obliqua *scripsi,* -us *uel* oblicus ω

ris. horret nepotem Laius ex scelere procreatum nec sacrificii oblatione mitescit. nam cum importune instantes abigit illos quinquaginta qui Tydei manu fuerant inter-
1535 empti, quos uittis redimitos dicit utpote reges, eosque sanguine sacrificii placat ostenso, illum tamen non sanguinis sacer, non alius liquor qui sacrificiis consueuit offerri mitigat, id est uini aut mellis aut lactis. sed immortale odium posteris seruans nulla sacrificii oblatione
1540 placatur.

611–612 (CVIVS AB INTERITV NON VLLA AMPHIONIS ARCES) / VIDIT AMICA DIES ⟨amica⟩ prospera, id est quae ab exsecrabilibus facinoribus esset aliena. nam post eius obitum uxor filii sui Oedipodis est sortita coniugium, qui fu-
1545 nestam rem saepissime fecunditate partus incesti significauit. secutum est nihilo minus ut re cognita filius coniunx uoluntaria se caecitatis poena damnaret, deinde Polynicis exilium et post omnia imminens bellum.

613 (MVLTVM) PLACATA MINORIBVS VMBRA calamitatibus
1550 posterorum. nam et parricida filius perpetua erat morte caecitatis damnatus et in regno nepotes erant regnandi cupiditate discordes.

616 (OBSITVS ...) PAEDORE squalore confectus.

617 EIECTVSQVE DIE exclusus a diei claritate.

1555 **618** CREDE MIHI quia simili caecatus crucior uita.

1532 ex scelere M^pc(f?)B^pcπ, excellere M^acB^acKFpk^ac *Mombritius* || 1535 quos ... reges] *uidetur Lactantius* uittasque (*u. 602*) *cum codice Puteano legisse* || 1542 ab **KBπ**, *om., inser. superscr.* **M**, *om.* **fE**[1]**m** || 1544 Oedipodis *Mombritius*, -es ω || 1545 incesti] incerti **Kπ** || 1545–1546 significauit] signauit **M**^pc**m** || 1551 regno **Q** *Mombritius*, -um ω

619 LITANTI pro 'litato'.

620–621 (VENTVRASQVE VICES ET FVNERA BELLI) / PANDE VEL INFENSVS VEL RES MISERATE TVORVM quoniam si iratus es, narra quod doleam, si placatus es, posteris ede quod caueant. 1560

⟨**622–624** TVNC EGO TE OPTATA VETITAM TRANSMITTERE LETHEN / PVPPE DABO PLACIDVMQVE PIA TELLVRE REPONAM / ET STYGIIS MANDABO DEIS⟩ ut in inferorum squalore perpetuo posito regi suaderet quae poscebat edicere, spem ulterioris ripae, ad quam praeter gloriosam mortem 1565 quam belli necessitas ingerebat uiolenter occisi prohibebantur accedere, promittit carminibus posse concedere et deis inferis se commendare, quamuis esset contra iura prohibitum.

624–625 MVLCETVR HONORIS / MVNERIBVS T(INGVIT)Q(VE) 1570 G(ENAS) placatus muneribus sacerdotis sumpsit sacra libamina et tunc demum reddidit consultanti responsum. alii tinguitque genas magis intellegi uolunt fletu quam sanguine.

626 VERSANTI MANES consideranti. 1575

627 (AVGVRIO ...) POTISSIMVS melior ad augurandum.

630–632 [POSCITIS] ILLVM ILLVM (SACRIS ADHIBETE NEFASTIS / QVI LAETO FODIT ENSE PATREM QVI SEMET IN ORTVS / VERTIT ET INDIGNAE REGERIT SVA PIGNORA MATRI) schema epizeuxis id est repetitio nominis. dicit ergo Oedipum, fi- 1580

1560 caueant *scripsi,* -am ω || **1561–1563** TVNC ... DEIS *inserui* || **1568** commendare *scripsi,* -at ω, -aturum (eum) *proposuit Jahnke* || **1577** POSCITIS *seclusi* | ILLVM^2 *om.* **Mm** || **1580** epizeuxis] -sis **M**^{pc}**K**π

lium suum, haec sacra debuisse facere, qui nece patris et matris concubitu Thebanum mouerat bellum.

633–634 (ET NVNC ILLE DEOS FVRIARVMQVE) ATRA FATIGAT / (CONCILIA) imprecando filiis lassat. Horatius ⟨carm.
1585 I 2, 26–28⟩:

'prece qua fatigent
uirgines sacrae minus audientem
carmina Vestam?'

638 LERNAEOS (... ALVMNOS) Graecos a Lerna, palude Ar-
1590 giae.

639 HOS TERRAE MONSTRA propter Amphiaraum, qui hiatu terrae demersus est, seu propter Tydeum, qui prodigialiter Melanippi, percussoris sui, cerebrum uorando defunctus est.

1595 **639–640** DEVMQVE / TELA (MANENT) propter Capaneum, qui eo clarior fuit, quod Iouis fulmine meruerit interire.

640–641 (AB IGNE SVPREMO) / SONTES LEGE MORAE id est ex lege morae uenientes, ne sontes sepelirentur Achiui. – sontes autem morae optime nocentes, quia differunt
1600 sepulturam. sic et in primo ⟨uu. 36–37⟩:

'tumulisque carentia regum
funera'.

644 EI MIHI CRVDELIS (VINCIT PATER) aut quia effectum est quod optauit, aut qui superuicturus est filiis.

1583 FVRIARVMQVE *inser.* m *Mombritius* || **1584** CONCILIA *inseruit Mombritius* || **1587** sacrae] sanctae *Horatius* || **1589–1590** Argiae *Barth*, arcadiae ω || **1593** Melanippi *Kohlmann*, menalippi ω || **1595** MANENT *inseruit Mombritius* || **1603** effectum] af- fπ

646 GELIDAM NEMEEN silua in qua leo ille fuit quem Hercules uicit. 1605

648 SIDONIAS (... PRAEDAS) Thebanas, quia Thebarum conditor Cadmus. Sidonius uero Tyrius.

652–653 MARCIDVS (... LIBER) lassus, ebrius, aut quod molles faciat per pacem. 1610

653–654 (IBI ARMIFEROS GEMINAE IAM SIDERE) BRVMAE / (ORGIA FERRE GETAS) eleganter brumas pro annis posuit, non 'aestates', quia Thracas et Getas perpetuae semper habent hiemes. ut Vergilius ⟨georg. III 356⟩: 'semper hiems, semper spirantes frigora cauri'. dicit ergo duobus 1615 annis Thracas Getasque exutos furore bellandi docuisse culturas.

654–655 (CANVMQVE VIRESCERE DORSO / OTHRYN ET ICARIA RHODOPEN ADSVEVERAT) VMBRA id est uitibus obsitam facere. Icaria...umbra dixit, quia Icar⟨i⟩us comes Li- 1620 beri accipitur, qui a Libero uini usum ut mortalibus traderet sumpsit. quod cum pastoribus exhibuisset potandum, ebrii facti putauerunt se ueneno fuisse temptatos ⟨et⟩ Icar⟨i⟩um peremerunt. cuius Erigone filia cum ductu canis inuentum fleret cadauer, in uindictam patris 1625 deorum implorauit auxilium. recepti ambo dicuntur in sidera, Erigone in Virginem, Icar⟨i⟩us in stellam Bootae. dicitur enim cum plaustro suo receptus in caelum. unde Iuuenalis ⟨V 22–23⟩:

1620 Icar⟨i⟩us *correxi* || **1624** et *inserui* | Icar⟨i⟩um *correxi* | peremerunt **fmQvek**, -imerunt **MBπ** || **1627** Icar⟨i⟩us *correxi* | Bootae **M**[pc] **e** *Mombritius*, boetę **M**[ac] **mπ**, poetę **f**

1630 'haud illo tempore, quo se
frigida circumagunt pigri serraca Bootae'.

656–657 ET IAM PAMPINEOS M(ATERNA) A(D) M(OENIA) C(VRRVS) / P(ROMOVET) Ouidius ⟨met. III 666–667⟩:
'ipse racemiferis frontem circumdatus uuis,
1635 pampineis agitant uelatam frondibus hastam'.
MATERNA (AD) MOENIA id est ad Thebas, quia exinde fuit Cadmi filia Semele, mater Liberi.

658 LYNCES Triptolemus beneficio Cereris cum fruges per omnes spargeret gentes, ad Ly⟨n⟩cum, Scythiae regem,
1640 uenit ibique paene deceptus est. uolens enim Ly⟨n⟩cus id quod hospes attulerat fuisse suum monstrare, Triptolemum insidiis finire conatus est. at ille periculo cognito stricto gladio Ly⟨n⟩cum persequi coepit. ille in feram sui nominis uersus morum suorum colore distinctus est. ut
1645 Vergilius ⟨georg. III 264⟩: 'quid lynces Bacchi uariae?'

659 ARMENTALIA non a r m e n t a r i a. ut Vergilius ⟨Aen. XI 571⟩: 'armentalis equae mammis et lacte ferino'.

1630 haud] aut *Iuuenalis* || **1631** pigri serraca] pigris errata **ω** |Bootae **Be** *Iuuenalis*, -em **M**, -en **mtA**,boeten **fFpcGO**, -e **QbRvk** || **1634** uuis **MQbRvek** *Ouidius*, ubi **fmKπ**, uber **B** || **1635** agitant] -at **M**[pc] *Ouidius* || **1638** Triptolemus **(E**[1]**)(Q)b vek** *Mombritius*, tre- **ω** || **1639** Ly⟨n⟩cum *correxit Barth* | Scythiae **B** *Jahnke*, *iam Barth*, squacie, *superscr.* spuicie **M**, squicie (*uel* -tie) **fE**[1]**mtO**[ac]**vek**, squisitie **A**, licie **Q**, quis ne **Fp**, squirtie **c**, sitie **O**[pc], Siciliae *Lindenbrog*, *om.* **G**, *spatio uacuo relicto*, **bR** *Mombritius* || **1640** Ly⟨n⟩cus *correxit Barth* || **1641–1642** Triptolemum **M**[pc]**E**[1]**(Q)bvek** *Mombritius*, tre- **M**[ac]**fmBπ** || **1643** Ly⟨n⟩cum *correxit Barth* || **1644** morum suorum colore] *cf. Seru. Aen. I 323*: feram uarii coloris, ut ipse uariae mentis extiterat || **1646** armentaria **M**[ac], -tiria **M**[pc], -tatia **f**, -tia (*uel* -cia) **KFpGe**, -ticia **π** | ut **KA**, *om.* **MfQFpψ**

660 MIMALLONES [VRSAS] lingua Macedonum Bacchae. hinc Persius ⟨I 99⟩: 'torua Mimalloneis implerunt cornua bombis'. 1650

661–662 (NEC COMITATVS INERS) S(VNT) I(LLIC) I(RA) F(VROR)Q(VE) / E(T) M(ETVS) E(T) V(IRTVS) (ET) N(VNQVAM) S(OBRIVS) A(RDOR) quae omnia nascuntur ex uino. ut Vergilius ⟨georg. II 455⟩: 'Bacchus et ad culpam causas dedit'. 1655

663 SVCCIDVIQVE GRADVS ebrietate titubantes.

668 AERAQVE TYMPANAQVE (ET BIFOREM ... TVMVLTVM) Vergilius ⟨Aen. IX 619⟩: 'tympana uox buxusque uocant'.

671–672 (SAEVVM) / ARGOS masculini generis in plurali 1660 tantum numero esse Vergilius docet ⟨Aen. II 95⟩: 'si patrios unquam remeassem uictor ad Argos', in singulari uero s a e u u m Argos notandum neutri generis ciuitatem Argos dictam. nam et Horatius neutro genere posuit ⟨carm. I 7, 9⟩: 'aptum ... equis Argos'. 1665

673–674 CINERI DATA MATER INIQVO / (NATALESQVE ROGI) illud dicit tempus quo fraude Iunonis Semele mater optauit Iouem eo cultu uidere quo cum Iunone concumberet. quod cum ferre non potuisset, diuino igni apud Thebas consumpta est. merito ergo eam ciuitatem matris sepul- 1670 crum Liber appellat.

1648 VRSAS *seclusi* || **1649** Mimalloneis **ME**^{1pc}**π**, mami- **fm**^{pc}, muma- **E**^{1ac}, mama- **m**^{ac}, mema- **BK** || **1651** NEC ... INERS *inser.* **π** (*om.* **A**) *Jahnke, iam Mombritius* (*leg.* HAEC) || **1652** ET[2]] S. **ω** || **1658** uox] uos *Vergilius* || **1661** ut *inser. ante* Vergilius **Mm**

674–675 (QVAEQVE IPSE MICANTIA) SENSI / (FVLGVRA) ad exaggerationem materni supplicii dicit etiam se in utero constitutum sensisse uim fulminum.

1675 **677** NECTAM FRAVDE MORAS n e c t a m iniciam. dis enim solum conceditur ut contra fata moram faciant. ut Vergilius ⟨Aen. VII 315⟩: 'at trahere atque moras tantis licet addere rebus'. in opinione ergo multorum est multa fieri extra legem Fatorum. nam si in hoc quod fixum est et ine-
1680 luctabile dilatio uel mora habetur, fides decreti uiolatur et quasi uincitur fatum. unde Cicero ⟨Phil. I 4,10⟩: 'multa fiunt praeter naturam praeterque fatum'. ILLVM ILLVM TENDITE CAMPVM deest 'in'.

678 HYRCANAE (... IVGALES) id est Scythicae tigrides. ut
1685 Vergilius ⟨Aen. IV 367⟩: 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres'.

679 DICTO PRIVS Vergilius ⟨Aen. I 142⟩: 'dicto citius tumida a(equora) p(lacat)'.

680–681 (TEMPVS ERAT MEDII CVM SOLEM IN CVLMINA
1690 MVNDI) / TOLLIT ANHELA DIES a n h e l a aestuosa, quando sol in Cancro est.

⟨**682** ATQVE OMNES ADMITTVNT AETHERA LVCI⟩ et necesse est, quando sol in medio caelo est, omnia illustret.

683–684 (VNDARVM VOCAT ILLE DEAS) MEDIVSQVE SI-

1682–1683 ILLVM *semel scripsit* **M** ‖ **1684** Scythicae E^2 *corrigens* E^1**B** *Jahnke* (*iam* Scythiae *Lindenbrog*, Scythae *Mombritius*), quiticę (*uel* -te) **MfE**^{1}**mφ**, getice **Q**, *om.* id est ... tigrides **ψ** ‖ **1692** ATQVE ... LVCI *inserui* ‖ **1693** in **KAvek**, *om.* **MfmBQF pψ** ‖ **1694–1695** SILENTVM **Bπ**, -IVM **MfpG**

LENTVM / (INCIPIT) cum silerent Nymphae, quibus conuo- 1695
catis medius ipse constiterat.

684 AGRESTES FLVVIORVM (NVMINA NYMPHAE) oratio Liberi apud Nymphas ut cuncta siti exhausta siccarent. numina autem fluuiorum sunt Nymphae, a fontibus enim originem ducunt. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 71⟩: 'Nymphae, 1700 Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est'.

685 (ET NOSTRI) PARS MAGNA GREGIS nostri comitatus maxima portio.

687 (ERRANTES OBDVCITE PVLVERE) RIVOS id est: tanta uis sit siccitatis ut riuorum aluei puluere impleantur. 1705

688–689 (PRAECIPVAM) NEMEEN (QVA NOSTRA IN MOENIA BELLIS / NVNC ITER) ⟨Nemeen⟩ paludis nomen unde erant Argiui. ex qua et campum significat quo aduentat Argiuus exercitus.

689 EX ALTO FVGIAT LIQVOR penitus imperat ut humor ex 1710 alto in profundum discedat.

689–691 (ADIVVAT IPSE / PHOEBVS) ADHVC SVMMO (CESSET NI VESTRA VOLVNTAS / LIMITE VIM COEPTIS INDVLGENT ASTRA) quia medio caeli spatio uiolentior terris ardor solis infunditur, per quem unda siccatur. ut Vergilius ⟨georg. 1715 IV 426–428⟩:

'et medium sol igneus orbem
(h)a(userat), a(rebant) h(erbae), e(t) c(aua) f(lumina) s(iccis)

1698 siccarent **fmQb** *Mombritius*, -et **MBKπ** || **1702** ET NOSTRI *inseruit Mombritius* || **1706** NEMEEN **π**, -EES **Mf** || **1712** ADHVC] AD HOC **M**pc**m**

1720 f(aucibus) a(d) l(imum) r(adii) t(epefacta) c(oquebant)'.
et sensus hic est: nisi uestra uoluntas cesset, summo limite indulgent astra uim coeptis. constat etiam Liberum eundem et Apollinem esse et Solem. ideo iuuenes omnes
1725 imberbes, quia ignis non senescit.

691–692 MEAEQVE / ERIGONES SPVMAT CANIS ⟨meae⟩ id est quam ego uindicaui, id est Erigone. singulis enim mensibus aliorum siderum ortus ingreditur. Canicularem ergo dicit stellam, quae ideo inter sidera recepta est quia
1730 seruauit cadauer Icar⟨i⟩i interempti, aut quia ipsa Erigonae nuntiauit interitum domini. et bene ait meae et propter Icar⟨i⟩um patrem. hodieque enim sacra Libero dantur in Erigones honore⟨m⟩. Vergilius ⟨georg. II 389⟩: 'oscilla ex alta suspendunt mollia pinu'.

1735 **695–696** (NOCTVRNAQVE FVRTA) LICENTVM / CORNIPEDVM (ET CVPIDAS FAVNORVM ARCEBO RAPINAS) licenter facientium Panum, nam solent Nymphas ad usum libidinis rapere. etiam Faunos sumpto uino in uenerem constat esse petulantes.

1723 astra] castra **M**^{ac}**A**^{ac}**Fp** || 1723–1725 constat ... senescit *post* petulantes (1739) *in* **ω** *ad locum restitui* || **1724** ideo **M** (*ex* uideo) **fQ**, adeo **mKπ** || **1729** inter **Mfvek**, in **mKπ** || **1730** Icar⟨i⟩i *correxi* | ipsa **ψ** *Mombritius*, ipse **ω** (*sed cf. ad IV 777, quod, si rectum sit,* qui ... receptus *supra legendum facit*) || **1730–1731** Erigonae (*uel* -e) **π** *Mombritius*, -em **M** (*ex* erio-) **fmK** || **1731** et² **M** (*del.*) **fπ**, quia **E**², *om.* **mQGOvek** || **1732** Icar⟨i⟩um *correxi* || **1733** Erigones **F** (**p**: regiones*!*) *Mombritius*, -is **ω** | honore⟨m⟩ **Q** *Mombritius*, -e **ω** || **1734** alta *Vergilius*, alto **ω**

⟨**698** VIRIDISQVE COMIS EXHORRVIT VMOR⟩ ad imitatio- 1740
nem radiorum qui luce sua funduntur. ergo aut ipse Liber
a se cepit ardorem aut uelociter quod petierat impetrauit,
ut uirides uuae situ caloris horrescerent.

699 PROTINVS INACHIOS (HAVRIT SITIS IGNEA CAMPOS)
Graecus exercitus iam describitur. I n a c h i u s autem 1745
c a m p u s Argiuus. ut ⟨Aen. VII 286⟩: 'Inachiis sese refe-
rebat ab Argis'.

702 AEGRA SOLO MACIES a e g r a arida, quasi macilenta. ut
Vergilius ⟨Aen. III 142⟩: 'et uictum seges aegra ⟨nega-
bat⟩'. 1750

705–710 SIC VBI SE MAGNIS (REFLVVS SVPPRESSIT IN AN-
TRIS / NILVS ET EOAE LIQVENTIA PABVLA BRVMAE / ORE PRE-
MIT FVMANT DESERTAE GVRGITE VALLES / ET PATRIS
VNDOSI SONITVS EXSPECTAT HIVLCA / AEGYPTVS DONEC
PHARIIS ALIMENTA ROGATVS / DONET AGRIS) Ouidius libro 1755
primo ⟨met. I 422–427⟩:

> 'sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
> Nilus et antiquo sua flumina reddidit alueo,
> aetherioque recens exarsit sidere limus,
> plurima cultores uersis animalia glebis 1760
> inueniunt et in his quemadmodum coepta per ipsum
> nascendi spatium, quaedam imperfecta'.

BRVMAE illo tempore quo bruma apud Aegyptum esse cre-

1740 VIRIDISQVE COMIS *scripsit Mombritius* (*immo* -AS; *correxit Lindenbrog*), *cui addidi* EXHORRVIT VMOR, *pro* ET OMNES COMAT (*lemma uerum corruptum*) *in* **ω** ‖ **1741** qui] quia **fK** ‖ **1749–1750** negabat *inser.* **π** ((aegra-)n **A**, negabanṭ **F**, -āt **p**) *Jahnke ex Vergilio,* tulit **M**, neglexit **K**, *om.* **fm** ‖ **1759** aetherioque recens *Ouidius*, aetherio quercens **ω** ‖ **1761** quemadmodum] quaedam modo *Ouidius* | per] sub *Ouidius*

ditur. Eoae autem liquenti⟨a⟩ Aegypti liquore
1765 nascentia. HIVLCA AEGYPTVS calore fissa. Vergilius ⟨georg. II 353⟩: 'aut ubi hiulca siti findit C(anis) a(estifer) a(rua)'. ergo hoc facit Nilus quod apud alias gentes bruma, id est imbres. ut Lucanus ⟨X 300⟩: 'atque hiemes afferre suas'.

1770 **710** MAGNVMQVE INDVCAT MESSIBVS ANNVM Lucanus ⟨III 70⟩: 'effusis magnum Libye tulit imbribus annum'.

713 (NVNQVAM IN RIPIS) AVDAX ERASINVS qui ripis suis se contineri non patitur. et idcirco dixit audacem id est grauiter sonantem.

1775 **713–714** (AEQVVS / FRVCTIBVS) ASTERION) Erasino contrarius fluuio. nam cum sit ille populator aruorum, hic fructibus est aequus. et haec flumina in Nemea silua sunt omnia.

716–717 (VNA TAMEN TACITAS SED) IVSSV NVMINIS
1780 (VNDAS / HAEC QVOQVE SECRETA NVTRIT LANGIA SVB VMBRA) ⟨iussu numinis⟩ ipsius Liberi. bona uero oeconomia. nam si ei⟨s⟩ Langia defecisset, perissent Argiui et non esset bellum quod fataliter debebatur.

717–719 LANGIA ... / (NONDVM ILLI RAPTVS DEDERAT LA-
1785 CRIMABILE NOMEN / ARCHEMORVS NEC FAMA DEAE) fons est qui postea uocatus est Archemorus. et huic consecra-

1764 liquenti⟨a⟩ *corr.* **B** *Mombritius* || **1765–1767** HIVLCA ... a(rua) *post* suas (**1769**) *in* **ω** *ad locum restitui* || **1765** ut *ante* Vergilius *suppleuit* **K**, *pro* Vergilius *Mombritius* || **1766** aut] hoc *Vergilius* || **1767** apud **E**^{2}**B**, *om.* **Mfmπ** || **1769** suas] tuas *Lucanus* || **1776** aruorum **K** *Jahnke*, arborum **ω** || **1782** ei⟨s⟩ *scripsi cum* **Q**, ea **K** *Jahnke*

tus est fons et Nympha, cuius famam postea Argiui accepto beneficio extulerunt quia non perdiderat aquam. iuxta hunc fontem agon celebratur in honorem Archemori consecratus et in Nymphae beneficium. Archemo- 1790
rus est Lycurgi filius [Graeci] quem Hypsipyle acceperat nutriendum. quae dum sitientibus Graecis Langian fontem demonstrat, regium puerum ictu serpentis amisit. idem puer Opheltes, qui post Archemorus est dictus. NOMEN enim lacrimabile sign⟨ific⟩at Archemorus *ἀπὸ* 1795
τῆς ἀρχῆς τῆς μοίρας, eo quod primus occisus est. NOMEN gloriam uel famam.

721 HYPSIPYLEN Lemnias fuit. quodam tempore dum Lemniadum uiri in Thracia pugnantes triennio tenerentur, indignatae desiderio necem feminae aduersus omnes 1800
coniurauerunt ut omnes perimerent. inter quas sola Hypsipyle Thoanti patri pepercit. ex quo in se armauit ceterarum furorem. quae dum fugeret, capta ad Lycurgum regem ducta est [Graeciae]. in cuius seruitio cum filium eius Ophelten nutriret, puer dracone periit. qua orbitate 1805
rex iratus cum in Hypsipyle ius dominii exercere uellet eamque filio inferias mittere, a Graecis prohibitus ⟨est⟩, quibus fontem sitientibus demonstrauit. Graecis uero postea responsum est non prius eos ad Thebas peruenire

1791 Graeci *secludendum putauit Jahnke*: *seclusi* || **1792** Langian] *sic* **ω**; -am*?* || **1795** sign⟨ific⟩at *corr.* **Q** *Lindenbrog* || **1795–1796** *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μοίρας ex litteris partim uel quasi Graecis recognouit Wölfflin* || **1797** gloriam uel famam] famam uel gloriam **fπ** || **1800** necem *Mombritius*, decem **ω** || **1804** Graeciae *seclusi* || **1807** est *inser.* **M** *superscr. manu recentiore* **Q** *Mombritius* || **1808** demonstrauit] -erat*?* || **1809** peruenire] uenire **Mm**

1810 nisi placassent manes Archemori. pro qua re illi ludos funebres condiderunt, de quibus ipse poeta plenius loquitur.

723–725 ERGO NEC ARDENTES C(LIPEOS) V(ECTARE) N(EC) A(RTOS) / T(HORACVM) N(EXVS) (TANTVM SITIS HORRIDA
1815 TORRET / SVFFICIVNT) ⟨artos⟩ quia arti et angusti efficiebantur per anhelitum hominum. nam anhelitu solet corpus intumescere.

731 CATENATAS (... LINGVAS) frenatas.

735 AMYMONES (... LIQVOR) ab Amymone, Danai filia,
1820 nuncupatus fons. CAECIS latentibus quia ignorabantur.

736 (IGNIBVS HAVSTA) SEDENT quia quod incenditur sedet et deprimitur.

737 FLAVAM LIBYEN Iuppiter Epaphum, quem ⟨pro⟩cre-
1825 auerat, in Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. oppidum Memphim et alia plura constituit et ex Cassiopa[n] uxore suscepit filiam Libyen, quae postea in Africa regnum possedit. cuius ex nomine terra Libyes est appellata.

1830 **738** (NVLLAQVE VMBRATAM NVBE) SYENEN ciuitas quae Aethiopiam ab Aegypto diuidit. quia ibi nunquam pluit, ideo nulla nube umbratam dicit.

1814 T(HORACVM)] O. **M** || **1824** quem **Wφ** *Jahnke*, qui **Mfm** *Lindenbrog*, quo **ψ** || **1824–1825** ⟨pro⟩creauerat **vk** (-nt **e**) *Jahnke* (*crea- **M**, ocrea- **m**) || **1825** Aegypto **Q** *Jahnke*, -um **ω** || **1826** Memphim] -in **mW** || **1826–1827** Cassiopa[n] **bR** *Mombritius*, -en **W**, -e **Q**

740–741 (ERRANTES) SVBITAM PVLCHRO IN MAERORE TVENTVR / (HYPSIPYLEN) cum septem duces Thebas oppugnatum uenissent et aquam quaererent, Adrastus deuenit 1835 ad Hypsipylen, Thoantis filiam, cuius alumnus Archemorus periit. et ludos funebres instituerunt, quibus ludis Hypsipyle cum duobus filiis ex Iasone intererat. qui et ipsi matrem quaerentes currendo uicerunt. quorum nomina praeco cum pronuntiasset, Iasonis et Hypsipyles fi- 1840 lios esse mater eos cognouit. qui ab rege impetrarunt ut matrem recuperatam Lemnum reuocarent.

742 (INACHII) PROLES INFAVSTA LYCVRGI Lycurgi duo fuerunt Thrax et Nemeaeus, de quo loquitur poeta. ille in mari praecipitatus dicitur quia primum aquis uina permis- 1845 cuit et rem in haustu sinceram pluribus uenenis infecit. infausta ideo quia peritura.

749–751 (ARQVITENENS) SEV TE LATONIA CASTO / (DE GREGE TRANSMISIT THALAMIS SEV LAPSVS AB ASTRIS / NON HVMILIS FECVNDAT AMOR) siue te, inquit, Diana de grege 1850 suo alicui uxorem dedit, siue te deus aliquis suo amore dignatus est. nam posse hoc fieri Iouis docemur exemplis qui multas Graeciae feminas amauit. TRANSMISIT THALAMIS hoc est ⟨in⟩ matrimonium collocauit. hoc ideo quia uidet illam infantem ferre. NON HVMILIS FECVNDAT 1855 AMOR id est: a numine compressa peperisti. NON HVMI-

1838 cum *add. superscr.* **M**, *om.* **fE¹mKWπ** | duobus filiis **M**, duos filios **fmπ**, duo filii **KE¹** (*leg.* dui (*!*)) **W** | intererat *om.* **mπ** | qui **Wφe**, quia **M^pc fmψ**, quae **M^ac** ‖ **1839** currendo *e.q.s.*] *aliter Statius Theb. V 715 sqq.* ‖ **1841** cognouit **Mf**, ag- **E¹m KWπ** ‖ **1853** Graeciae feminas amauit] amauit Graeciae feminas*?* ‖ **1854** in *inser.* **Qvek** *Lindenbrog*

LIS quia non patitur iniuriam numen, si tecum id est cum Argiua concumbat.

751–752 (NEQVE ENIM IPSE DEORVM) / ARBITER ARGO-
1860 LIDVM THALAMIS NOVVS quasi qui consueuerit cum Argolicis matribus saepe concumbere. an quia ⟨Io⟩ Inachi Argiui filiam amauit et Danaen item Acrisii Argiui filiam? ergo uerisimile est et hanc Iouis paruisse complexibus, quia frequenter Iuppiter est Argiuarum concubitu delec-
1865 tatus.

755 CARPIT consumit. ut ⟨georg. III 215⟩: 'carpit e(nim) u(ires) p(aulatim)'.

757 [SEV TIBI] FOEDA PALVS caenosa sordibus.

⟨**757–758** NIHIL HAC IN SORTE PVDENDVM / NIL HVMILE
1870 EST⟩ unde Lucanus ⟨IV 312–313⟩:

'moriensque recepit,
quas nollet uicturus, aquas'.

763–764 (DIRCAEOS TIBI DIVA GREGES) NVMERVMQVE REPENDAM / (PLEBIS ET HIC MAGNA LVCVS SIGNABITVR ARA) id
1875 est: omnis te plebs uenerabitur, ut pro numero exercitus de Thebanis gregibus tot tibi uictimas immolemus [perseuerat in opinione qua coepit, ut tot hostias de grege Thebano numeret quantus fuerit plebis numerus nominatus.]

765–766 (ORANTIS) MEDIA INTER ANHELITVS (ARDENS /
1880 VERBA RAPIT) inter media uerba rapit. an melius sic: media uerba interrumpit?

1858 concumbat *Lindenbrog*, -et ω ‖ **1859–1860** ARGOLIDVM K *Jahnke*, -CVM ω ‖ **1861** Io *inserui* ‖ **1868** SEV TIBI *seclusi* ‖ **1869–1870** NIHIL ... EST *inserui* ‖ **1876–1878** perseuerat ... nominatus *seclusi* ‖ **1881** interrumpit *Lindenbrog* (*ex* -rupit *Mombritius*), -rapit ω

766 CVRSV ... ANIMAE spiritu uitae.

767–768 (FLATVS ...) SOLVTI / (ORIS) patuli ad auras capiendas. egent enim humore uitali, ideo aerem expetunt. 1885

769 ETSI CAELESTIS ORIGO EST nam pater eius Thoas Liberi patris fuisse filius dicitur. ergo ista neptis Liberi fuit.

771–772 (ALTRICEM MANDATI CERNITIS) ORBAM / (PIGNORIS) haec cum Iasone aliquando in Lemno concubuit. ex 1890 quo enixa est geminos, quorum alter Thoas, alter Euneus dictus est, quos fugiens reliquit in Lemno. et quia ⟨quod⟩ uiuant ignara est, orbam se pignoris esse confessa est.

772 (AT NOSTRIS) AN QVIS SINVS (VBERAQVE VLLA) id est: si meis filiis adducta est nutrix. 1895

774 (SED QVID EGO HAEC FESSOSQVE OPTATIS) DEMOROR VNDIS uoluit dicere de suis liberis et pudore reuocata est. noluit enim pandere quod uidebatur sine pudore fecisse. aut ideo in media oratione conticuit, cum illi magis desiderio ⟨hauriendi quam⟩ audiendi succiderent. 1900

777 ICARII ... ASTRI canem Sirium dicit, qui, cum Erigonae patris eius corpus ostendit, in siderum numerum Liberi est beneficio collocatus.

779 (MISERVM ...) ALVMNVM Archemorum, Lycurgi fi-

1883 FLATVS *iam inseruit Mombritius* || **1887** fuisse filius **ME**[1], filius fuisse **mKBπ** || **1890** haec] nec **Mm**[ac] || **1892** quod *inserui* || **1895** adducta *scripsi* (*cf. V 466–467*), adhuc **ω** || **1900** hauriendi quam *proposuit inserendum Jahnke* || **1901–1903** qui ... collocatus] *an melius* quae ... -a (*cf. ad IV 691–692*)?

1905 lium, quem draco interemit. cui proprium nomen Opheltes est.

780–782 PONIQVE NEGANTIS / (FLORIBVS ADGESTIS ET AMICO MVRMVRE DVLCES / SOLATVR LACRIMAS) ordo est: lacrimas poni negantis murmure consolatur et floribus. 1910 poni autem significat abici et conquiescere. legitur et ponit ... negantem id est inuitum et reluctantem. expressit enim morem infantiae, quia nolunt a nutricibus separari.

783–784 (DVM PARVVM CIRCA IVBET EXSVLTARE TONAN- 1915 TEM) / CVRETAS TREPIDOS aut ad naturam rettulit Curetum, quod sint celeres ac feroces, aut trepidos metu Saturni intellegamus uel quasi iam deum formidantes Iouem.

784–785 (ILLI CERTANTIA) PLAVDVNT / ORGIA ad certatio- 1920 nem plaudunt hoc est feriunt orgia id est tympana.

785 SED MAGNIS RESONAT VAGITIBVS (IDE) postquam Op[i]s Iouem ex Saturno peperit, ⟨Nymphis⟩ commendasse dicitur in Ida, ne a Saturno interiret propter exclusionem regni quod Proteus edixerat. itaque cum Opem 1925 rogasset ubi esset quod pepererat, illa lapidem ei inuolutum ueste monstrauit, quem Saturnus uorauit. Amalthea nutrix, ne uagitus pueri audiretur, Corybantes posuit, qui Curetes Latine 'lares familiares' appellantur.

788 (IN VVLTVM) NITENS pronus reptans.

1930 **789** RENIDENS labia contrahens.

1921 IDE *inser.* W *Mombritius* || 1922 Op[i]s *corr.* WQ *Mombritius* | Nymphis *inseruit Jahnke* (*ex. Myth. Vat. II 16?*)

790 (TENERIS MEDITANS) VERBA ILLVCTANTIA LABRIS quia infanti quasi quoddam est inter uerba et labra certamen. nam, dum conatur uerba proferre, impeditur a labris immaturis.

795–796 (TALIS PER LITORA REPTANS / IMPROBVS) ORTYGIAE LATVS (INCLINABAT APOLLO) Iuppiter cum Asterien, Titani filiam, amaret et illa eum contemneret, in auem ortygiam conuersa est, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare deiecit. unde insula Ortygia est dicta. postea ibi Latona enixa est Apollinem et Dianam. quibus natis insula 'Delos' est nominata. INCLINABAT suo scilicet pondere. 1935 1940

802–805 (IBI EXSVLTANS CONCLAMAT AB AGMINE PRIMVS / SICVT ERAT LEVIBVS TOLLENS VEXILLA MANIPLIS) / ARGVS AQVAE (LONGVSQVE VIRVM SVPER ORA CVCVRRIT / CLAMOR AQVAE) ⟨Argus⟩ hic uexillum portabat et, ut erat in primis positus, exclamauit 'aquae, aquae sunt hic'. cui tota multitudo respondit exercitus: 'aquae'. ut Vergilius ⟨Aen. III 523–524⟩: 1945

'Italiam primus conclamat Achates, 1950
Italiam laeto socii clamore salutant'.

805 AMBRACII (PER LITORA) PONTI ⟨Ambracia⟩ ciuitas Epiri de qua mare nomen accepit. Lucanus ⟨V 651–652⟩:

'oraque malignos 1955
Ambraciae portus'.

1940 Latona **QbRvek** *Mombritius*, -e ω ‖ **1941** Delos] *nota ἔτυμον ex δηλοῦν* ‖ **1946–1947** primis *scripsi*, armis ω ‖ **1950** Italiam *iter.* **fmBK** ‖ **1952** Ambracia *inserui* ‖ **1955** oraque] -aeque *Lucanus*

808 (SALVTATVS CVM) LEVCADA PANDIT (APOLLO) hoc est: facit uideri montem ipsum id est Leucada, promuntorium Epirotici maris.

1960 **809–811** (INCVBVERE VADIS PASSIM DISCRIMINE NVLLO / TVRBA SIMVL PRIMIQVE NEQVIT SECERNERE MIXTOS) / AEQVA SITIS ut omnibus aequa sitis fuerat, ita omnibus aequam fecerat dignitatem.

811–812 (FRENATA SVIS) IN CVRRIBVS (INTRANT / ARMENTA)
1965 pro 'in currus impliciti', ut biberent.

817 DIRIPITVR populatur.

⟨**818–819** NVNC SORDET AQVIS EGESTVS AB IMIS / ALVEVS INDE TOROS RIPARVM TVRBANT a⟩ bibentibus siccantur tori riparum.

1970 **825–826** SILVARVM NEMEE LONGE REGINA V(IRENTVM) / (LECTA IOVIS SEDES) memor sui poeta laudat Nemeam siluam, quae inter Thebas et Argos est, quod in ea Iuppiter ⟨colitur⟩, cuius sacerdos erat Lycurgus rex, pater Archemori.

1975 **833–835** (NEQVE ENIM TIBI) CANA REPOSTAS / (BRVMA NIVES RAPTASQVE ALIO DE FONTE REFVNDIT / ARCVS AQVAS GRAVIDIVE INDVLGENT NVBILA CAVRI) flumina enim quae ex niuibus uel imbribus sumunt uires possunt siccari. uel hoc intellegendum: non interim effunduntur, niues cum
1980 uerticibus montium solis calore liquuntur.

1957 APOLLO *inseruit Mombritius* || 1965 in currus *Jahnke*, cum -us ω, cum -ibus *Lindenbrog* || 1967–1968 NVNC ... TVRBANT a *inserui* || 1968 bibentibus] bidentibus **fmK** || 1971 memor sui] *cf., ut uidetur, V 44–45 749? VI 88* || 1973 colitur *inser.* π *Lindenbrog*, erat E[1], colebatur **B** || 1975 REPOSTAS *Jahnke*, -PORTAS ω

837 APOLLINEVS LADON siue quod lauros habea[n]t circa ripas suas, quae in tutela sunt ipsius, ⟨siue⟩ propter Daphnen, cuius hic fluuius pater est. XANTHVS VTERQVE quia Lyciae et Troiae est.

838 SPERCHIVS(QVE MINAX) Thessaliae fluuius Centauris 1985 uicinus. (CENTAVREVSQVE) LYCORMAS qui et Euenos, quem Centaureum dixit, quod in eo Herculis sagittis Nessus Centaurus sit interemptus. ut Lucanus ⟨VI 365–366⟩:

'et Meleagream maculatus sanguine Nessi 1990
Euenos Calydona secat'.

Centaureum ideo quia hunc Nessus Centaurus custodiebat. Herculis uero fabula cunctis notissima est.

840–841 (CELEBRABERE ...) / AB IOVE PRIMVS HONOS post Iouem tu secundus inuocabere. sic Horatius ⟨carm. I 12, 1995 51–52⟩:

'tu secundo
Caesare regnes'.

1981 habea[n]t *corr.* **bGO** (-et **vek**) *Jahnke, iam Mombritius* || **1982** siue *inseruit Jahnke* || **1986** Euenos *coni. Lindenbrog,* thebenos **M**(f?)t, (h)ebenos **E**[1]**mB**π || **1991** Euenos **F**[ac]**p** *Lucanus,* etuenos **Mm**, eunos f, ebenos π

LIBER V

Descriptio alacris exercitus. allocutio Adrasti ad Hypsipylen petentis ut sibi narret quo esset genere procreata uel quemadmodum nunc seruiat. illius responsio, quem-
5 admodum coniurauerint Lemniades mulieres ira Veneris hortante Polyxo ut omnem uirilem necarent sexum, et quomodo ipsa Thoanti pepercerit patri eumque praeuio Libero patre, cuius filius fuerat, imposuerit naui et ipsa acceperit regnum. aduentus Argonautarum et eorum la-
10 bor tam contra tempestatem quam contra Lemniadas quae eos bellis lacessebant. pacis petitio ab Iasone. quomodo suscepti sint hospitio Argonautae et in consortium etiam cubilis admissi. quomodo ipsa ab Iasone decepta ut eius matrimonio consentiret. Argonautarum discessio.
15 fama quod uiueret Thoas. fuga Hypsipylae et captiuitas et uenditio Lycurgo facta. pueri Archemori descriptio. draconis terrigenae exsecutio occidentis Archemorum. ipsius draconis a Capaneo interitus. planctus Hypsipylae supra Archemori cadauer. Lycurgi aduentus uolentis occidere
20 Hypsipylen. defensio Argiuorum. iniuriosa militis indignatio circa Lycurgum pro Hypsipyle. interuentus Am-

6 Polyxo **M** (*ex* polipxo) **bvek** *Jahnke*, polipo **f**, pol**o (**m**?), polico **K**, polix ipso **φ** *Mombritius*, polixō **c**, polipso **G**, prolixipso **O**, *om.* **R**, Polixone *Lindenbrog* || 9–10 labor tam **QO**[pc] *Lindenbrog*, -em tam **M**[pc], -atam **M**[ac]**m**, -ationem **f**, laber **K**, laborata **φ** *Mombritius*, labor **ψ** || 15 Hypsipylae] -es **π** *Mombritius* || 18 Hypsipylae] -es **vek** *Mombritius*

phiarai pacem facientis. aduentus filiorum Hypsipylae de Iasone susceptorum. Amphiarai allocutio suadentis ut consecretur Archemorus.

1 (PVLSA SITIS FLVVIO) POPVLATAQVE GVRGITIS ALVVM hunc librum poeta extra ordinem carminis fecit, excessit enim oeconomiam suam. in quo libro ludi funebres sanciuntur Archemoro, qui primus in hoc bello, ut Protesilaus ⟨in⟩ Iliaco, expertus est mortem. ⟨POPVLATA⟩ hic agentis est, non patientis. 25 30

2 (AGMINA) LINQVEBANT (RIPAS) postquam ductu Hypsipylae Argiuus exercitus sitis ardore succensus uires liquore et haustu recuperauit, rursus ordinatur ad bellum. AMNEMQVE MINOREM quem per potum minorem fecit exercitus. 35

⟨**3–4** PEDES ARMA / IMPLET⟩ quia uacuantur, cum exuuntur, et ubi corpus muniunt, implentur.

⟨**4–5** REDIERE VIRIS ANIMIQVE MINAEQVE / VOTAQVE⟩ Lucanus ⟨IV 380–381⟩:

'sic gurgite puro 40
uita redit'.

⟨VOTA⟩ uota belli, quae ante susceperant aqua inuenienda.

22 Hypsipylae] -es **Qvek** *Lindenbrog* || 25 PVLSA ... FLVVIO *inser.* **bRG** *Mombritius* || 28 in *inser.* **Q** *Ven. 1483 1490* || 29 Iliaco **v(e)k** *Mombritius*, ilico **ω** | POPVLATA *inseruit Mombritius* || 29–30 hic ... patientis *post* ALVVM (25) *in* **ω** *ad locum restituit Lindenbrog* (*in quo loco et in* E¹ *inuenitur*) || 31–32 Hypsipylae] -es **Q** *Mombritius* || 36 ARMA *scripsit Jahnke, cui* PEDES *et* IMPLET *addidi, pro* ANIMIQVE (*u. 4*) *in* **ω** || 38 REDIERE *inseruit Jahnke, quaerens utrum* ANIMIQVE *magis ad scholium quadret:* VIRIS ... VOTAQVE *addidi* || 40 sic] sed *Lucanus* || 42 VOTA *scripsi pro* HAVSISSENT BELLI (*u. 6*) *in* **ω**

7–8 LEGEMQVE SEVERI / (ORDINIS) quem confundi milita-
45 ris prohibet disciplina.

8–9 (VT CVIQVE ANTE LOCVS DVCTORQVE) MONENTVR / (IN-STAVRARE VIAS) id est: unusquisque locum suum et dignitatem post potum recepit.

9–10 (TELLVS IAM PVLVERE PRIMO) / CRESCIT quia dum
50 erigitur puluis crescit terra in altitudinem.

11 PHARIIS (... SERENIS) Aegyptiis. Pharos enim ciuitas est Aegypti.

11–13 (QVALIA ...) / RAVCA PARAETONIO (DECEDVNT AGMINA NILO / CVM FERA PONIT HIEMS) laetitiae congrua
55 comparatio. sic Argiui post sitim laeti erant et alacres ut redeuntes grues ex Aegypto in Thraciam quando fugiunt Notum, qui in Aegypto calorem aeri⟨s⟩ tempore auget aestatis. CVM FERA PONIT HIEMS desinit. ut Vergilius ⟨Aen. VII 27⟩: 'cum uenti posuere'.

60 **14** VMBRA FRETIS (ARVISQVE) VOLANT ut sint umbrae fretis et aruis, quasi ipsae grues umbra fretis sint, uolens multitudinem designare. omne enim spatium pennarum densitate qua praeteruolant inumbratur. AVIVS AETHER hominibus scilicet.

65 **16** ET NVDO (... SVB HAEMO) ⟨nudo⟩ sine honore siluarum. Haemus est autem mons Thraciae. et bene nudo: uestiuntur enim arboribus. ut Sallustius ⟨Iug. 48, 3⟩: 'uestitus oleastro ac myrtetis aliisque generibus arborum'.

51 Aegyptiis (F?)(E[1]?) *Mombritius*, -us **M**(**B**?)**K**π || 53 PARAETONIO] per ethonio **fK**π (*uel* ethe-) || 57 aeri⟨s⟩ *corr.* **M**[pc]**QG** *Lindenbrog* || **60** ARVISQVE (*immo* ARTVSQVE) *inseruit Mombritius, corr. Ven. 1483 1490* || **67–68** uestitus] -ur **Mf**

18 DVX TALAIONIDES ⟨Adrastus⟩, Talai et Eurynomes filius. 70

20–21 CVI GLORIA TANTA / (VENIMVS) quasi ad gloriam Hypsipyles pertinet quod saluti sit restitutus exercitus.

21 (INNVMERAE FATVM) DEBERE COHORTES sensus: quia nostram uitam tibi debemus. ut pro salute quam tot cohortibus dederat eosdem habeat debitores. 75

23 QVANDO pro 'quoniam'. ut Vergilius ⟨Aen. I 261⟩: 'quando haec te cura remordet'.

24 QVAE DOMVS (AVT TELLVS ANIMAM QVIBVS HAVSERIS ASTRIS) cuius regionis esset aut unde originem duceret.

25 (DIC QVIS) ET ILLE PATER emphasis est. ut ⟨Aen. I 606⟩: 80 'qui tanti talem genuere parentes?'

26 TRANSIERIT FORTVNA LICET id est: quamuis a te felicitas emigrarit. fortunam autem dixit felicitatem.

29 LEMNIAS [ORSA] Lemniades cum diis omnibus decimas frugum annis soluerent singulis, solam Venerem praeter- 85 mittendam esse duxerunt. quae irata his odorem misit hircinum. quas mariti exsecrantes deserta Lemno odio coniugum Thracas petiuerunt eorumque sibi filias adsciuere coniugio. quod ubi Lemniadibus compertum est,

69 Adrastus *inseruit Mombritius* | Talai et Eurynomes **K** *Lindenbrog*, talai & (*ex* tali) eurinones **M**, telagete urimones **f**, tal- -es **mF²GO**, -te erimenes **t**, -e urinomes **Aψ**, -e urimes **Fp**, talaonis et eurinomes **Q**, thalaonis *Mombritius* || **72** Hypsipyles] -ae *?* || **74–75** ut ... debitores] *cf. ad IV 601* || **76** ut **Mmvek**, *om.* **Fkπ** || **84** ORSA *seclusi* || **86** duxerunt **M**^pc **E**¹ **Bφvek**, dix- **M**^ac **fm KQψ**

90 stimulante Venere in omne genus uirile coniurant remeantesque ex Thracia uiros omnes interimunt. inter quas Hypsipyle patri Thoanti sola subuenit, ut non solum parceret, uerum etiam fugientem prosequeretur ad litus. tunc Thoanti Liber occurrit eumque ad insulam Chion pro-
95 spera nauigatione perduxit. Lemnon Argonautae uenerunt, quos Lemniades suscipientes hospitio cum his concubuerunt. Hypsipyle ex Iasone duos filios procreauit Euneum et Thoantem. cum plurimis diebus detenti essent, ab Hercule obiurgati discesserunt. Lemniades au-
100 tem, postquam intellexerunt Hypsipylen patrem suum seruasse, interficere eam conatae sunt. illa dum fugit, a praedonibus capta Nemeam deportata est et Lycurgo, regionis eius regi, in seruitutem distracta.

30 INTEGRARE implere uel renouare. ut Vergilius ⟨georg.
105 IV 514–515⟩:

'miserabile carmen
integrat'.

31 INSERTA inducta. ut Vergilius ⟨Aen. II 671–672⟩:

'clipeoque sinistram
110 insertabam aptans'.

⟨**31–32** DEBELLATOSQVE PVDENDO / ENSE MARES⟩ ita, inquit, fuimus furore mutatae ut nostro scelere sexus omnis uirilis occumberet.

33 (O MISERAE QVIBVS HIC) FVROR ADDITVS bene additus, cum libido iam esset in furia uel quasi naturaliter
115 ⟨non⟩ haberent furorem.

98 Euneum (f?) (G: eu-) **O** *Jahnke* (eunium **Q**), oeneum **Mmk** *Mombritius*, eoneum **E**[1]**BK**π || **111** DEBELLATOSQVE ... MARES *inserui* || **116** non *inserui*

34–36 ILLA EGO NAM PVDEAT (NE FORTE BENIGNAE / HOSPITIS ILLA DVCES RAPTVM QVAE SOLA PARENTEM / OCCVLVI) ordo: illa, quae raptum sola parentem occului. sensus: ne uos pudeat quod me benignam fortuna fecerit, non uo- 120 luntas. h o s p i t e m autem se dixit, ne se tamquam parricidam audientes horrerent. id est: ego illa sum quae non fortuna suadente bene feci, sed sponte occului patrem.

41 (PARQVE) OPERI TANTO ⟨o p e r i⟩ beneficio. quae tantum merito seruaret exercitum. Lucanus 125 ⟨IX 1029–1030⟩:

'tu nomina tanto
inuenies operi'.

44 NEC FACILIS NEMEE (LATAS EVOLVERE VIRES) explicare tantam multitudinem. id est: angusta uia est, per quam 130 omnes transire non possumus. ergo, dum mora est in transitu, narrandi spatium habes.

53–54 (THRACES ARANT CONTRA) THRACVM FATALIA NOBIS / (LITORA ET INDE NEFAS) id est: uicinitas Thraciae in nos suum transtulit nefas. nam quemadmodum illic 135 Procne filium necauit, ita et nos in Lemno maritos peremimus. – uel quia exemplum de caede maritorum petitum est a crudelitate Terei, qui fuit ex Thracia.

56 (INNVMERIS QVAS SPVMIFER) ASSILIT AEGON mare Aegaeum, quod insulas plurimas habet, dictum ab Aegeo, 140

117 NE *inseruit Mombritius* || **119** ordo ... occului *post* patrem (**123**) *in* ω *ad locum restitui* || **121–122** ne se ... horrerent *post* occului (**119**) (*i. e., scholium traditum uerba* ordo ... occului ne se ... horrerent *ad finem profert*) *in* ω *ad locum restitui* || **124** PARQVE *inseruit Lindenbrog* || **136** Procne **M** *Lindenbrog*, progne **fE**[1]**mB** **Kπ** || **136–137** peremimus] -nus **fm** || **138** Terei **Q** *Barth*, Tydei ω *edd.* || **139** SPVMIFER *inseruit Lindenbrog*

Thesei patre. et eleganter insulam insulis comparauit. assilit insulas id est circumfluit.

58–59 (NVLLOS VENERI SACRAVIMVS IGNES) / NVLLA DEAE SEDES quia adulterium Veneris in honorem Vulcani dam-
145 nauera⟨n⟩t, inde nulla Veneris sedes in Lemno. unde iratum numen immisit odorem feminis hircinum, ob quam causam horruisse uiri dicuntur uxores. igitur pergentes ad Thraciam eorum filias sortiti sunt. quo dolore commotae Lemniades reuersos uiros uniuersae peremerunt. sed
150 hanc ueritatem poeta declinauit. alii dicunt templum Veneris fuisse in Lemno Graecorum opinione celebratum. diuersa est odii causa. nam hoc alii asserunt, quia adulterium eius in hac insula uidetur esse detectum. ut ipsa Venus ⟨Theb. III 274⟩: 'hoc mihi Lemniacae de te meruere
155 catenae'. ideo etiam illas ineptas Solis filias acriter persecuta est. QVONDAM interdum. ut ⟨Aen. II 367⟩: 'quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus'.

60 LENTO(QVE INREPVNT) AGMINE (POENA) ⟨agmine⟩ incessu et impetu. id est: tarde ueniunt Poenae. ut Horatius
160 ⟨carm. III 2, 31–32⟩:

'raro antecedentem scelestum
deseruit pede Poena claudo'.

142 insulas **Qfp** *Mombritius*, -is **ω** (*ex* -us (-as?), *ut uidetur*, **M**) || **144–145** damnauera⟨n⟩t *corr. Mombritius* || **146** odorem **Qψ** (olorem **Fp**) *Mombritius*, calorem **ω** (colorem **A**) || **149** uniuersae] -os **M**pc (-os *super lineam*, -e *in linea*) **Fp** *Mombritius* || **154** Lemniacae de te] de te lemniacę **ω** || **155** ineptas] *uerbum suspectum*; impiatas *Barth, qui* Solis filias *ad Pasiphaen Medeam Circen Phaedram Dircen refert; cf. Fulg. myth. II 7 pp. 47–48 Helm*

62–63 (NEC VVLTV NEC CRINE PRIOR) SOLVISSE IVGALEM / CESTON id est sui dissimilis, omnibus deliciarum signis amotis, quoniam ira molles abicit habitus. ceston est uinculum ornamenti quo circumdatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaborato quo matrimonia dicitur alligare. [CESTON subligar.] declinatur autem 'haec cestos' ut 'Delos, Lemnos'. specialiter tamen ceston zonam Veneris debemus accipere, quae non rutilo auro gemmisque sit, sed pelle, ut probentur corporeae uoluptates. ceston uocatur quia copula et matrimonio uis est, quia adeo quae pro adulterio perpetrantur 'incesta' dicuntur, quasi quod non uinctum fuerit sit incestum. 165 170 175

63 IDALIAS (... VOLVCRES) epitheton de numinis sede, quod sint Veneri consecratae columbae.

65 (DIVAM ALIOS) IGNIS (MAIORAQVE TELA GERENTEM) habet enim Venus ignes ⟨nunc⟩ cupiditatis, nunc odii secundum fidem sacrorum uel precationum Veneris Verticordiae praecipue, quae rogatur ut amores iniciat, rursum ut auferat. si enim potestas est dandi, nihilo minus ius est tollendi. et amore sublato aut naturaliter odium residet aut immittitur. ut Vergilius ⟨Aen. IV 479⟩: 'qui mihi reddat eum uel eo me soluat amantem'. 180 185

163 PRIOR *inseruit Lindenbrog* || **168** CESTON subligar *Vollmer*, -on -etur ω, *omisit Mombritius*, *seclusi* || **172–175** ceston ... incestum *nota ἔτυμον* ceston *ex* incesto || **172** copula *scripsi*, -ae ω | et] ex **Fp** *Jahnke*, *iam Mombritius* || **173** pro *om.* **FpGO** *Mombritius* || **176** IDALIAS (... VOLVCRES)] ABLEGASSE VOLVCRES IDALIAS π(*om.* VOLVCRES *Mombritius*) | epitheton] epitheon **M**[ac]**f** || **177** id est *inser. ante* columbae **fK**π || **178** IGNIS] -ES **mK** || **179** Venus *om.* **M**, *om.*, *inser. superscr.* **A** | nunc *inseruit Lindenbrog* || **184** qui] quae *Vergilius*

66–67 TARTAREAS (INTER THALAMIS VOLITASSE SORORES / VVLGARENT) sunt qui dicerent Venerem se cum Furiis uidisse. et bene, philosophice prope, se⟨d⟩ obscure, hic poeta tetigit furias amori esse coniunctas secundum Ver-
190 gilium ⟨georg. III 244⟩: 'in furias ignemque ruunt'. talia enim per amorem committuntur qualia per furorem solent. quid est enim uoluptas Veneris nisi mera insania? ideo Venus ignis dicitur, ideo Vulcani et Martis coniunx, ignis et furoris. idcirco et Furiae ignis facibus distinguun-
195 tur armatae.

69 NEC FIDI POPVLVM MISERATA MARITI ideo fidi quia et post adulterium dilexit uxorem. dixerat enim supra ⟨V 50⟩: 'ubi ignifera fessus respirat ab Aetna'. dicuntur spiramina ignis in hac insula esse quae constat efflari
200 semper.

81–82 (NAM ME TVNC LIBERA CVRIS / VIRGINITAS) ANNIQVE TEGVNT ⟨tegunt⟩ defendunt id est separabant a tali consilio. siue tegunt: a curis defendunt. ut Vergilius ⟨Aen. X 50⟩: 'hunc tegere et dirae ualeam subducere pugnae'.

205 **85–86** (SOL OPERVM MEDIVS SVMMO LIBRABAT OLYMPO / LVCENTES) CEV STARET EQVOS quia meridie cursus solis uidetur stare.

86–87 QVATER AXE SERENO / (INTONVIT) de numero tonitruum ratio est. nam omnis impar numerus prospera sig-
210 nificat et uiuis ascribitur, id uero quod par est exit infectum. quod ergo nihil agit, defunctorum est. ut Vergilius

188 se⟨d⟩ *corr.* **FGO** *A. Klotz p. 515* ‖ **192** quid est **mKQFψ** *Mombritius*, quidem **M(f?)Ap** ‖ **202** id est *inser. ante* defendunt **mK** | separabant] sperabant **mπ** ‖ **208** INTONVIT *inseruit Lindenbrog* ‖ **211** ut **ME²GOe** *Mombritius*, et **fmKπ**

⟨ecl. VIII 75⟩: 'numero deus impare gaudet'. et ubique mortuis geminum hoc est parem ascribit numerum uel dualem: quattuor iuuencas ⟨Verg. georg. IV 538–540⟩ inferis Orphei immolat, quattuor dis tauros inferis mactat. 215
ideo etiam hic quattuor, quia aduersum tonat. et nitide obseruauit ut senae horae eo tempore diuiderentur a sole ut par numerus, qui est uiuis contrarius, poneretur. dicitur autem hic impar numerus a Pythagora repertus et masculinae uirtutis et deorum superum propter trinam 220
regulam diuinae rationis. ergo huiusmodi signa contigerant ut ⟨Aen. II 242–243⟩:

'quater ipse in limine portae
substitit aut utero sonitum quater arma dederunt'.

perocculte Vergilius de numero actus equi infernam in- 225
faustamque rem id est mortem pronuntiari praedicebat.

87–88 (QVATER ANTRA DEI FVMANTIS ANHELOS) / EXSERVERE APICES flammarum scilicet. ut ⟨Aen. II 682–683⟩:

'de uertice uisus Iuli
fundere lumen apex'. 230

88 AEGON [promuntorium Lemni est] id est mare Aegaeum.

91 (TOLLITVR IN FVRIAS ...) INSVETA hoc est: praeter solitum tollitur in furorem.

92 TEVMESIA THYIAS T e u m e s i a Boeotia. Teumesus enim 235
campus iuxta Thebas prope Cithaeronem. T h y i a s Baccha *ἀπὸ θυίειν, βακχᾶν.*

214 iuuencas *scripsi ex Vergilio,* -os ω || **223** ipse] ipso *Vergilius* || **224** aut] atque *Vergilius* | ipse *inser. post* quater **Mm** | dederunt] dedere *Vergilius* || **225** perocculte **fmK**, per -o **M**, nam -e π || **231** promuntorium Lemni est *seclusi* || **237** *ἀπὸ θυίειν, βακχᾶν ex confusis litteris Graecis recognouit Wölfflin*

92–93 INSANO ... / ... DEO insanum Liberum dicit, qui cultores suos faciat insanos.

240 **95–96** TREMENTI / SANGVINE instabili furore.

98–99 INFELIX COMITATVS (EVNTI / HAERERANT NATI) quia eos primum occisura est ut fidem faciat sceleris ceteris suadere.

100–101 SVMMASQVE AD PALLADOS ARCES / (IMPETVS) op-
245 portune in templo uirginis deae in maritorum interitum feminae uniuersae coniurant. haec enim dea uidetur damnasse matrimonium uirginitate contenta.

104–106 REM SVMMAM (INSTINCTV SVPERVM MERITIQVE DOLORIS / ... / LEMNIADES SANCIRE PARO) ⟨meriti ...
250 doloris⟩ quem meritum habemus in uiros. instinctu enim superorum, non humano errore paramus ista committere. et est ordo: rem summam sancire paro.

105 O VIDVAE uiduas maritas uidetur incongrue posuisse, sed ad explicandum dolorem muliebrem dixit. hoc
255 est: quae, cum habeatis uiros, illis longe a uobis positis uiduarum uiuitis more. bene ergo nomen uiduitatis opposuit, quo uocabulo iam de coniugibus desperarent et ut quasi alienos sine affectu uideantur occidere. (FIRMATE ANIMOS ET) SEXVM (PELLITE) non dixit 'sexum perdite' id
260 est naturam immutate, quod fieri nulla poterat ratione,

244 PALLADOS **K** *Statius*, -IS **MQvek**, PALLIDOS **f**, P. **mB**, PALLADAS **π** || **247** contenta] contempta **M**(**f**?)**B** || **250** quem *scripsi*, qua **M**(**f**?)**mKπ**, quam **E**[1]**O**[ac] *Jahnke*, quia **B** | meritum] merito **ME**[1] || **257–258** opposuit] ap- **f** *Mombritius* || **259** affectu (**f**[pc]?)**K** **Qψ** *Mombritius*, ef- **M**(**f**[ac]?)**mBtφk**

sed pulsa feminea imbecillitate uiriles ad facinus arripite animos.

106–108 (SI TAEDET INANES) / AETERNVM (SERVARE DOMOS TVRPEMQVE IVVENTAE / FLORE SITVM ET LONGIS STERILES IN LVCTIBVS ANNOS) sic ait, quasi semper desint mariti. ut Vergilius ⟨Aen. IV 32⟩: 'solane perpetua maerens carpere iuuenta?' IVVENTAE FLORE ideo posuit iuuentae, ne spes sit ulterius neue malum sit temporale. SITVM uetustatem, quae turpis est in iuuene. ut Vergilius ⟨Aen. VII 452⟩: 'nec ego uicta situ'. 265 270

109–110 (VIAM ... / QVA) RENOVANDA VENVS Venerem hic pro 'maritis' posuit. id est: ut inueniamus alios uiros.

112–113 CVI CONVBIALIA VINCLA / (AVT THALAMI SECRETVS HONOS) interrogatiue, id est: cui uestrum fuit thalami honos secretus? 275

113–114 CVI CONIVGE (PECTVS / INTEPVIT) cuius pectus intepuit blandimentis mariti complexum?

114 (CVIVS VIDIT) LVCINA LABORES ab inutilibus maritis argumentatur ut doce⟨a⟩t quid habeant utilitatis, si uoluerint mutare consilia. 280

115–116 (VEL IVSTOS CVIVS PVLSANTIA MENSES) / VOTA TVMENT metaphora ab inclusis, qui pulsant ut aperiatur.

265 ait **MfBFpvek**, agit **mKπ** || **270** nec] en *Vergilius* || 275 id] hoc **fπ** || **277** CVI *Lindenbrog*, QVE **Mπ**, QVEM **f**, QVOD *Mombritius* | PECTVS INTEPVIT *inseruit Mombritius* || **279–280** argumentatur **Bπ**, argumenta cur **M(f?)m** (**K**, *leg.* curat *pro* cur ut) || **280** ut] et **π** *Mombritius edd.* | doce⟨a⟩t *scripsi cum* **K** | quid] quod **MK**

et hic partus inclusus est. non uota tument, sed crescenti-
285 bus mensibus uterus tumet. propter quem, ⟨p⟩artu ut de-
tumescat, uota suscipiuntur.

117–119 (POTVITNE VLTRICIA) GRAIVS / (VIRGINIBVS DARE TELA PATER LAETVSQVE DOLORVM / SANGVINE SECVROS IVVENVM PERFVNDERE SOMNOS) Danaum dicit, qui quinqua-
290 ginta filiabus suasit ut sponsos suos eadem nocte qua fue-
rant coniugatae perimerent. quarum omnes sponsi filii
Aegypti, fratris Danai, fuerunt. et totum hoc ab exemplis
posuit.

120–122 QVOD SI PROPIORIBVS ACTIS / (EST OPVS ECCE ANI-
295 MOS DOCEAT RHODOPEIA CONIVNX / VLTA MANV THALAMOS PARITERQVE EPVLATA MARITO) ⟨p r o p i o r i b u s a c t i s⟩ [[a]
recenti[s] exemplo, ut ad tempus referatur.] recentiore
[enim] exemplo id est siue quia prope erat Thraciae, in
qua Procne, Pandionis filia, Terei uxor, in ultionem
300 suam, quod maritus cum Philomela concubuisset, Ityn fi-
lium, quem de Tereo susceperat, interemit; siue propter
Harpalycen, quam cum pater amasset et compressisset,
illa filium ex incesto natum patri apposuit comedendum;
quam opinionem secutus Vergilius ait ⟨Aen. IV 602⟩:
305 'patriisque epulandum apponere mensis'. – praeterquam

284 est *om.* **Mf** || **285** ⟨p⟩artu *Jahnke*, artu **Mfm**, partum **π**, -us **Q**, *om.* **B** | ut **Bπ**, *om.* **Mfm** || **285–286** detumescat **M**^{ac}**BK**, -ant **M**^{pc}**fmπ** || **292** Aegypti **Q** *Jahnke*, egisti **ω** || **296–297** a recentis … referatur *seclusi* || **296** [a] *seclusi* || **297** recenti[s] **Qb** *Mombritius* || **298** enim *seclusi* (tum *Barth*) | id est] usa est *Barth* | *post* id est *lacunam posuit Jahnke* | Thraciae **ψ** *Lindenbrog*, -e **ω**, -ia **vek** *Mombritius* || **299** Procne *Lindenbrog*, progne **ω** || **305** apponere] ponere *Vergilius* || **305–307** praeterquam … docetur] *locus, ut uidetur, corruptus*

quod aptum uideatur exemplum, maior necessitas persuasionis est, cum etiam uicinum docetur. nam Thracia, quae Lemno uicina est, duobus maximis exemplis id est Procne uel Harpalyce Lemniades matres ad perficiendum nefas hortatur. de duabus ergo historiis similibus quaeuis 310 ad rem aptari potest et aptata hortatur ad facinus. nam sicut bona suasio bonis debet suscitari et asseri exemplis, sic et mala malis. nullae enim rei argumenta desunt. et est in utroque pugna: bona bonis, ⟨ut⟩ Vergilius ⟨Aen. VI 121⟩: 'si fratrem Pollux alterna morte redemit', mala 315 malis, ut Lucanus ⟨I 94–95⟩:

'ne longe fatorum exempla petantur:
fraterno primi maduerunt sanguine muri'.

⟨**122** PARITERQVE EPVLATA MARITO⟩ hoc historia non habet, quod Procne pariter cum Tereo filium comedisset. 320 sed ut Lemniadum animos hoc scelere magis accenderet, Procnen quoque pariter epulatam pro loco persuasioni[s] suae necessario fuisse mentita est.

306 aptum] apertum **fm** (**B** *u. l. in margine*) || **307** docetur] dicitur **fm** || **309** Procne *scripsi ex* progne **ω**, Procnes *Lindenbrog ex* prognes **vek** *Mombritius* | uel] et **QbR** *Mombritius* | Harpalyce] -es *Lindenbrog*, -ae *Mombritius* || **312** suscitari $\mathbf{M^{ac}E^{2}B\pi}$, ex- $\mathbf{M^{pc}m}$ || **313** nullae **ω** *Jahnke*, -a **π** *Mombritius* || **314** pugna *dubium*, -o *Vollmer* | ut *inser.* **Fp** *Ven. 1483 1490* || **317** ne] nec *Lindenbrog* || **319** PARITERQVE ... MARITO *scripsi pro* RHODOPEIA CONIVNX (*u. 121*) **ω** || **320** Procne *Lindenbrog*, progne **ω** | Tereo $\mathbf{QFB^{pc}RO^{pc}vek}$ *Mombritius*, teseo **ω** || **322** Procnen *Lindenbrog*, prognen $\mathbf{MfE^{1}BKF(p)e}$ (progen **v**, progne **k**), -em **mπ** | persuasioni[s] *correxi* || **323** necessario **vek** *Mombritius*, -ię **ω** | fuisse *post* epulatam *inserendum maluit Jahnke*

123–124 (NEC VOS IMMVNIS SCELERVM) SECVRAVE COGO /
325 (PLENA MIHI DOMVS) nec uos ideo e[r]go hortor ad scelus, quod minime orbitate plena mihi sit domus filiis. et est figura anthypophora: ne ideo uideatur hoc ipsa persuadere quia non habet ipsa quos perimat.

⟨**124** INGENS EN CERNITE SVDOR⟩ sudorem autem dixit
330 filiorum multiplicem partum, in quo dolore nimium laboratur. siue sudorem occidendorum quattuor posuit filiorum, siue sudorem dixit liberos: quos parturiendo et educando sudaui.

126 (IN GREMIO LICET AMPLEXV) LACRIMISQVE (MORENTVR)
335 ut ostenderet grandi necessitate ad tale compelli facinus, quo crudelior fiat, sentire se dicit affectum.

128 PATREMQVE SVPER SPIRANTIBVS ADDAM ut Vergilius ⟨Aen. IV 605–606⟩:

'natumque patremque
340 cum genere exstinxem'.

132 FORTVNAM occasionem temporis. ut Vergilius ⟨Aen. IX 240⟩: 'si fortuna permittitis uti'.

132–134 (SVPERISNE VOCANTIBVS VLTRO / DESVMVS ECCE) RATES (DEVS HOS DEVS VLTOR IN IRAS / ADPORTAT COEPTISQVE FAVET) ⟨rates⟩ reuertentium uirorum. persuasio est:
345

325 e[r]go *corr.* **BKQbGO** *Ven. 1483 1490* || **327** anthypophora] antiphora *Jahnke* || **328** quos **M** (*ex* quam*?*), quod **fmB K**π || **329** INGENS ... SVDOR *inserui* || **331** sudorem] dolorem **Mf** || **333** sudaui] -it $\mathbf{M}^{pc}$**f** || **340** genere] -em $\mathbf{M}^{pc}$(f?) || **344** RATES *scripsi*, nata ω (*ex contextu, ut uidetur, corruptum*) || **345** reuertentium uirorum. persuasio est: *scripsi*, persuasio est reuertentium uirorum ω (*cum lect.* persuasionis occasio π), (nata) persuasio est occasione reuertentium uirorum *proposuit Jahnke*

dicit enim deorum nutu factum esse ut eo tempore coniuges aduenirent quo de eorum caede tractatum est. ⟨ex⟩ probabili argumento agendi uirtute necessarium fecit dicendo: 'deus hos, deus ultor in iras ...' [SVPERISNE VOLENTIBVS VLTRO DESVMVS] ut Vergilius ⟨Aen. IV 45⟩: 'dis 350 equidem auspicibus reor et Iunone secunda'.

134–135 NEC IMAGO QVIETIS / (VANA MEAE) confirmat audaciam suam deos adiuuare somnii expositione. et est ratio philosophica: cur, quae futura sint, miseris mortalibus praesagiis somniorum demonstrantur? sed de multis 355 paululum dicam. natura rerum, ex qua homines mixti sunt, effectus suos silere non patitur. et cur per ipsam essentiam corporis sentire permittit? est animae diuina prouidentia, quae, quamuis caeco carcere ac tenebris clausa tenetur, quid e contrario natura factura sit, somniorum 360 uaticinatione denuntiet. (NEC IMAGO QVIETIS) VANA MEAE id est: nec somnium meum uanum est, sed uerum. ergo debet perfici, quoniam somnium ueritatis imago est. ut Vergilius ⟨Aen. V 636–637⟩:

'nam mihi per somnum Cassandrae uatis imago 365
ardentes dare uisa faces'

et alibi ⟨Aen. III 173⟩: 'nec sopor illud erat'.

136 QVID PERDITIS AEVVM iuuentutem uestram quid perditis maritis orbatae?

347 de eorum] deorum **fm**^{ac}**K**^{ac} | ex *inseruit Vollmer* || **349–350** SVPERISNE ... DESVMVS *seclusi* | VOLENTIBVS] VOCANTIBVS *Statius Mombritius* || **357–358** essentiam] sententiam **fπ** || **360** quid e **BKπ**, quod est **M**, quod e **fm** (**Q**: quo de) || **365** per somnum Cassandrae] Cassandrae per somnum **K** *Vergilius* || **366** ardentes **Mf**, *om.* **mBKπ** (ar. **ve**(**k**)) | faces] facies **mK**

370 **137–138** (AGE) AVERSIS (THALAMOS PVRGATE MARITIS / IPSA FACES ALIAS MELIORAQVE FOEDERA IVNGAM) ⟨auersis⟩ animo inimicis. consideranda est persuasio, in qua primum est beneficium, quod mala tollit, deinde quod optima pollicetur. auersos autem dicit: qui a uobis 375 auersi sunt et qui uos neglegunt. ut Vergilius ⟨georg. III 499⟩: 'fontesque auertitur'.

139 DIXIT hoc loco poeta dicta factaque complexus est.

140 DVM TEMPVS AGI REM id est dum opportunitas agendae rei est. ut Vergilius ⟨Aen. V 638⟩: 'iam tempus agi 380 rem'.

142 BISTONIDES (VENIVNT FORTASSE MARITAE) illecebrosa sic fuit. dixerat enim supra mulieres omnes hoc dolere quia omnes Lemni iuuenes odio odoris uxorum sunt in Thraciam profecti siue in eodem loco coniugiis copulati. 385 et Bistonides femininum genus posuit. si de uiris diceret, 'Bistonii' dixisset: – ides additum propter societatem coniugii. ⟨FORTASSE⟩ nam maritos earum uenire notissimum est.

145 LVNATVM peltatum. quod scuta Amazonarum, quas 390 peltas appellant, in modum lunae formata sint. ut Vergi-

371 THALAMIS (*pro* -OS) *inseruit iam Mombritius* ‖ **375** uos *Jahnke,* nos ω ‖ **378** opportunitas] in- *inser.* fφ ‖ **380** rem] res *Vergilius* ‖ **381** illecebrosa *Vollmer,* inlecosa (*corr. in* inleucosa) roo **M**, in leuco sarao **f**, inleuco saroo **m**, inleuco saroa **K**, inleucos arco π ‖ **382** dolere Q^pc^ *Mombritius,* -ore ω ‖ **384** copulati ψ *Mombritius,* -os ω ‖ **386** Bistonii] -ides **fK** | -ides *scripsi,* ideo ω ‖ **387** FORTASSE *inserui* | maritos earum *Jahnke ex* -os eorum *Lindenbrog,* -o seruum ω ‖ **389** quas] quae **vek** *Jahnke, iam Mombritius*

lius ⟨Aen. XI 663⟩: 'feminea exsultant lunatis agmina p(eltis)'.

145–146 (VBI ARMA) / INDVLGET PATER pater aut secundum consuetudinem poetarum dixit, qui solent deos 'patres' uocare, ut Vergilius ⟨Aen. V 14⟩: 'quidue, pater Neptune, paras?', aut pater id est Mars, quia Penthesileae siue omnium Amazonum proprie Gradiuus dicitur pater. 395

149 SOLARE DOMOS uastare id est solas facere. compositiuum 'desolare'. ut est ⟨Aen. XI 545⟩: 'solorum nemorum'. 400

149–150 IVVENVMQVE SENVMQVE / (PRAECIPITARE COLOS) id est indiscrete omnes occidere.

150–151 PLENISQVE AFFRANGERE PARVOS / VBERIBVS id est uiolenter necare et ipsis uberibus appositos enecare. et hoc incongrue poeta posuit. cum tanto tempore dicat earum maritos abfuisse, unde Lemniadibus lactantes filios? purgatur obiectio, si dicatur etiam trimos infantes lactare posse. ait enim superius ⟨u. 112⟩: 'tertia canet hiems; cui conubialia uincla ...?' 405 410

151 (FERROQVE) OMNES EXIRE PER ANNOS id est nullam in necando aetatem excipere. ut Lucanus ⟨II 108–109⟩:
> 'crimine quo parui caedem potuere mereri?
> sed satis est iam posse mori'.

152 IVGA CELSA (MINERVAE) hoc est: quae iuga celsa templa Minervae sunt. 415

397 Amazonum] -um *et* -arum **(389)** *eundem scriptorem scripsisse credere non possum* || **407** Lemniadibus **M**^{ac}**BK**π, -dis **M**^{pc}**fm**

153 PROPTER OPACAT HVMVM uicini agri spatia inumbrat. NIGER umbrosus.

154 ET GEMINA P(EREVNT) C(ALIGINE) S(OLES) gemina du-
420 plici hoc est montis et nemoris.

155 SANXERE FIDEM fidem in scelus firmauere. (TV MARTIA TESTIS) ENYO Bellona, soror Martis. ideo Martiam dixit, quae a ui pro actu ipso nomen accepit, quasi 'Bello nata'.

425 **156** [ATQVE] INFERNA CERES Proserpina.

157–158 (SED FALLIT VBIQVE) / MIXTA VENVS quicquid agitur, quicquid nefarie cogitatur, Venus urget infensa. et cum hoc poeticum uideatur, est tamen uera ratio. cuncta enim mala quae geruntur per Venerem fiunt, cui omnes
430 propemodum mortales student.

159 NEC DE MORE CRVOR non sacrificium secundum immolantium [me]ritum factum est, pecudum aut su[ad]um cruore, sed humano sanguine a matribus iuratur in scelus et futura crudelitas parricidii crudelitate sancitur. Sallus-
435 tius, cum Catilinam parricidium patriae cum coniuratis sancire monstraret, ait ⟨Cat. 22, 1⟩ plenum humani sanguinis poculum circumtulisse et hinc omnes contra salutem patriae degustasse. [NEC DE MORE CRVOR in sacris enim Liberi consuetudo talis ⟨est⟩ ut occiso capro omnes

419 gemina *om.* **mK** | id est *inser. ante* duplici **Mm** || **423** a ui *proposuit Jahnke, iam* sua ui *Barth,* aui **ω** || **425** ATQVE *seclusi* || **427** urget] urguet **mφ** || **432** [me]ritum *corr. Lindenbrog* | su[ad]um *corr.* **Q** *Mombritius* (suadi **E²B**) || **438–447** NEC ... honore *scholium non ad rem scriptum seclusi* || **439** est *inser.* **M** (*superscr. manu recentiore*) **G** (**O²** *in marg.?*) *Lindenbrog* (*iam* fuit **Q**, erat **vek** *Mombritius*)

sacratum sanguinem eius bibant. est enim animal uitibus 440
eius infensum. unde Vergilius ⟨georg. II 380–381⟩:

> 'non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
> caeditur'.

hoc sane animal contrarium est Libero, ut etiam aliis
diuersis diis. et pecus quod hic uult deus mactari sibi 445
alius non uult. ut Venus ⟨Aen. I 335⟩: 'haud equidem tali
me dignor honore'.]

160–161 ET MIRANTIA ... / (PECTORA) id est admiratione
digna et quae, nisi a talibus matribus, uiolare ferro nullus
auderet. 450

162 IN SANGVINE VIVO recenti uel adhuc tepido aut certe
quo uita firmatur. ergo cum adhuc non esset puer emortuus,
(ostendere uolens poeta furoris insaniam), uix passae
emori filium in sanguine semiuiui coniurant.

163 (MATREMQVE RECENS) CIRCVMVOLAT (VMBRA) ⟨c i r- 455
c u m u o l a t⟩ nefariam matrem in uindictam sui recens
mactati filii umbra. et hoc poetice. ut Euripides ⟨Orestes
675–676⟩:

> ⟨ποτωμένην⟩
> ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ. 460

440 sacratum **M** (*superscr. manu recentiore*) *Jahnke*, -i **ω** ‖ **448–450** *scholium ad* MIRANDA, *ut uidetur,* PECTORA *scriptum ualde dubium habeo* ‖ **449** nisi] uisi **Mm**, -us **B** ‖ **453–454** passae **MBFO**, -a **fmAψ**, -am **Q**, -i **p** ‖ **454** emori **fmπ**, mori **MB** | filium *scripsi*, -os **ω** ‖ **455** VMBRA *inseruit Mombritius* ‖ **456–457** nefariam ... umbra (*cum lemmate* CIRCVMVENTA (*u. 166*)) *post* poeticam (**464**) *in* **ω** *ad locum restitui* ‖ **459** *ποτωμένην inser. Porson in ed. Eur. Orest.* ‖ **460** *ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ recognouit Buecheler, iam Porson,* siy seeno persu **M**, ***** (*quod non legere potui*) opersu **f**, syrseen opersu **mπ**, siirse enopersu **K**

Vergilius ⟨Aen. IV 386⟩: 'omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas'.

165–166 QVALIS CVM CERVA (CRVENTIS) / CIRCVMVENTA LVPIS) comparatio non secundum artem poeticam.

465 **168** SVSPENSA sollicita, ut est ⟨Aen. II 728–729⟩:

'sonus excitat omnis
suspensum',

aut uelocitate corporis pendens, ut Vergilius ⟨Aen. VII 810–811⟩:

470 'uel mare per medium fluctu suspensa tumenti
ferret iter'.

169 (ET ELVSOS AVDIT) CONCVRRERE MORSVS ut Vergilius ⟨Aen. XII 755⟩: 'increpu⟨it ma⟩lis morsuque elusus inani est'.

475 **175–176** NIGER OMNIBVS ARIS / (IGNIS) hic enim color conuenit morituris. unde Vergilius, quoniam peritura Dido erat quae sacrificium faciebat, ait ⟨Aen. IV 454⟩: 'latices nigrescere sacros'.

176 (IN NVLLIS SPIRAT) DEVS INTEGER (EXTIS) est quoddam
480 in extis signum quod d e u s appellatur, quod si integrum apparuerit, propitium numen ostendit, sin uero dimidium, iratum significat numen aut certe non praesens.

177–178 TARDIVS HVMENTI (NOCTEM DEIECIT OLYMPO /

464 comparatio ... poeticam] *quia non est Hypsipyle, sicut cerua, in periculo imminentis mortis?* || **472** ut **m Q**, unde **π**, *om.* **MK** (*om. scholium* **B**) || **473** increpu⟨it ma⟩lis *corr. Lindenbrog* (increpuit **Q**) || **479** SPIRAT *inseruit Lindenbrog*, EXTIS *Mombritius* || **480** si integrum] sintegrum **M**^{ac}**f** || **480–481** integrum apparuerit] -a -int *Blecher* (*quod Thulin refutauit*)

IVPPITER) Lucanus ⟨VII 1⟩: 'segnior Oceano, quam lex aeterna uocaret ...' 485

178–179 ET VERSVM (MITI REOR) AETHERA (CVRA / SVSTINVIT) iuxta rationem: qua antipodes feruntur. Vergilius ⟨georg. I 250–251⟩:

'nosque ubi primus equis Oriens afflauit anhelis,
i(llic) s(era) r(ubens) a(ccendit) l(umina) V(esper)'. 490

ordo ergo talis est: et uersum aethera miti cura sustinuit. VERSVM ... AETHERA quia nox a quibusdam axis conuersione fit. ut Vergilius ⟨Aen. II 250⟩: 'uertitur interea caelum et ruit Oceano nox'. MITI ... CVRA id est: benigna mente diem tardauit et cursus aeris quo solem Iuppi- 495 ter retineret longiores effecit, imminentia cupiens nefariae noctis facta tardasse.

183–184 (VNA GRAVI PENITVS) LATET OBRVTA CAELO / LEMNOS id est: cum astris relucentibus aliae insulae cernerentur, immanitate futuri sceleris obruta sola Lemno⟨s⟩ late- 500 bat.

186 IAM DOMIBVS FVSI id est in somnum demissi. ut Vergilius ⟨Aen. V 837⟩: 'sub remis fusi per dura sedilia nautae'.

187–188 (VACVANTQVE PROFVNDO) / AVRVM IMMANE 505 (MERO) id est aureas pateras. ut Vergilius ⟨Aen. I 728–729⟩:

'grauem gemmis auroque poposcit
impleuitque mero pateram'.

dicit ergo hos grauibus poculis ebrios factos ut merito cre- 510 derentur a feminis interempti.

500 Lemno⟨s⟩ *corr.* π (*uel* lennos) *Mombritius* || **502** demissi] di- **fmK**

188–190 (DVM QVAE) PER STRYMONA (PVGNAE / QVIS RHODOPE GELIDOVE LABOR SVDATVS IN HAEMO / ENVMERARE VACANT) ⟨per Strymona⟩ per Thraciam. Strymon enim
515 fluuius Thraciae est, Rhodope et Haemus eiusdem prouinciae montes. ⟨sensus:⟩ dum ergo [in Rhodopen] commemorant quem laborem pertulerint apud fluuium Strymonem uel apud montem ⟨Rhodopen uel apud⟩ Haemum.

520 **192–193** (DEDERAT) MITIS CYTHEREA (SVPREMA / NOCTE VIROS) et hic obscure illud poeta tangit, quod foetoris causa⟨m⟩ hircini quem dudum Venus Lemniadibus miserat nunc dulci odore lenisset.

194 PERITVRO non longo tempore duraturo.

525 **196** DECRESCVNT MVRMVRA paulatim uigiliae hominum deficiunt ut ab omnibus eatur in somnum.

200 SECERNITQVE VIROS quos ut letifero sopore perfunderet separauit.

204 HYRCANAE (... LEAE) Hyrcania Indiae regio in qua ti-
530 grides generantur.

204–205 (QVAS) EXIGIT ORTV / (PRIMA DIES) id est euocat incipiente die. exigit proprie est Graeca annotatione signatum: quasi *ἐξάγει.*

515–516 eiusdem prouīnciae mōntēs *scripsi,* montes eiusdem prouinciae ω ‖ **516** sensus *inserui* | in Rhodopen *om. Mombritius, lacunam post* Rhodopen *posuit Jahnke, seclusi* ‖ **518** Rhodopen uel apud *inserui* ‖ **520** SVPREMA *inseruit Mombritius* ‖ **521–522** causa⟨m⟩ *corr. Lindenbrog* ‖ **532** annotatione] *an* [an]notatione *?; cf., ut uidetur, Isid. etym. I 29, 1*: hanc (*sc.* etymologiam) ... Cicero adnotationem nominauit (*cf. Cic. top. 35*: *rectius* notationem) ‖ **533** *ἐξάγει Vollmer,* exagit ω

207 TEMERARIA GORGE improba uel audax: quae prima coepit id scelus. 535

210 RIMATVR quaerit, scrutatur.

213–215 (NEC SEGNIVS ILLA TENENTIS / PONE ADIGIT COSTAS DONEC SVA PECTORA FERRO) / TANGERET tunc enim ⟨non⟩ credidit se peremisse, si tamdiu transfigeret dormientem, donec ⟨ad pectus⟩ adactum ferrum ipsa sentiret. 540

217 INDIGNO (NON SOLVIT BRACCHIA COLLO) non indigno collo, sed indignae uxoris. nam amplexus eam fuerat auxilium petens.

219 (PROPRIA LVCTVS) DE STIRPE (RECORDOR) cognationis meae scelera referam. 545

220–223 QVOD TE FLAVE CYDON QVOD TE ... / CRENAEE ... (QVIBVS VBERA MECVM / OBLICVMQVE A PATRE GENVS) ... / VIDI LAPSARE hos sibi dicit et lactis alimentis et affinitate fuisse coniunctos. (QVIBVS VBERA MECVM) OBLICUMQVE A PATRE GENVS qui collactanei mei fuerant et patris mei nothi. o b l i c u m ergo dicit ex concubina progenitum. ut Lucanus ⟨VIII 286–287⟩: 550

'obliquo maculat qui sanguine regnum
et Numidas contingit auos'. 555

535 coepit] cedit *Jahnke* | id *Mombritius*, ad **ω** || 539 non *inserui* | transfigeret **MB** *Mombritius*, -ieret **fπ**, -igeret(ur ?) **m**, -et **Kt** || 540 ad pectus *inserui* || 545 PROPRIA *inseruit Mombritius* || 550–555 OBLICVMQVE ... auos *post* est (558) *in* **ω** *ad locum restitui* || 550 OBLICVMQVE] obliquumque **mKQψ**, -qumque **M**^{pc}**vk** || 551–552 collactanei mei fuerant ... nothi *scripsi*, -us -us fuerat ... -us **ω** || 552 oblicum] -quum **mKQψ**, -qum **M**^{pc}**vk** || 554 obliquo] -o **M**^{ac}**AG**

222–223 (FORTEMQVE TIMEBAM / QVEM DESPONSA) GYAN VIDI LAPSARE quem fortem desponsata metuebam, quia uirtus pueri formidanda puellis est.

228 FINXERAT composuerat.

560 **233–235** (SIC ILLA IACENTI) / INCIDIT (VNDANTEMQVE SINV COLLAPSA CRVOREM / EXCIPIT) ordo: incidit ... collapsa, id est a matre compulsa.

236 IN MVRMVRE adhuc murmurantis.

237 EGENTEM SANGVINIS (ENSEM) quia senem occiderat et 565 gladium cruore non tinxerat.

239 MEVS ILLE THOAS hic Thoas, Hypsipyles pater, rex Lemnius fuit.

241–243 (ILLE QVIDEM DVDVM QVIS MAGNA TVENTI / SOMNVS AGIT VERSANS SECVM ETSI LATA RECESSIT / VRBE 570 DOMVS) QVINAM STREPITVS (QVAE MVRMVRA NOCTIS) ordo: ille quidem dudum agit uersans secum, quinam strepitus, quae murmura noctis. ceterum illae duae sententiae per parenthesin interpositae sunt: una, quae generaliter dicit non esse quietos regnantibus somnos, altera, in qua do- 575 mus remota a ciuitate fuisse monstratur. ETSI LATA RECESSIT / (VRBE DOMVS) dicit occasionem ab urbe disiunctae domus opportunitatem liberandi patris dedisse.

247 ET MECVM FORTASSE CADES bene de periculo suo du- 580 bitauit, quia de sexu muliebri non coniurauerant occi-

561 *lacunam post* incidit *posui* || **566** Hypsipyles] -ae*?* || **568–578** ETSI ... dedisse *et* QVINAM ... monstratur *in ω reuersis ad rectum ordinem restitui* || **571** agit] ait **fm**[2] (*u. l.*) || **573** parenthesin] parentes **M**[ac]**f**

dendo Lemniades. perimenda enim haec fuerat ut proditrix coniurationis.

250–251 (QVOSQVE SACRIS) CRVDELIS VESPERA (LVCIS / STRAVERAT) eo quod nox ueniens eos somno prostrauerat. inter uesper et uespera hoc interest: Vesper est 585 stella, uespera tempus quo ingreditur nox, quod hoc loco poeta describit.

252 HIC IMPRESSA TORIS ORA hic pro 'ibi'. IMPRESSA implicita ora ad lectum.

261–263 GELIDA NON SAEVIVS OSSA / (LVXVRIANT LAPI- 590 THARVM EPVLAE SI QVANDO PROFVNDO / NVBIGENAE CALVERE MERO) ⟨nubigenae⟩ Centauri, Ixionis et nubis filii, quam pro se Iuno mutauit. qui cum in nuptiis Pirithoi ebrietate caluissent et uellent puellae nubentis irrumpere thalamum, a Lapithis, quorum rex Pirithous fuit, inter- 595 empti sunt. (SI QVANDO PROFVNDO) NVBIGENAE (CALVERE MERO) Herculis fabulam tangit. qui cum in hospitio ad ⟨D⟩examenum regem uenisset, Deianiram filiam eius corrupit et fidem dedit se eam uxorem esse ducturum. post eius discessum Eurytion Ixionis filius Centaurus 600 uxorem Deianiram petiit. quam pater uim timens Eurytioni promisit, qui constituto die cum fratribus ad nuptias uenit. eo forte die quo nuptiae celebrabantur superueniens Alcides Centauros interfecit, Deianiramque insperate suo matrimonio copulauit. [item aliter: Centauri, 605

585 uespera **MQ(p)**, -am **fE¹mBKVπ** || **598** ⟨D⟩examenum *Jahnke ex Myth. Vat. II 162*, *iam* -inum *Lindenbrog*, exeanimum **M**, exa- **fVApψ**, -aminum **E¹mBQF** || **601** petiit **M^ac BV**, -it **M^pc fE¹mπ** || **603** celebrabantur] -brantur **M^ac fFp(c)bR** || **605–609** item … minantem *seclusit Jahnke*

cum in matrimonium Pirithous Hippodamiam duceret, uino pleni Lapitharum uxores conati sunt rapere. qui omnes a Lapithis occisi sunt. unde Vergilius ⟨georg. II 457⟩: 'et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.]

610 **263** VIX mox.

265 THYONEVS sic Thyoneus, quomodo 'Semeleius'. Liberi enim patris mater Thyone dicta est, quae et Semele appellatur. et in hoc colore Vergilium poeta secutus est. nam ille in perturbatione Troiani excidii dicit 615 ⟨Aen. II 588 sqq.⟩ Aeneae Venerem subuenisse, iste Thoanti Liberum patrem.

267 ET MVLTA SVBITVS CVM LVCE (REFVLSIT) quotienscumque se numina mortalibus ingerunt, multo se luminis splendore perfundunt.

620 **270** NVBILVS tristis pro calamitate propriae ciuitatis.

275 QVAE PLVRIMA FVDI ...

277 INFANDVM NATAE (CONCESSIT HONOREM) ex eo quod dicitur factum intellegitur. ⟨NATAE⟩ id est Veneri. nihil ergo sine Iouis nutu numinibus conceditur facere. ut Ver-625 gilius ⟨Aen. VII 305–306⟩:

'concessit in iram
ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae'.

uide[n]s ergo sine iussu Iouis ne numinibus quidem li-

619 *post* perfundunt *inser.* subitus (V, et π) rem temporis transtulit ad personam **Vπ** || **621** *post* QVAE ... FVDI *lacunam posui* || **622–623** ex eo ... intellegitur *post* FVDI *in* ω *ad locum restitui*: ex eo ... intellegitur, *i. e., non de clade marium mentionem facit, sed alludit* || **623** NATAE *inserui* || **626** iram] iras *Vergilius* || **628** uide[n]s *corr.* **vek** *Jahnke, iam Veenhusen*

cere suas iniurias uindicare. ut Horatius ⟨carm. IV 6, 21–24⟩: 630

'ni tuis ⟨uictus⟩ Venerisque gratae
uocibus diuum pater annuisset
rebus Aeneae potiore ductos
alite muros'.

282–283 (VNDE MANVS VNDE HAEC) MAVORTIA DIVAE / 635 P(ECTORA) diuae Veneri. exclamatio cum admiratione Liberi patris, sed iucunda et uere poetica. cum sciamus Venerem semper lasciuam et delicatam, mirandum unde in delicato pectore tam repentina crudelitas.

285–286 (NOSTRVM VISVS) ARCENTIBVS VMBRIS / (MITIS 640 ITER LONGAE CLARAVIT LIMITE FLAMMAE) ⟨arcentibus⟩ id est quamquam arcentibus. et est anacoluthon, ut sit: quamquam arcentibus umbris tamen iter clarauit limite longae flammae. longae autem dixit stellae tractu. clarauit ergo pro 'clarum fecit'. 645

287 CVRVO ROBORE CLAVSVM fluuiali nauigio, quod sinu roboris incauatur. et ideo clausum: quasi in angusto roboris collocatum.

288–289 (CYCLADAS AEGAEONI) / AMPEXO (COMMENDO PATREM) ⟨amplexo⟩ participium est. hoc est: huic Aega- 650 eoni Cycladas amplexo – pro 'amplectenti' – patrem commendo.

631 uictus *Horatius, suppleuit Jahnke, iam Veenhusen* || **636** P(ECTORA) diuae] *om.* diuae f, *om.* p. **m V**, *om.* **K**, pudiue **Fp**, -icae *Mombritius edd.* || **642** anacolouthon] *sc. omissa sunt* quamquam *et* tamen; *cf. ad III 1–4* || **648** collocatum **fVπ**, -latum **MmBK** || **651** amplectenti] -di **fKV**

296 (EXORITVR) PVDIBVNDA (DIES) ⟨pudibunda⟩ nomen est, non participium. nam tempore caret, patiendi signifi-
655 catione priuatur, et indicat non pudentem, sed pudenti similem, quae erubescit admissum facinus temporis alieni et lucet, etiamsi nollet nocturnae caedis crudelitate foedari.

297 (AVERSVM ...) IVBAR ostendit poeta generis neutri. et
660 Ouidius ⟨met. I 768–769⟩ hoc genere declinauit:

'per iubar hoc ...
... iuro'.

297–298 DECLINIA (TITAN / OPPOSITA IVGA NVBE REFERT) ⟨declinia⟩ quae declinarent et fugerent. opposita enim
665 nube ante uultus suos Lemniadum crimine declinauerat Sol. IVGA pro 'equis'. REFERT refugit. fugit enim Sol crudelitatem. aut refert 'deflectit' melius intellegamus.

299–300 (LVCISQVE NOVAE FORMIDINE CVNCTIS / QVAMQVAM INTER SIMILES) HABITVS RVBOR quamquam inter si-
670 miles rubor ⟨non⟩ habetur, tamen noui criminis conscientia se inuicem formidabant.

305 INSVLA DIVES (AGRIS OPIBVSQVE ARMISQVE VIRISQVE) uerba plangentis et ideo pronuntiatione sensus est adiuuandus.

675 **306** NOTA SITV positione nobilis. ET GETICO (NVPER DI-

657 lucet *scripsi*, -em ω || **665** crimine *Mombritius*, -a ω || **666** refugit *scripsi*, -ferit ω || **668–669** Q. inter s. *iam* **Q** || **670** non *inseruit Lindenbrog* || **672** AGRIS *inseruit Mombritius* || **675** positione *scripsi* (*cf. ad V 357*), temporis ω, corporis *Mombritius*, portubus *Barth*

TATA TRIVMPHO) Thracio bello, ex quo redeuntes uictores Lemniadibus multas in triumpho contulerant opes.

307–308 NON MARIS INCVRSV (NON HOSTE NEC AETHERE LAEVO / PERDIDIT VNA OMNES) id est: non naufragio, non bello, non pestilentia perierunt. 680

309 NON ARMA VIRI (NON AEQVORA VERTVNT) officia uirorum cessasse dicit quibus fuerat Lemnos orbata.

314 SCEPTRVM[QVE] ... ARMAQVE sceptrum ad regni ornamenta, arma rettulit ad uirtutem.

325 SINE CONIVGE LEMNON id est sine uiris. aut sine culmine dignitatis. 685

326 VIGILES epitheton commune: uigil⟨es⟩ ... sensus, aut quia maritorum desiderio nocte fortius cogitatur.

327 INVISA POLYXO quae persuaserat scelus.

332 MASSYLO (... SVB HOSTE) sub leone Mauro. 690

335–337 ECCE AVTEM (AERATA DISPELLENS AEQVORA PRORA / PELIAS INTACTI LATE SVBIT HOSPITA PONTI / PINVS) aduentum Argonautarum describit ad Lemnon, qui missi erant a Pelia rege ad Colchos ⟨ad⟩ Phrixei arietis pellem auream deferendam. PELIAS ... PINVS Argo nauem dicit, 695

676 TRIVMPHO **fπ**, *om.* **MmV** | Thracio **M**pc**K** *Mombritius*, -o **fE**1**mB**, traico **V**, thaico **π**, thracum **Q**, -ico *Lindenbrog* || **677** Lemniadibus **M**pc *Jahnke*, -um **ω** || **681** ARMA] ARVA **mF**2 *Statius* || **683** -QVE1 *seclusi*, *om.* (*inser.* SVPER) *Mombritius* || **687** uigil⟨es⟩ *scripsi* || **690** SVB HOSTE *inseruit Mombritius* || **694** a Pelia rege ad Colchos *Mombritius*, ab oeta -e ad -os **ω**, a Pelia ad Aeetam -em Colchorum *A. Klotz p. 503* | ad2 *inseruit Jahnke* || **695** deferendam **M**pc**KVQ**pc**bRG** *Mombritius*, -fendendam **M**ac**fmBtπ**

quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. Cicero ⟨de fato 35 uel auct. ad Herenn. II 34: Ennii (Medea) trag. 205–206 Ribbeck (246–247 Vahlen, 208–209 Jocelyn)⟩:

'utinam in nemore Pelio n⟨e⟩ caesae securibus
700 ad terram cecidissent abiegnae trabes'.

siue Peleum, unum de numero Argonautarum, significat Pthium (cuius ciuitas est Pthia, cuius Vergilius ⟨Aen. I 284⟩ meminit: 'Pthiam clarasque Mycenas') aut certe Peliam, Neptuni filium, qui Iolci summam obtinebat. hic 705 enim responsum acceperat ut ab eo spoliaretur arce qui altero ei nudo pede occurrisset. quapropter hoc uelocius sustinuit quo euitare captauit. Iason quidem natus ex Aesone, fratre regis, occursurus sacris quae Neptuno is faciebat, dum per Anaurum flumen transit, detentum limo al- 710 terum pedis calciamentum reliquit atque ita fato agente peruenit ad Peliam. qui in illo timens quicquid ⟨ab⟩ oraculo fuerat dictum, sub specie gloriae eum misit ad Colchos ad auferendam auream arientis pellem. [ergo Pelias pinus Argo nauem dicit, quae in Pelio monte Thessaliae

699 in nemore Pelio n⟨e⟩] ne in nemore Pelio *Cicero Ennius* | Pelio n⟨e⟩ *correxit Jahnke ex Cicerone*, Pelio (*om.* ne) *Mombritius* | caesae securibus] securibus caesae *Cicero auct. ad Herenn. Ennius?* (*nisi* -a) || **700** ad terram cecidissent abiegnae] cecidissent (*uel* ac-) abiegnae ad terram *Cicero auct. ad Herenn. Ennius?* (*nisi* -et -a) || **701** Peleum *Jahnke*, -ion **ω** *edd.* || **702** P(h)thium **bR** *Jahnke* (phithium **ψ**), filium **ω** || **704** Peliam *Jahnke*, -ion **ω** *edd.* | Iolci *Jahnke*, hiulci **MfE^{1}mt**, illius loci **BVπ** || **708** occursurus **MBVQF** *Mombritius*, -um **fE^{1}mApψ** || **711** Peliam **Qp** *Mombritius*, -an **ω** | ab *inseruit Mombritius* || **712** gloriae (*om., inser. superscr.* **M**) eum **Mψ**, glorię **fmFp** *Mombritius*, eum glorie **E^{1}BVA**, *om., spat. uac. rel.*, **Q** || **713–715** ergo ... est *seclusi*

fabricata est.] HOSPITA quasi prima. INTACTI ... PONTI 715
quia ante Argo nauem inuiolatus fuit.

337 MINYAE Minyae Thessali, a Minya rege Thessalorum, a cuius nomine omnes Argonautae 'Minyae' nominati sunt.

337–338 (GEMINVS FRAGOR ARDVA) CANET / (PER LATERA) 720
⟨canet⟩ spumat. id est: dextra laeuaque reuulsi fluctus cano litore feruebant.

340 TONSIS remis.

341–345 MITIOR ET SENIBVS CYGNIS (ET PECTINE PHOEBI / VOX MEDIA DE PVPPE VENIT ... / ... OEAGRIVS ILLIC / AC- 725
CLINIS MALO MEDIIS INTERSONAT ORPHEVS / REMIGIIS)
Ouidius ⟨met. XIV 429–430⟩:

'uerba sono tenui maerens fundebat, ut olim
carmina iam moriens canit exsequialia cygnus'.

Orpheum, quemadmodum in naue caneret, dicit, cuius 730
dulcedinem morientis cygni comparat cantilenae. dicuntur enim cygni mortis tempore dulcius solito canere.

342–343 (MARIA IPSA CARINAE) / ACCEDVNT consentiunt ut tranquilla subdant. sic Terentius in Adelphis ⟨u. 350⟩:
'accedo, ut melius dicas'. aut accedunt ut audiant, 735
quasi sensum recipientia. sed melius 'consentiunt'.

717 MINYAE] Mimiae **M**, mimę **f** | Minyae **E**[1] (*ex* minsę), minse **ω**, *om. Mombritius* | a **BKV** *Mombritius*, *om.* **Mfmπ** || **717–718** Thessalorum **mKbR** *Mombritius*, -liborum **M**, -borum **fφ**, -liorum **V**, -lo **Q**, thesbanorum **c**, theb- **GOvek** || **718** Minyae **E**[1] (*ex* minsae) **BVQvek** *Mombritius*, mynsę **Mf**(**E**[1ac])**m** **Kπ** || **730** naue] naui **Vπ** *Mombritius* || **735** accedo] cedo *Terentius*

345 (TANTOSQVE IVBET) NESCIRE LABORES id est: cantus dulcedine laborem sentire non sinit.

346–347 ORAQVE PRIMI / (CYANEIS ARTATA MARIS) Sym-
740 plegadas, ut asserit Euripides ⟨Medea 1 sqq.⟩. CYANEIS [... MARIS] Cyane Nympha in Sicilia est. Venus indignata, quod Proserpina suum numen contemneret coniugia spernens, ⟨Plutoni⟩, qui territus uiribus Typhoei euomentis Aetnam, cui subiectus erat, cum ab inferis
745 emersisset, intulit amorem, ut Proserpinam circa cacumen Aetnae flores legentem eriperet. qua compressa cum properaret curru fugere, Cyane Nympha, quam dilexerat Anapus amnis, intercedente tardatus est. at ille incensus ira morae intercedentem ut rumperet sceptro percussit.
750 praecepsque in inferna demersa est et in liquorem conuersa. cuius lacus contiguus est Arethusae.

347–348 NOS THRACIA VISV / (BELLA RATAE) nos putamus Thraces in ultionem uenire nauigio, qui uicti a uiris fuerant Lemniadum.

755 **355** SOLVTO molli aut muliebri.

357 ADVERSO (RISIT GRADIVVS IN HAEMO) utrum situ aduersum posuit id est positione loci an aduerso inimico, quippe Mars Lemnum merito oderat quia in ea insula a Vulcano cum Venere fuerat deprehensus?

741 CYANEIS **mQ** *Statius Mombritius*, Cyonei **Mfπ** | MARIS *seclusi* | est *om.* **fE¹mQ** || **743** Plutoni *inser.* **Q** *Jahnke ex Myth. Vat. II 93* || **752** putamus **M^ac Bπ**, -uimus **M^pc E²**, -bamus **KV** || **757** id est ... loci *interpolatum iudicauit A. Klotz p. 490* || **758** Mars **M^pc f** (**m^pc**?) **KQF** *Mombritius*, maris **M^ac E¹ m** (*corr.?*) **BVAp**, martis **ψ**

361–362 (IAMQVE ABERANT TERRIS QVANTVM) CORTYNIA (CVRRVNT / SPICVLA) tantum, inquit, a portu aberat nauis quantum Cretensium sagittarum iactus exprimitur. Cortynia enim dixit Cretensia. 760

363 (RATIS ...) PELASGAE Graecae nauis id est Argo.

364 HORROR obscuritas. 765

364–365 (AB OMNI / SOLE DIES pro 'ab omni die sol', noue dictum.

367–368 (NIGRIS) REDIT VMIDA TELLVS / (VERTICIBVS) arenae funditus auulsae impetu iactantur aquarum.

372 TRITONA nauim. solet enim omnis nauis pictura quacumque signari. ut Vergilius ⟨Aen. X 209⟩: 'hunc uehit immanis Triton'. 770

373–374 INSANA ... / ARBOR uel magna uel instabilis. nimis poetice dixit insana arbor. accipimus enim mobilem, ut hi qui insani sunt loco stare non possunt. 775

377 DVM LABOR ILLE VIRIS dum Argonautae tempestate iactantur.

378–380 (INVALIDIS) FLVITANTIA (TELA LACERTIS / ... / SPARGIMVS) ordo: inualidis lacertis fluitantia tela spargimus. et bene inualidis utpote femineis. FLVITANTIA incerta. 780

379 QVID NON AVSA MANVS sensus: quod non post scelus ausae sumus? nam, cum occidissemus uiros, etiam semideos bello attrectare temptauimus.

766 *post* DIES *inser.* (h)yperbaton **Vπ** | *post* die *inser.* raptus **E**[2]**B** (*leg.* (sol) raptus) **Q**, raptus est **Vπ** || 775 sunt **BVπ**, *om.* **Mf mKQ** || 782 quod] quid **mV**

785 **382–383** (AEQVORA) FVNDO / (EGERERE) hoc est sentinam proicere. Ouidius ⟨met. XI 488⟩: 'egerit hic fluctus aequorque refundit in aequor'.

384 (SVSPENSAEQVE) CARENT CONAMINE VIRES Lucanus ⟨III 692–693⟩:

790 'incertasque manus ictu languente per undas exercent'.

omne enim corpus quod motu rei alterius commouetur ad iaciendum stabilem non habet firmitatem. sicut Sallustius ⟨frg. hist. incert. sed. 22 Maurenbrecher⟩: 'imbe-
795 cilla est fortitudo, dum pendet'.

385–386 FERREA NIMBIS / (CERTAT HIEMS) iaculorum pluuiam describit. ut Vergilius ⟨Aen. XII 284⟩: 'ac ferreus ingruit imber'.

387 (MVLTA) CRINITVM MISSILE (FLAMMA) lanceis per stup-
800 pam insertum ignem demonstrat, nam, quando flammam aliquis quatit ut iaciat, quosdam crines facit. ut Vergilius ⟨Aen. V 528⟩: 'crinemque uolantia sidera ducunt'.

388–389 (DAT OPERTA FRAGOREM / PINVS) ET AB IVNCTIS [AB ILLA] REGEMVNT TABVLATA (CAVERNIS) ab iunctis
805 ergo *ὑφ'ἕν* noli accipere. operta autem pinus pellibus, ut

785 AEQVORA *et* EGERERE *inseruit Mombritius* || **786** proicere **E²BVφ**, facere **MfmK**, proici facere **ψ** || **787** aequorque **MFc** *Ouidius*, -orumque **fmBVπ**, aequor **Kp** || **793** iaciendum **E¹mB KVQFO^pc^v**, iace- **MftA(p)ψ** || **799** crinitum missile *bis* **fmπ** (*in* **K** *semel, sed in margine cum nota in textu*) || **802** ducunt **fBV Q^pc^Gve** *Vergilius*, dicunt **Mmπ** || **804** AB ILLA **Mπ** *Mombritius*, AB ILLA RE **fmKV**, *om. Lindenbrog, seclusi* | ab **BKVQ^pc^b^pc^R** *Mombritius*, ad **Mfmtπ**

mos est. abiunctis quidam ὑφ'ἕν legunt: diuisis. sic in Olympio ⟨Nemesian. frg. 1⟩:

'abiungere luna
iunices'.

[cui contrarium est iungere.] 810

390 HYPERBOREA ... NIVE Scythica. Hyperborei enim montes trans aquilonem sunt. et est uocabulum Graecum. *ὑπέρ* enim Graece, Latine 'ultra' dicitur. *βορέας* aquilo nuncupatur.

392 AMARO noxio. unicuique enim rei res quae nocet 815 amara est. ut Vergilius ⟨georg. II 247⟩: 'tristia temptantum sensu torquebit amaro'.

397 ARMA ALIENA non maritorum suorum arma dixit, sed arma aliena id est sexus alterius, nam, cum per timorem uisorum Argonautarum reuocamur ad sexum, repetit 820 uires suas natura, cum alienas non potuisset implere.

398 AEACIDAS Telamonem et Peleum, Aeaci filios.

399 ANCAEVM Lycurgi filium a Salamina.

400–402 (ATTONITO MANIFESTVS IN AGMINE SVPRA EST / AMPHITRYONIADES PVPPEMQVE) ALTERNVS (VTRIMQVE / IN- 825 GRAVAT ET MEDIAS ARDET DESCENDERE IN VNDAS) eleganter alternus: ne in uno latere forte consistens mole corporis aut uirtutis uerteret nauem. alternus ergo nunc hic nunc illic, in neutra parte consistens.

403 AT LEVIS (ET MISERAE NONDVM MIHI NOTVS IASON) le- 830

806 abiunctis **KVQROvek** *Mombritius*, ad- **MfmBtπ**, ad- (b) **E**[2] || **810** cui ... iungere *seclusi* || **816** tristia] -ticia **fBφ** || **817** amaro] -or **fBtφcO**[ac] *Vergilius* || **830–831** leuis *om.* **MV**

uis: utrum hoc epitheton ad discretionem Herculis dicitur, quia ille grauis, an ad animi mobilitatem, quia nullam Iason firmo amore possedit uxorem? deserta enim Hypsipyle Medeam duxit, relicta Medea Glaucen sortitus
835 est uxorem. hoc ideo dixit quia, cum Argonautae Lemnum fuissent ingressi, hanc Iason suo matrimonio sociauit, quam utero grauem reliquit. ex quo conceptu geminos edidit Hypsipyle.

405 OENIDEN Meleagrum significat.

840 **412** (CLAVVMQVE) AVDIRE NEGANTEM non obtemperantem dextrae. Lucanus ⟨III 593–594⟩:

'qua nullam melius pelago turbante carinae
audiuere manum'.

audire et nauis dicitur et currus. ut Vergilius ⟨georg.
845 I 514⟩: 'neque audit currus habenas'.

413 ⟨TIPHYS⟩ hic ergo Tiphys gubernator nauis Argo.

413–414 MVTAT / IMPERIA mutare imperia est modo huc modo illuc nauem conuertere.

417 (PALLADIOS OLEAE) MOPSI GESTAMINA (RAMOS) quia
850 Mopsus tamquam uates Argonautarum olea fuerat coronatus. huic Mopso se Amphiaraus ab Iasone praelatum fuisse iactauit. ait enim ⟨III 520–521⟩:

'nec me uentura locuto
saepius in dubiis auditus Iasone Mopsus'.

839 OENIDEN *Lindenbrog*, -EM ω *Mombritius* ‖ **842** carinae **K** *Lucanus*, -am **MfmBVv**, -a π (*errorem credo non auctoris sed scribae fuisse*) ‖ **846** TIPHYS *inserui* (*scholium fortasse a scholio ad V 477 exortum credo*) ‖ **854** auditus $\mathbf{M}^{pc}\mathbf{E}^{1}$**BV**π, ad- $\mathbf{M}^{ac}$**fmK**

419 (PRAECIPITES VOCEM) INVOLVERE PROCELLAE uox enim, quae aut in speluncam emittitur aut in antrum uel certe per litora ipsa, respondet, quia aut caua loca sunt aut curua; quae uero in libero aere iactatur late fusa inuoluitur. 855

422 (TRABIBVS) DE MORE (REVINCTIS) contrarie poeta dixit de more, cum nemo nauigium ante temptasset. de more ergo hic ait de propria ipsorum consuetudine. 860

427–428 (CAELICOLAS SI QVANDO DOMOS LITVSQVE) RVBENTVM / (AETHIOPVM ET MENSAS AMOR EST ITERARE MINORES) ⟨rubentum⟩ quia iuxta Mare Rubrum sunt, siue quia uicino solis ⟨igne⟩ signati sunt. Aethiopas ergo hoc loco describit, quia cum Gigantes ... ab ipsis suscepti dicuntur hospitio. aut certe propter iustitiam a numinibus diliguntur. hoc etiam Homerus in primo libro ⟨Il. I 423–424⟩ signauit eo quod Iuppiter cum his propter iustitiam et aequitatem morum deserto caelo frequenter epuletur. dicuntur enim iustissimi homines esse Aethiopes et ideo relicto orbe frequenter eos reuisunt caelicolae. 865 870

430 (ET PAVLVM RESPIRAT) CAELIFER ATLAS Iuuenalis de raritate numinum ita dixit ⟨XIII 46–49⟩: 875

857–859 respondet ... inuoluitur *scripsi*, inuoluitur ... respondet ω (non respondet *Vollmer*) || **864** ITERARE *sensum e scholio deriuandum proposuit Garrod* (iterare *in Statio coniecit Schrader*), INTRARE ω || **866** quia] qui **MApO** | uicino *scripsi*, -a **Mfmπ**, -ia **KF** *Jahnke D'Orville*, *om.* **V** | solis ⟨igne⟩ signati *scripsi*, -i -a **Mf mVπ**, -is ignita **K** *Jahnke*, (signata est) -is *D'Orville* | sunt *scripsi*, est ω || **866** quia cum Gigantes **fmK** *Lindenbrog*, quia Gigantes **E**[1]**V**, quia **Vπ** *Mombritius*, Gigantes **M** *Jahnke* | *lacunam post* Gigantes *posui*

'nec turba deorum
talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis
numinibus miserum urgebant Atlanta minori
pondere'.

880 quod hic de absentia numinum respirare dixit Atlantem.

431–432 (HIC ET) AB ADSERTO (NVPER) MARATHONE (SVPERBVM / THESEA) Marathon ciuitas in qua Theseus nutritus est. quam cum Persae inuasissent, ab Atheniensibus Theseo duce caede magnorum uirorum liberati sunt.
885 unde factum est ut ita Athenienses iurent: *μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι.* HIC ET AB ADSERTO (NVPER MARATHONE SVPERBVM / THESEA) Minos, Iouis et Europae filius, cum patri sacrificaturus ad aras accederet, orauit potentiam numinis ut dignam aris suis hostiam ipse praeberet. ita-
890 que subito taurus apparuit nimio candore perfusus. quem admiratus Minos religionis oblitus armenti sui maluit esse ductorem. cuius ardore Pasiphae fertur arsisse. igitur contemptus a filio Iuppiter indignatus furorem tauro subiecit et Cretensium non solum agros sed etiam moenia
895 uniuersa uastauit. hunc Hercules missus Eurysthei imperio superauit uictumque Argos usque perduxit. ibi consecratus ⟨est⟩ Iunoni ab Eurystheo. sed Iuno exosa munus, quod ad Herculis gloriam pertinebat, taurum in Atticam regionem expulit. ibique a monte eius 'Marathonius' ap-

878 urgebant **M** (*ex* -bat) **BKVQpψ**, urgue- **fmAFc** || 882 est *inser. post* ciuitas **MVQbG** || 884 magnorum] magna*?* | liberati sunt] *sc. Marathonii* (superati sunt *Kohlmann*) || 885 iurent **Bπ**, uiuerent **MfE²m**, iurarent **V** || 885–886 *μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι restituit Bode*, (*ἐν incertum uidicauit Buecheler*), *iam Geuartius*, matus et maratoni **ω** (*sicut, contra Jahnke*, **B**) || 897 est *inser.* **π** *Jahnke, post* ab euristeo iunoni **B**

pellatus est. quem postea Theseus, Aegei filius, interemit. 900
quo facto aeternos sibi gloriae titulos comparauit.

432 ET ISMARIOS (AQVILONIA PIGNORA) FRATRES Zethum et Calain dicit, Ismarii Aquilonis filios, id est Thraces a monte Ismaro, cuius etiam Vergilius meminit ⟨ecl. VI 30⟩: 'nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Or- 905 phea'. et ideo pretiosiores dicuntur a nimietate frigoris uirides lapides qui 'smaragdi' nuncupantur.

434–435 (HIC PHOEBO) NON INDIGNANTE PRIOREM / (ADMETVM) bene n o n i n d i g n a n t e, quia Admeti pecus pauerat et obsequiis eius emeritus ei tamen fauebat, apud 910 quem passus uidebatur iniuriam. qui[a] iuxta Amphrysum fluuium pecus pauit – unde Vergilius ⟨georg. III 1–2⟩:

'et te memorande canemus
pastor ab Amphryso' 915

– quod fabricatores fulminis sagitta percusserat quia Asclepius, Apollinis filius, fuerat fulminatus. rogatu enim Dianae Hippolytum ad auras superas reuocarat. ut Vergilius ⟨Aen. VII 769⟩: 'Paeoniis reuocatum herbis et amore Dianae'. 920

436–437 GENERVMQVE PROFVNDI / (NEREOS) g e n e r u m ... N e r e o s Peleum significat, quia Thetidem, Nerei filiam, duxit uxorem, Achillis matrem.

901 titulos **mBVπ**, -o **M**[ac]**fE**[1], -um **M**[pc] (*manu recentiore*) || **902** Zethum] l(a)etum **M**[ac]**fmt**; *de forma* (*pro* Zeten) *cf. ad XII 630–631 Seru. Aen. X 350* || **903** Calain] c(h)alam **fmB** | filios boreę et orithię (u- **E**[2]) uel *inser. post* dicit **E**[2]**BV** || **907** smaragdi] *nota ἔτυμον ex* Ismarii || **908** INDIGNANTE **fmπ**, -EM **MA**[ac] || **911** qui[a] *scripsi* || **919** Paeoniis] poeni(i)s **AFpGO**

438 OEBALIDAE (GEMINI) id est Castor et Pollux, qui Spar-
925 tani fuisse dicuntur quia Oebalia urbs Spartae est. CHLAMYS ARDET splendet. Vergilius ⟨Aen. IV 262⟩: 'Tyrioque ardebat murice laena'.

443 VIX CVRSV TENER AEQVAT HYLAS Vergilium imitatus hoc loco poeta est dicentem ⟨Aen. II 724⟩: 'sequiturque
930 patrem non passibus aequis'. Hercules cum accessisset comes Argonautis, Hylam, Thiodamantis filium, secum duxit armigerum, admirandae pulchritudinis iuuenem. qui remum fregit in mari, cum pro suis remigat uiribus, cuius reparandi gratia Mysiam petens siluam fertur in-
935 gressus. Hylas uero cum aquatum perexisset, conspectus a Nymphis raptus est. quem dum Hercules quaerit, relictus ab Argonautis in Mysia est. unde Vergilius ⟨ecl. IV 43–44⟩:

'nautae quo fonte relictum
940 clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne sonaret'.

445–446 (ERGO ITERVM VENVS) ET TACITIS CORDA ASPERA F(LAMMIS) / (LEMNIADVM PERTEMPTAT AMOR) ⟨tacitis⟩ occultis. ut Vergilius ⟨Aen. IV 67⟩: 'et tacitum uiuit sub pectore uulnus'. iterum, inquit, Lemniades coniugalia
945 iura desiderant et Argonautis idcirco iunguntur ut, cum abire coeperint Argonautae, denuo suas derelictis Lemniadibus uideatur iniurias uindicare.

446–448 (TVNC) REGIA IVNO / (ARMA HABITVSQVE VIRVM PVLCHRAEQVE INSIGNIA GENTIS / MENTIBVS INSINVAT)

924 GEMINI] *iam* G. V || 925 Oebalia **BVQFpψ**, oebelia **Mm KA**, obelia **f** || 926–927 Tyrioque **KQb** *Vergilius*, muriceque **ω** || 929 dicentem *Jahnke*, -do **ω** || 945 idcirco … ut] *sc. propositum Veneris* (*sic intellexit Gaffney*) || 947 uideatur] -antur **GO** *Mombritius*

Iuno, inquit, iniecit nobis mentem benignam quia Argonautis fauebat propter Iasonem – qui eam fluuium transiecerat, cum se illa in anum simularet – ut eorum cupientissime thalamis iungeremur. et ideo hic Iunonem uiros nitidos effecisse subiunxit ut nuptiis, non adulterio, si hoc Venus efficeret, placuissent. 950 955

453 (NOSTRAE) FATVM EXCVSABILE CVLPAE fatum nostrae culpae, quod uiros acciperemus. minuit ergo amoris inuidiam, cum dicit c u l p a e. ut Vergilius ⟨Aen. IV 9⟩: 'huic uni forsan potui succumbere culpae'.

456–457 (ETSI) BLANDVS IASON / (VIRGINIBVS DARE VINCLA NOVIS) subaudimus 'erat'. ⟨ordo:⟩ Iason blandus dare uincla uirginibus nouis, id est: qui solitus sit mutare coniugia. tum sese, postea Medeam, tertio Glaucen et uxorem habuit et dimisit. 960

457–458 (CRVENTVM) / PHASIN fluuius quem ideo c r u e n t u m dicit quod per eum Medea patrem fugiens insequentem interempti fratris dicitur membra iactasse. siue fluuius Scythiae Phasis est barbarorum caedibus cruentus assidue. COLCHI ciuitas gentis eiusdem, Medeae patria. ALIOS ... (GENERATIS) AMORES quia post Hypsipylen Medeam duxit uxorem. 965 970

462 NON SPERATIS (CLAMATVR LEMNOS) ALVMNIS unde enim sperarent filios habere posse, quae uiros omnes occiderant?

464 ENITOR pario. unde et 'enixae' dicuntur quae generant. 975

952 in anum **Bπ**, inanem **Mfmt**, anum **V** || 956 EXCVSABILE **M**[pc]**mQb(R)**, EXVPERABILE **M**[ac]**fBtπ** || 957 acciperemus *scripsi cum* **K**, occideremus **ω** || 962 ordo *inserui* || 962–963 coniugia. tum] coniugatum **fφ**(c?), coniugium **bRGOvek** || 963–964 et ... et *scripsi*, uel ... uel **ω** || 968 caedibus **Q** *Lindenbrog*, pedibus **ω**

466 (IAM PLENA) QVATER QVINQVENNIA (PERGVNT) uiginti annos ostendit ex quo ediderat ex Iasone filios.

469–470 (RATIS IPSA MORAM ...) / ODIT duram animauit
980 nauem dicendo moram odit, ut Vergilius colli oculos dedit dicendo ⟨Aen. I 420⟩: 'aduersasque aspectat desuper arces'. mirabilis illa locutio est, quotiens dura a poetis animantur.

475 (AEQVOREI REDIERVNT) VELLERA PHRIXI Phrixus et
985 Helle[s] Athamantis, Aeolo geniti, et Nephelae filii fuerunt. quos cum nouerca persequeretur infesta, arietem aurei uelleris conscenderunt. mare ingressi patriam Colchos petebant. sed enim Helle[s] utpote puella sexu infirmior in mare delapsa nomen 'Helles ponto' tribuit. Phri-
990 xus deuenit ad Colchos ibique immolato ariete pellem eius auream Marti dicauit, quam draco peruigil custodiebat. ad quam repetendam Iason a Pelia rege missus semideos Graeciae congregauit, qui ex nauis nomine 'Argonautae' sunt dicti, quae a uelocitate 'Argo' nominata est,
995 quod dicente Homero datur agnosci. ait enim ⟨Il. I 50⟩: *καὶ κύνας ἀργούς* id est ⟨canes⟩ ueloces. quae cum praedictis prima omnium ingressa est mare. sed Iason ubi Colchos aduenit, adamatus a Medea, Aeetae regis filia, anguem carminibus soporatum necauit et ablatam pellem
1000 reuexit ad patriam.

979 duram *scripsi*, -e ω ‖ 982 illa locutio *Lindenbrog*, allocutio ω ‖ 985 Helle[s] *corr.* **vek** *Mombritius* | Nephelae] -es *Mombritius; sed cf. ad II 281* Nebula ‖ 986 persequeretur] -quetur **M** (*corr. in* -itur) **m** ‖ 988 Helle[s] *corr.* **vek** *Mombritius* ‖ 996 *καὶ κύνας ἀργούς recognou.* **Q** *Mombritius*, cecynas (*uel* cet-) argus ω (argos **fVRvek**) | canes *inser.* **Q** *Mombritius* ‖ 998 Aeetae *Lindenbrog*, (o)ete **M**^{pc}**V**π *Mombritius*, etate **M**^{ac}**fm**

476 VT STATA LVX PELAGO statuta die qua abscederent Argonautae.

477 TIPHYS gubernator nauis Argo. (OCCIDVI) RVBVERE CVBILIA (PHOEBI) physici serenitatem futuram dicunt, si sole occidente nubes rubescant. 1005

479–480 VIX RESERATA DIES (ET IAM RATE CELSVS IASON / IRE IVBET PRIMOQVE FERIT DVX VERBERE PONTVM) bene ostendit tota nocte Iasonem uigilasse, siquidem ortum Luciferi primus aspexit.

484–485 (LONGVMQVE POLO) CONTEXERE (VISA EST / AEQVOR ET EXTREMI PRESSIT FRETA MARGINE CAELI) ⟨contexere⟩ aequare, quia longe prospicientibus mare uidetur caelo coniunctum. sic enim lumina nostra falluntur ut putemus maris fluctus usque ad caeli marginem peruenire. 1010 1015

486–488 FAMA SVBIT (PORTVS VECTVM TRANS ALTA THOANTA / FRATERNA REGNARE CHIO MIHI CRIMINA NVLLA / ET VACVOS ARSISSE ROGOS) sensus: rumor allatus est Lemnum patrem meum Thoantem in Chio regnare nec mihi cum ceteris Lemniadibus scelus fuisse commune. 1020

491–492 (SOLANE FIDA SVIS NOS AVTEM IN FVNERA LAETAE) / NON DEVS HAEC (FATVMQVE) uerba Lemniadum incusantium Hypsipylen, quod sola in patrem scelerata non fuerit. et acute dictum. iam, inquit, illa fecimus nec deorum nutu nec necessitate fatali. his enim defensionibus facinus excusatur. ergo cum una est innocens, purgationem reliquae perdiderunt. 1025

1004 PHOEBI *suppleuit Mombritius*

496 (SED NON ITERVM OBVIVS) EVHAN Liber pater, qui Thoanti patri suo fuerat, cum eiceretur, auxiliatus.

1030 ⟨**499–500** TALIA LERNAEIS ITERAT DVM REGIBVS EXSVL / LEMNIAS⟩ eleganter iterat. ante enim quam inciperet ab origine Lemniadum facta narrare dixit ⟨u. 39⟩: 'seruitium Hypsipyle uestri fero capta Lycurgi'.

500 (LONGA) SOLATVR DAMNA (QVERELA) dixit et hunc sen-
1035 sum poeta superius ⟨u. 48⟩: 'dulce loqui miseris'.

501 IMMEMOR ABSENTIS (... ALVMNI) infantuli Opheltis, Lycurgi scilicet filii, quem nutriendum a patre susceperat. SIC DI SVASISTIS interpositio. id est: hoc diis placuit. ALVMNI non filii, sed qui alebatur.

1040 **502–503** COMANTI / ... HVMO herbosae.

503–504 FESSVSQVE DIV PVERILIBVS ACTIS / LABITVR IN SOMNOS PRENSA MANVS) HAERET (IN HERBA) *δεικτικῶς* expressit aetatem. nam in actu[s] ludicro[s], cum somno requiescit infantia, quicquid tenuerit non relinquit.

1045 **505–506** (INTEREA CAMPIS NEMORIS SACER HORROR ACHAEI) / TERRIGENA EXORITVR (SERPENS) exoritur de nemore. et est ordo: interea sacer serpens terrigena exoritur nemoris Achaei horror.

516–517 (SAEPE SVPER FLVVIOS GEMINAE IACET) AGGERE
1050 RIPAE / (CONTINVVS) id est: utramque ripam longitudinis suae magnitudine tangebat.

1030–1031 TALIA ... LEMNIAS *scripsi pro* ET VESTRAS FAMVLAM (*u. 498*) *in* ω, *iam* iterat (**1031**) *ex u. 499 sumptum esse recognouit Jahnke* ‖ **1040** i. *inser. ante* herbosae **mKQ** ‖ **1043** actu[s] ludicro[s] *scripsi* ‖ **1044** relinquit] -liquit **M**^{ac}**f** ‖ **1046–1047** nemore] more **m**^{ac}**K**

518–519 OGYGII (IVSSIS QVANDO OMNIS ANHELAT / TERRA DEI) ⟨Ogygii⟩ Thebani hoc est Liberi patris, ab uno de terrigenis, cuius uoluntate aruerunt cuncta flumina et amnes. NYMPHAE torrentes. 1055

524 INCERTVSQVE (SVI) id est de uita desperans uel quid agat ignarus aut quo tendat.

529–530 (QVANTVS AB ARCTOIS DISCRIMINAT) AETHERA PLAVSTRIS / (ANGVIS ET VSQVE NOTOS ALIENVMQVE EXIT IN ORBEM) Anguis illius meminit qui creditur locatus in 1060 caelo, per Aratum ⟨phaen. 45–62⟩ celebratus. hunc describit diuidentem Plaustra a Cynosura usque in australem partem pertinere, hoc est alienum ... in orbem. poetice autem dicit stellarum figuram quibus Plaustrum efficitur, in utroque sidus accipiens. de quo Vergilius ⟨georg. I 244⟩: 'maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis'. 1065

531–533 (QVANTVS ET ILLE SACRI SPIRIS INTORTA MOVEBAT / CORNVA PARNASSI DONEC TIBI DELIE FIXVS) / VEXIT HARVNDINEAM (CENTENO VOLNERE SILVAM) ex monte Par-

1054–1055 flumina et amnes *scripsi*, amnes flumina et **ω** || **1055** NYMPHAE torrentes *scripsi*, *lemma* NYMPHAE *recognoscens* (*cf. Seru. Aen II 305*: TORRENS fluuius qui aestate siccatur ...), torrentes nymphae *Mombritius*, Nymphae torrentur *Lindenbrog* || **1056** SVI **mπ** *Mombritius*, *om.* **MfBV** | de uita **KQ** (*u. l. in marg.*) *Lindenbrog*, debita **ω**, de uia **Q** (*in textu*) *Mombritius* | quid] quod **Mf** || **1060** Anguis *om.* **m**(E¹) || **1061** celebratus **K** *Mombritius*, -um **ω** || **1062** a Cynosura *scripsi*, Oceani **M**pc **m**pc, -us **M**ac, ocean- f, oceane- **m**ac, *om.* **K**, cecine uel ocean- t, cecine **π**, occidentem **Q**, *om.* a Cynosura ... anguis (**1062–1066**) **V**, occiuae *Mombritius*, ab occidente *Kohlmann* || **1062–1063** australem partem **K** *Mombritius* (*om.* pertinere *Mombritius*), -i -e (parte *del.*) **m**, -i (*om.* parte) **Mfπ**

1070 nasso Pythonem dicit serpentem, qui cum Latonam Ioue grauidam persequeretur Iunonis immissu et illa fugiens ad mare usque peruenisset, opportune Delos insula quae instabilis fluctibus uehebatur admota litoribus suscepit Latonam et ingenti periculo liberauit. ibi Apollinem Dia-
1075 namque edidit. post Apollo in uindictam matris Pythonem sagittis occidit et Delon insulam stabilitate donauit.

548–549 ⟨PRATA RECENTES⟩ / AMISERE NOTAS ut etiam miserae ambiguitas nasceretur quia pratorum signa defecerant. omnia enim perierant serpentis afflatu et distinctum
1080 floribus campum ariditas indiscreta confuderat. VIRIDI uenenoso. Horatius ⟨carm. I 17, 8⟩: 'nec uirides metuunt colubras'.

550 ⟨SPATIOSAQVE⟩ IVGERA COMPLET magnitudine corporis sui terrae iugera infinita compleuerat.

1085 **556** ARCAS EQVES Parthenopaeus.

559 VACVAS late diffusas.

561 MOLARES saxa ingentia, quibus molae fiunt.

564 DAT SONITVM TELLVS quia non resultat uox nisi aliqua sibi soliditate opposita.

1090 **566** ET TRABE FRAXINEA CAPANEVS ⟨SVBIT OBVIVS⟩ parenthesis est.

567 [SEV TV] PAVIDI ... ⟨LVCI⟩ inter 'pauidum' et 'pauentem' hoc interest: pauidus est qui pauorem incutit, pa-

1073 admota π *Lindenbrog*, a- **MfE^{1}mVt**, im- *Mombritius* || **1083** COMPLET *Statius* **QFRG** *Mombritius*, -ent **M** (*ex* -unt*?*) **fA pψ**, c. **m** || **1087** ex *ante* quibus *inser.* **vek** *Lindenbrog* || **1090** SVBIT OBVIVS *inser.* π *Jahnke* || **1092** SEV TV *seclusi* | LVCI (*unacum* FERVS INCOLA) *inseruit iam Mombritius*

uens qui timet. ergo pauidi ... luci: summitate arborum siue religionis metu incutientis pauorem. 1095

568 (SIVE DEIS) VTINAMQVE DEIS (CONCESSA VOLVPTAS) optat deos esse serpentem. est enim contemptor numinum et quaerit inuenire facultatem calcandae religionis.

569–570 (NON SI CONSERTVM SVPER HAEC MIHI MEMBRA) GIGANTA / (SVBVEHERES) quia Gigantes serpentinis pedi- 1100 bus fuisse dicuntur, quos 'draconipedes' uocant. Ouidius in quinto Fastorum ⟨u. 37⟩: 'mille manus illis dedit et pro cruribus angues'.

579 (ILLVM ET) COGNATAE (STAGNA INDIGNANTIA LERNAE) in eadem palude Lerna et nata dicitur et perempta. ergo 1105 cognatae. siue quod aliquando Lerna similem habuerit pestem siue quia iste anguis uideatur ab Hydra morum originem ducere.

581–582 (LVCOSQVE PER OMNIS / SILVICOLAE FRACTA GEMVISTIS) HARVNDINE FAVNI canna et ferula coronantur 1110 Fauni. [haec ornamenta sua] hos congemuisse mortuo serpente commemorat more lugentum.

583–585 (IPSE ETIAM E) SVMMA (IAM TELA) POPOSCERAT AETHRA / (IVPPITER ... / NI MINOR IRA DEO) ⟨e summa ... aethra⟩ id est per splendorem aetheris. Vergilius ⟨Aen. 1115 III 585–586⟩:

1097 deos *scripsi*, *iam* deum *Barth*, deorum ω || **1101** draconipedes E[1] *Mombritius*, -opedas ω || **1102** Fastorum] faustorum **fmV** | mille *Ouidius*, ille ω || **1103** cruribus] cur(r)ibus **BKφcG** || **1105** eadem] (a)edem **Mfφ(c?)GO** | Lerna **KVvek** *Mombritius*, lesina **MfE[1]mAFp**, lernea (*pro* Lerna et) **Q**, lesi. lerna ψ || **1111** haec ornamenta sua *seclusi*

'nec lucidus aethra
siderea polus'.
ergo commotus Iuppiter Capanei uoce sacrilega iam po-
1120 poscerat fulmina, nisi ira modestior sacrilegium distulisset.

585–586 NI MINOR IRA DEO (GRAVIORAQVE TELA MERERI / SERVATVS CAPANEVS) ideo hic Capaneus fulminatus non est quia fulminandus in bello est: quando Iouem ipsum
1125 est prouocaturus iniuriis, tunc merito interibit. maiore enim poena pro immanitate culpae plectetur. ideo minor ira deo, quia iustius, cum plus peccauerit, punietur.

587 (SVMMAS LIBAVIT) VERTICE CRISTAS iam quasi fulmine consecratus est.

1130 **588** PERERRATIS participium passiuum posuit, cum ratio non admittat.

589–591 (MODICO SVPER AGGERE) LONGE / ... / (PROSPICIT) ipsa altitudo longitudinis magnum indicat spatium quo liber plus foret aspectus.

1135 **594** NON LACRIMAS (HABET) oculi sine lacrimis patuere.

598 TOTVMQVE IN VVLNERE CORPVS totum uulneri uix corpus suffecit.

1118 siderea A² (*corr.*) **QcbR** *Vergilius*, -a ω (*error scribae*) || **1125** maiore] -a **MK** || **1127** deo **Qb** *Mombritius*, deum ω || **1128–1129** VERTICE ... consecratus est *post* admittat (-it **M**) (1131) *praebent* **Mf** || **1132** MODICO SVPER AGGERE *inserui cum* **Q** || **1133** indicat **MQFψ** *Mombritius*, iudicat **fE¹m(B?)VAp** || **1134** plus *suspectum* (*ex* plus peccauerit (1127) *?*), pluribus **k** *Lindenbrog* || **1135** id est *ante* oculi *inser.* **Bπ** | oculi] -is **MmFp RG** | sine **Mπ**, sed f, s. **E¹**, uel **M** (*om. schol.* **KV**) || **1136** id est *ante* totum *inser.* **Bπ** || **1136–1137** corpus *scripsi*, prope ω

600 PIGER (... SERPENS) *πρὸς ἀντιδιαστολήν.* piger, quantum ad alites pertinet.

620–622 (O DVRA MEI) PRAESAGIA SOMNI / (NOCTVRNIQVE METVS ET NVNQVAM IMPVNE PER VMBRAS / ATTONITAE MIHI VISA VENVS) superius ⟨uu. 545–546⟩ dixit: 1140

'iam certa malorum
mentis ab augurio'.

625–627 (TANTANE ME TANTAE TENVERE OBLIVIA CVRAE / DVM PATRIOS CASVS FAMAEQVE EXORSA RETRACTO) / AMBITIOSA (MEAE) tanta illius fuit cupiditas quae tantam exstingueret religionem. 1145

631–632 NE TRISTES DOMINOS (ORBAMQVE INIMICA REVISAM / EVRYDICEN) Lycurgum Eurydicenque significat, parentes Archemori. dominos uero secundum ius gentium dixit quod uicti uel capti seruilibus deputentur officiis. 1150

637 (TACITE) MAERENTIBVS (IMPVTAT VNDAS) quia causa huius mali Argiui fuerunt, quibus dum Hypsipyle aquas ostendit, oblita puerum exposuit morti. 1155

638 SACRIFICI (... LYCVRGI) Lycurgi, sacerdotis Iouis.

641 AVERSO (... TONANTI) auerso aduersanti. dederat enim numen signa contraria. PROSECTA exta, cum redduntur inspecta. uerbo sacrificantum usus est. particulae enim minutae membrorum omnium prosecta dicuntur in sacris quae inferuntur aris. 1160

1138 *πρὸς ἀντιδιαστολήν*] *in comparatione serpentum et uolucrum* || 1152 deputentur] -antur **MfFp** *Mombritius* || 1157 AVERSO *om.* E[1]**mK**, VBI ADVERSO (**Aψ**, A- **QF**[pc], DI- **F**[ac]**p**) DEDERAT PROSECTA TONANTI **π** || 1159 uerbo] -a **fVφ** || 1160 enim minutae] imminutę **fmt**, immunite **K**

643–644 (HIC SESE ARGOLICIS IMMVNEM) SERVAT AB ARMIS / (HAVD ANIMI VACVVS SED TEMPLA ARAEQVE TENEBANT) hic, inquit, ideo a Thebano se abstinet bello nec
1165 Polynici ferebat auxilium quia consulenti responsum fuerat Thebanum bellum ipsius sanguine imbuendum, quod tamen contigit morte filii.

647 PRIMA LYCVRGE (DABIS DIRCAEO FVNERA BELLO) hoc uersu tenor oraculi continetur.

1170 **648–649** (ET MAESTVS VICINI PVLVERE MARTIS / ANGITVR AD LITVOS PERITVRISQVE) INVIDET ARMIS quod non iret ad bellum.

⟨**650** FIDES SVPERVM⟩ hoc est, quod superius ⟨u. 620⟩ ait: 'nosco deos'. THOANTIS Hypsipyle. *πατρωνυμικόν* a Tho-
1175 ante patre. [accentus in fine est.]

659 GENERIS MENDACIA SACRI propter Liberum, patrem Thoantis, cuius filia fuisse dicitur Hypsipyle.

663 INFRENDENS infrendere est dentes dentibus quatere. ut Vergilius ⟨Aen. III 664⟩: 'dentibus infrendens'.
1180 infantes enim sine dentibus 'infrendes' dicuntur.

665 RECTOQVE ERYMANTHIVS ENSE quidam rectorque Erymanthius legunt, sed male. Erymanthium ergo

1164 hic] hoc **M** (*superscr. super* hic, *del.?*) **m** | abstinet (*pro* -uit ω) *Mombritius, quod probat A. Klotz p. 497 propter clausulam et quod melius cum* SERVAT *congruit* || **1173–1174** hoc est ... deos *post* religionem (**1148**) *cum lemmate* EXSOLVI TIBI (*u. 628*) *in* ω *inuenitur, pro quo lemma* FIDES SVPERVM *substitui et quod ad locum restitui* || **1174** *πατρωνυμικόν scripsi* (patronymicon *Jahnke*), patronomicon **MmKV**, -um **fE**[1]**B**π, -nymicum **RG**(**O**)**vek** *Mombritius* || **1175** accentus in fine est (*quod ad recte scribendum uerbum πατρωνυμικόν scriptum credo*) *seclusi*

Parthenopaeum dicit ab Erymantho, monte Arcadiae. RECTO ... ENSE protenso gladio.

666 (MVLTO) PRAESTRINGVNT (LVMINE) obcaecant. Lucanus ⟨I 154⟩: 'obliqua praestringens lumina flamma'. id est: aut armorum lumine obcaecant aut toruis oculis intuentur. 1185

668 COMMERCIA VITAE alii uittae legunt. ergo si uitae, quia omnes Argiui erant siue quia commercia uitae communes sunt irruentes casus excipere; si uittae, quia sacerdos erat Apollinis. 1190

670 VNVS AVVM SANGVIS a Perseo enim, Danaae filio, omnes Graeci originem ducunt. INDVLGETE permittite seu operam date. ut Vergilius ⟨Aen. VI 135⟩: 'iuuat indulgere labori'. 1195

671 SEDATO PECTORE patienti. magna enim uirtus est quae irasci non nouit.

673 INGRATIS non sentientibus beneficia aut praestiti minime gratiam relaturis. 1200

675–676 (GENITORQVE THOAS ET LVCIDVS EVHAN) / STIRPIS AVVS Hypsipylae dicit Liberum patrem propter Thoantem auum fuisse.

681 THEBES singulariter dixit.

681–682 (EQVIDEM NON VOS AD MOENIA THEBES / REBAR) 1205

1184 ENSE *Mombritius*, telo ω ‖ **1187** toruis **M**[pc]**m**[pc]**K**, orbis **M**[ac]**fE**[1]**m**[ac]**BtV**π ‖ **1191** communes **mKV**, -e **MfE**[1]**B**φ, -is **Qc**, -ia (ψ*?–codd. praeter* **c**) *Mombritius* ‖ **1193** Danaae *Jahnke*, -ę ω, -ai **F** *Mombritius*, -aes *Jahnke in textu* ‖ **1199** sentientibus] sentibus **fm**[ac] | praestiti *scripsi*, -o ω, -ori *Jahnke*

ET HOSTILES (HVC ADVENISSE CATERVAS) [subaudis:] non rebar huc uos hostiliter aduenisse.

683–684 (PERGITE) IN EXCIDIVM (SOCII SI TANTA VOLVPTAS / SANGVINIS) ⟨excidium⟩ meum scilicet et so-
1210 cium, regni communis.

684 (IMBVITE) ARMA DOMI id est domestica caede. subaudis: mea morte.

684–685 (HAEC INRITA DVDVM) / TEMPLA IOVIS quae coluntur frustra aut nihil praestant. QVID ENIM HAVD LI-
1215 CITVM subaudis: feceram, si uilis ancillae morte luctus meos ultus fuissem.

685–687 (TEMPLA IOVIS ... FERAT) IMPIVS IGNIS / (SI VILEM ... / IN FAMVLAM IVS ESSE RATVS DOMINOQVE DVCIQVE) incendite templa, quia parum est, si famulorum ius domini
1220 perdiderunt.

688–689 (SED VIDET HAEC VIDET ILLE DEVM REGNATOR ET AVSIS) / SERA QVIDEM (MANET IRA TAMEN) Tibullus ⟨I 9,3–4⟩:

'a miser, et si quis primo periuria celat,
1225 sera tamen tacitis Poena uenit pedibus'.

691–692 (VOLVRES EQVITVM) PRAEVERTERAT ALAS / (FAMA RECENS) nuntiatum Argiuis fuerat Hypsipylen ad supplicium trahi.

1206 subaudis] -i **QFψ**, *seclusi* || **1208** IN EXCIDIVM *ut lemma recognoui cum* **mBπ** || **1209–1210** et socium ... communis *post* morte (1212) *ad locum restitui* || **1211–1212** subaudis] -i **Qψ** || **1215** subaudis] -i **Qψ**

692 GEMINOS (ALIS AMPLEXA) TVMVLTVS quia unus in ciuitate erat [Hypsipylen ad supplicium trahi], alter, ubi Lycurgus est. 1230

698 VERSVSQVE DOLOR (DAT TERGA TIMORI) timore belli in metum uersus dolor mortis Archemori.

699–701 (SVBLIMIS ADRASTVS / SECVM) ANTE ORA VIRVM (FREMIBVNDA THOANTIDA PORTANS / IT MEDIVS TVRMIS) secum Hypsipylen ferebat, impetum furentis exercitus Adrastus cupiens refrenare, qui eam putabant interemptam fuisse. 1235

704–707 SIC VBI (DIVERSIS MARIA EVERTERE PROCELLIS / HINC BOREAS EVRVSQVE ILLINC NIGER IMBRIBVS AVSTER / ... VENIT AEQVORIS ALTI / REX SVBLIMIS EQVIS) Vergiliana comparatio est, sed contrarie. nam ille ad Neptuni comparationem ⟨Aen. I 148–156⟩ uirum bonum posuit, hic ⟨ad⟩ Adrasti Neptunum. [VENIT AEQVORIS ALTI] ordo: sic uenit rex aequoris ubi maria diuersis procellis euertere uenti. 1240 1245

707 GEMINVS ... TRITON duobus corporibus factus. ut ⟨IV 139–140⟩:

'utroque refringens
pectore montano duplex Hylaeus ab antro'. 1250

709 ET IAM PLANA THETIS Vergilius ⟨Aen. I 154⟩: 'sic cunctus pelagi cecidit fragor'.

710–712 (QVIS SVPERVM TANTO SOLATVS FVNERA VOTO / PENSAVIT LACRIMAS INOPINAQVE GAVDIA MAESTAE / RET-

1230 Hypsipylen ... trahi *om.* **Fp** *Mombritius, seclusi* || **1239** DIVERSIS MARIA *inseruit Mombritius* || **1244** ad *inser.* **Q** *Lindenbrog* | VENIT ... ALTI *seclusi* || **1252** cunctus] -os **fK**

1255 TVLIT HYPSIPYLAE TV GENTIS CONDITOR) EVHAN inuenit poeta, quod primum dubitabat. EVHAN Liber, a quo Hypsipyle originem ducit.

713–716 QVI GEMINOS (IVVENES LEMNI DE LITORE VECTOS / INTVLERAS NEMEAE MIRANDAQVE FATA PARABAS /
1260 CAVSA VIAE GENETRIX NEC INHOSPITA TERGA LYCVRGI / PRAEBVERANT ADITVS) tunc enim Hypsipylen matrem quaerentes illuc deuenerant, a quibus cognita est. hi tunc hospitio a Lycurgo suscepti. MIRANDAQVE FATA quae cogant Hypsipylen de seruitio ad regnum redire.

1265 **718–719** PRO SORS (ET CAECA FVTVRI / MENS HOMINVM) eleganter more comoediae contigit agnitio filiorum.

724 (EXPERTIS) NON AVDET CREDERE (DIVIS) incredula enim diu sunt uota laetitiae. tarde enim fidem adhibemus, cum quae optamus eueniunt.

1270 **726** (VMERIS AMBORVM) INTEXTVS IASON Iason, pater iuuenum, ex quo hos apud Lemnum ediderat Hypsipyle.

728 ATQVE ALIO (MADVERVNT LVMINA FLETV) quae paulo ante luctu flebat, nunc gaudio. alio ergo fletu scilicet gaudio. Terentius ⟨Adelph. 409⟩: ‘lacrimo gaudio’. [im-
1275 moderata enim laetitia et maxime parentum habet lacrimas suas.]

729–730 (ADDITA) SIGNA POLO (LAETOQVE VLVLANTE TVMVLTV / TERGAQVE ET AERA DEI MOTAS CREPVERE PER AVRAS) datum signum est caelo uelut barritus. Liber dedit
1280 sonitum tympanorum.

1257 Hypsipyle **fmQFvek** *Mombritius*, -en **ME¹BKVApψ** || **1258** IVVENES *inseruit Mombritius* (I. L. V) || **1265** SORS] FORS **mQe** *Jahnke*, F. V || **1274–1276** immoderata ... suas (= *Don. Ter. Adelph. 409*) *seclusi* (*quaesiuit 'ex Donato?' Wessner, sicut ad I 255 VII 645*) || **1275** enim *non in Donato* || **1275–1276** habet lacrimas suas] lacrimas habet *Donatus*

738–739 ET PVER (HEV NOSTRI SIGNATVS NOMINE FATI / ARCHEMORVS) Lycurgi filius, qui primo Opheltes dicebatur, sed, quoniam initia Thebani belli eius initiata sunt morte, iure fatali postea Archemorus nominatus est Graeca pronuntiatione sermonis. ἀρχή enim Graece 1285 'principium' dicitur, μόρος 'mors' sermone eodem nuncupatur.

743–744 (ATQVE VTINAM PLVRES INNECTERE PERGAS) / PHOEBE MORAS sciebat enim aduersa denuntiata, ne pugnarent. ideo ⟨in⟩necte⟨re⟩ ... moras. 1290

748–749 DVM LERNAEA PALVS (ET DVM PATER INACHVS IBIT / DVM NEMEA TREMVLAS CAMPIS IACVLABITVR VMBRAS) Vergilius ⟨Aen. I 607–608⟩:
'in freta dum fluuii current, ⟨dum montibus umbrae
lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet⟩'. 1295

751–752 PYLIAE NEC FATA SENECTAE / (MALVERIT PHRYGIIS AVT DEGERE LONGIVS ANNIS) Pyliam ... senectam annos Nestoris dicit. Phrygios autem annos Priami dixit, quem bis excidium Troiae uidisse certissimum est. ut Vergilius ⟨Aen. II 642–643⟩: 1300
'satis una superque
uidimus excidia et captae superauimus urbi'.
sed amborum annos dicit debere contemni. neuter enim post mortem est consecratus. alii uero Tithonum dicunt, Laomedontis fratrem, quem Aurora dicitur adamasse. et 1305

1290 ⟨in⟩necte⟨re⟩ *scripsi* || **1294–1295** dum ... pascet *addidit Mombritius* || **1297** Pyliam senectam *scripsi* (-ae -ae *aut* -us senex Nestor *iam proposuit Jahnke*), -as (**M**^{pc}**Vb** (**R**: pe-) **Ov** (**k**: -ax), pylas **M**^{ac}**fE**^{1}**mBAFc**, -ius **QG**, -a **pe**) senex iam **ω** || **1302** uidimus] -emus **Mf** || **1304** Tithonum *Jahnke*, *iam Veenhusen*, thithonem **ω**

postea, cum ille longae uitae fata defleret, in cicadam mutatus est.

753 CAVAM ⟨... VMBRAM⟩ obscuram: omne enim, quod cauum, obscurum ⟨est⟩, aut c a u a m inanem, ut Vergilius
1310 ⟨Aen. II 360⟩: 'nox atra cauam circumuolat umbram'.

1309 est *inser. post* obscurum **M** *Jahnke* || **1310** cauam] -a *Vergilius* | umbram] -a *Vergilius*

LIBER VI

Sextus liber continet agonis causa per totam Graeciam famam futuri certaminis cucurrisse. secuntur exsequiae Archemori. descriptio planctus Eurydices matris et patris Lycurgi. descriptio una Archemori, altera expiationis. de- 5
scriptio circensium cum omnium ducum nominibus et equorum et ipsius certaminis uarietate uel euentu, in quo docetur Apollinis fauore Amphiarao concessam esse uictoriam. currentium puerorum descriptio, in quo certamine uincit Parthenopaeus. discobole, in quo certamine 10
uincit Hippomedon. deinde pugiles, in quo certamine Capaneus uincit Alcidamam. deinde luctatio, in quo certamine uincit Tydeus Agyllea[m]. prohibitio monomachiae Agrei et Polynicis. Adrasti regis sagittae iactus cum prodigio teli ad dominum reuertentis. 15

1–3 (NVNTIA MVLTIVAGO DANAAS PERLABITVR VRBES / FAMA GRADV) SANCIRE NOVO SOLLEMNIA BVSTO / (INACHIDAS LVDVMQVE SVPER) agon Archemori apii corona celebratur idcirco quia puer hic cuius memoriae certamen Nemeaeum dicatum est admodum paruus obierat. ex hoc 20
creditum est hoc coronae genus indicium immaturae mortis electum nam humilis herba immaturi luctus ostendit indicium. quidam super hanc herbam puerum rep-

2 causa] -am **FVQFpG** || 3 secuntur] sequuntur **mV** || 13 Agyllea[m] *corr. Jahnke* || 15 reuertentis **π** *Mombritius*, -ium **ω** || 16–17 NVNTIA ... GRADV *iam* **bR**

tantem a nutrice derelictum et serpente interemptum
25 uolunt. nam in hoc agone etiam poetae certantes apio
coronatur. unde Vergilius ⟨ecl. VI 68⟩: 'floribus atque
apio crinis ornatus amaro'.

5–7 ⟨PRIMVS PISAEA PER ARVA⟩ / HVNC PIVS ALCIDES ⟨PELOPI CERTAVIT HONOREM / PVLVEREVMQVE FERA CRINEM
30 DETERSIT OLIVA⟩ primus Hercules hunc honorem manibus
Pelopis exhibuit, qui[a] erat Herculi per Alcmenam genere coniunctus hoc ordine: Pelopis et Hippodamiae Lysidice filia, Lysidices Alcmena, Iouis et Alcmenae Hercules. prima ergo certaminum genera haec fuerunt, quae per
35 ordinem hoc loco poeta descripsit: Olympia in honorem
Pelopis, cuius uictores oleastro coronantur; Pythia in honorem Apollinis, cuius uictores lauro coronantur; Isthmia
in honorem Palaemonis, cuius uictores pinu coronantur;
Nemea in honorem Archemori, cuius uictores apio coro-
40 nantur. pium autem dixit, quia hoc Hercules Pelopi in
honorem consanguinitatis exhibuit. ⟨PELOPI⟩ CERTAVIT
HONOREM in honorem ipsius consecrauit. FERA ...
OLIVA pro oleastro, quia uictores ipsius certaminis hac
fronde coronantur. possumus et feram pro 'feraci' intel-
45 legere.

8–9 ⟨PROXIMA⟩ VIPEREO ⟨CELEBRAVIT⟩ LIBERA NEXV / ⟨PHOCIS APOLLINEAE BELLVM PVERILE PHARETRAE⟩ Pythone
enim interfecto Achaei agonem Apollini instituerunt,
quem 'Pythicum' nominauerunt.

25 nam humilis ... uolunt *post* obiecerat (**20**) *in* ω *ad locum restituit Jakobi, lacunam post* electum *posuit Jahnke* | nam] sane *Seru. Dan. ecl. VI 68* (*cf. Jakobi*) || **31** qui[a] *corr.* **Fp** *Mombritius* || **33** Lysidices **Q** *Lindenbrog* (*ex* -e *Mombritius*), -s ω || **35** poeta *om.* **mV** | descripsit] describit **fm** || **37** Isthmia **QF**² *in marg. Mombritius*, stymia ω || **46** CELEBRAVIT *inseruit Mombritius* || **49** Pythicum *Jahnke*, phitiacum ω | nominauerunt **ME**¹π, -runt **fmKV**

⟨**13–14** PLANCTV CONCLAMAT VTERQVE / ISTHMOS⟩ sic uocantur Isthmia. celebrantur apud Corinthum in honorem Palaemonis et Leucotheae, marinorum deorum. ISTHMOS terra in longum porrecta quae Ionium ab Aegaeo diuidit. Ouidius ⟨fast. VI 495–496⟩: 50

'et spatio concreta breui, freta bina repellit 55
unaque pulsatur terra duabus aquis'.

15–16 (EXIMII REGVM QVIBVS ARGOS ALVMNIS) / CONEXVM CAELO genus, id est qui originem ducunt propter illam opinionem qu[i]a dicuntur dii terrenis feminis mixti liberos procreasse. disputatio est quae dicit bonorum hominum animas ac uirorum fortium a diis sumpsisse principium. 60

16–17 (QVORVMQVE INGENTIA TELLVS) / AONIS (ET TYRIAE SVSPIRANT NOMINA MATRES) ⟨tellus Aonis⟩ Boeotiam dixit, quia ab his uastabitur. TYRIAE [SVSPIRANT NOMINA] MATRES Thebanas significat a Cadmo Tyrio conditore. suspirant autem nomina quia uirtute Graecorum orbabuntur maritis amissis aut liberis. 65

18 NVDAS ... VIRES sine ferro. IN PROELIA in luctamen, in cursus, in caestus. 70

19 BIREMES naues duplicem ordinem remorum habentes.

50 PLANCTV ... ISTHMOS *scripsi pro* MOX CIRCVM TRISTES (*u. 10*) *in* ω ‖ **51** Isthmia **Q** *Mombritius*, stymia ω | celebrantur **KQ b**(**R**?) *Lindenbrog*, -atur ω ‖ **55** et] est *Ouidius* ‖ **59** qu[i]a *corr. Jahnke*, *iam* **VQ** ‖ **65** dixit **Mp** *Mombritius*, dicit **fE**[1]**mKπ** | SVSPIRANT NOMINA *seclusi* ‖ **68** amissis **QFvek** *Jahnke*, *iam Veenhusen*, o- ω ‖ **71** remorum **QFψ** *Mombritius*, uelorum ω, nemorum **M** (*superscr. manu recentiore*)

27 CORNV FVGIEBAT SOMNVS INANI inani ... cornu idcirco dixit quia illud noctis tempore totum diffuderat, quod idem poeta superius ⟨II 144⟩ manifestius asseruit 75 dicens: 'cornu perfuderat omni'. nam sic a pictoribus simulatur, ut liquidum somnum e cornu super dormientes uideatur effundere. sic Ennius ⟨ann. 469 Vahlen (frg. 499 Skutsch)⟩ 'cum sese exsiccat somno Romana iuuentus'.

30–31 EXVTVS HONORO / (VITTARVM) NEXV lugubriter indu- 80 tus.

37 ARCET ET IPSE PATER pensanda est in matre doloris acerbitas, cum et pater prohibeat luctum.

37–43 (MOX VT MAERENTIA) DIGNIS / VVLTIBVS (INACHII PENETRARVNT LIMINA REGES / ... ACCENSAE CLAMORE FORES) dignis dixit pro aptis temporibus ac per hoc lacrimanti- 85 bus. [**39** CEV NOVA TVNC CLADES] lacrimas orbitatis ingredientium Argiuorum ⟨dicit⟩ renouare solacia. [naturale enim est ut intermissa lamenta repetantur, cum aliquis notus aduenerit.] Vergilius ⟨Aen. XI 36–38⟩:

'ut uero Aeneas tectis sese extulit altis,
90 ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
pectoribus'.

72–73 idcirco] ideo **MVvek** || **74** manifestius] -us **M**[ac]**f** || **75** omni *Statius*, -is **ω** || **79–80** indutus] -ductus **KA**[ac]**FRk** || **82** prohibeat] -ebat **fK** || **83–84** INACHII ... FORES] *omnia quae inter haec uerba leguntur pro lemmate sunt intellegenda* || **84** uultibus *inser. post* dignis **fK** || **85** CEV ... CLADES *seclusi* || **86** dicit *inseruit Barth* || **86–88** naturale ... aduenerit (= *Seru. Aen. XI 36*) *seclusi* || **89** tectis sese extulit] foribus sese intulit *Vergilius*

RESVLTANT / (ACCENSAE CLAMORE FORES) ictae clamore aedes resiliunt.

43–44 SENSERE PELASGI / (INVIDIAM) id est: agnouerunt Argiui lamentationis augmento sibi imputari causam mortis Archemori. 95

44 ET LACRIMIS EXCVSANT (CRIMEN OBORTIS) flendo ostendunt interitum Archemori non sua culpa, sed Fatorum ordine prouenisse.

45–46 DATVM QVOTIENS (INTERCISOQVE TVMVLTV / CONTICVIT STVPEFACTA DOMVS) id est: quotiens ei flentum stupore permissum est. 100

48 (INEXORABILE) PENSVM pro statutis Fatorum posuit.

54 TRISTIBVS [INTEREA] RAMIS non ramis tristibus, sed ipsis tristibus qui pyram frondibus intexebant. 105

[**55** FERETRVM Graece *φέρτρον*, unde per diaeresin feretrum fecit. nam Latine 'capulus' dicitur ab eo quod corpus capiat. unde Plautus ⟨mil. glor. 628⟩: 'capularis' id est dignus feretro.]

57 AREA locus rogi ipsius area dicitur. 110

59 ARABVM STRVE odoribus Arabicis.

⟨**60–61** EOAS COMPLEXVS OPES INCANAQVE GLEBIS / TVRA

92 ACCENSAE CLAMORE FORES *inseruit Mombritius* (*qui et* ictae clamore *omisit*) ‖ **104** INTEREA *seclusi* ‖ **106–109** FERETRVM ... feretro (= *Seru. Aen. XI 64*) *seclusi* ‖ **106** *φέρτρον Jahnke* (*φερετρὸν* feretron graecae *iam Mombritius, corr. in φέρετρον* Graece *Lindenbrog*), feretron ω | diaeresin **Vπ**, ieres in **MfE**[1]**mK** ‖ **111** ARABVM ... Arabicis *post* uicisse (**115**) *in* ω *ad locum restitui* ‖ **112–113** EOAS ... BELLO *scripsi pro* PICTVRATVS MATVRIS FLORIBVS AGGER (*u. 58*) *in* ω

ET AB ANTIQVO DVRANTIA CINNAMA BELLO⟩ compositus recenti ture et cinnamo, ut ostenderet eum poeta orientales
115 gentes uicisse. INCANA non longa aetate corrupta. AB ANTIQVO ⟨DVRANTIA CINNAMA BELLO⟩ ueteris belli praedam istis ostentat odoribus. Liber enim deuicta India hoc unguenti genus gentibus dedit. et bene dixit durantia. constat enim cinnama ⟨non⟩ fugere, uel ad illud magis
120 dixisse uideatur quod cinnamum odorem suum longo tempore non amittit. unde Lucanus ⟨X 166–167⟩:

'quod nondum euanuit aura
cinnamon'.

62 SVMMA CREPANT AVRO crepant crepitant id est so-
125 nant. auri enim textilis sonus talis est. aut illud quod in flexuosas laminas caesum est. Vergilius ⟨Aen. VI 209⟩: 'sic leni crepitabat brattea uento'.

63 MOLLE SVPERCILIVM supercilium pro 'fastigio' posuit.

130 **64–66** MEDIO LINVS INTERTEXTVS ACANTHO / ⟨LETIFERIQVE CANES OPVS ADMIRABILE SEMPER / ODERAT ATQVE OCVLOS FLECTEBAT AB OMINE MATER⟩ hanc historiam in primo li-

117 ostentat **fmK**, -ant **V**, ostendat **ME¹A(p)bR(G)Ov**, -it **Qc** *Mombritius*, -eret **Fe**, -ant **k** ‖ 117–118 unguenti] ungenti **MV** ‖ 118 *post* genus *inser.* aduexit **Vπ** *Mombritius* | gentibus dedit **QFpψ**, gentibusque dedit **A** *Mombritius*, et gentibus tradidit **V**, gentes dicit **MfE¹mK** ‖ 119 non *inserui* ‖ 120 uideatur **M^pcE¹ mK**, -entur **M^acf**, -etur **VA**, *om.* constat … uideatur **QFpψ** | quod] nam **Vπ** ‖ 128 fastigio **M^pcF^pcGO** *Jahnke*, -dio **ω** ‖ 128–129 *post* posuit *inser.* **Vπ** TERETES GEMMAE (*u. 63*) multi separant … pertusas. dicimus autem … Graecum est, *add.* quomodo Nais. **π** (= *Seru. Aen. I 655*)

bro ⟨u. 571 sqq.⟩ Adrasto narrante cognouimus: Linum, filium Apollinis et Psamathes, Crotopi filiae, expositum a matre a canibus fuisse discerptum. haec ergo fabula, cum 135 arte esset intertexta, odiosa erat matri quia miserationem paruuli commouebat. pari enim modo etiam Archemori mors uidebatur illata.

67–68 (ARMA ETIAM ET VETERVM EXVVIAS CIRCVMDAT AVORVM) / GLORIA MIXTA (MALIS ADFLICTAEQVE AMBITVS 140 AVLAE) quoniam maiorum ornamenta funeri adhibebantur.

72 (INDE INGENS LACRIMIS HONOR) ET MISERANDA VOLVPTAS fletus scilicet, quod planctus quasi uoluptatem afferat orbatis parentibus. 145

75 FESTINVS VOTI[S] (PATER) id est uotis antecedens aetatem filii. figuratum nomen uel a participio 'festinans' uel a uerbo 'festino'. Vergilius ⟨Aen. IX 488⟩: 'tibi quam noctes festina diesque'.

84–87 (PARTE ALIA) GNARI MONITIS (EXERCITVS INSTAT / 150 AVGVRIS AERIAM ... / ... CVMVLARE PYRAM QVAE CRIMINA CAESI / ANGVIS ET INFAVSTI CREMET ATRA PIACVLA BELLI) ⟨gnari⟩ ... auguris conscii praeceptorum. pater pyram filio faciebat, sacerdos serpenti, quia fuisse Martis filius credebatur. 155

94–96 (NEC SOLOS HOMINVM TRANSGRESSA VETERNO / FERTVR AVOS) NYMPHAS (ETIAM MVTASSE SVPERSTES / FAV-

140 MALIS *inseruit Mombritius* || **144** fletus] -um fπ || **146** VOTI V *Mombritius*, -IS π, VOCIS **M** (*superscr.* T) f, V. **m**, *om.* **K** || **153** auguris conscii praeceptorum *scripsi*, conscii praeceptorem AVGVRIS ω

NORVMQVE GREGES) ⟨Fauni et⟩ Nymphae diu uiuunt et tandem moriuntur. istam autem siluam dicit illis anti-
160 quiorem fuisse et post mortem illorum incolumem ob honorem numinis perdurasse. ueterno autem dixit ad ostentationem aetatis antiquae.

98–106 (CADIT ARDVA FAGVS / CHAONIVMQVE NEMVS BRVMAEQVE) ILLAESA CVPRESSVS / (PROCVMBVNT ... VLMVS)
165 ⟨brumaeque illaesa cupressus⟩ quae nunquam exuitur honore foliorum. [CHAONIVMQVE NEMVS] Ouidius hanc enumerationem arborum epithetis suis decimo libro ⟨met. X 90–105⟩ monstrauit:

'umbra loco uenit. non Chaonis abfuit arbor,
170 non nemus Heliadum, non frondibus aesculus altis,
nec tiliae molles nec fagus et innuba laurus
et coryli fragiles et fraxinus utilis hastis
enodisque abies curuataque glandibus ilex
et platanus genialis acerque cultoribus impar
175 ⟨amnicolaeque simul salices et aquatica lotos
perpetuoque uirens buxus tenuesque myricae⟩
et bicolor myrtus et bacis caerula tinus.
uos quoque, flexipedes hederae, uenistis et una
pampineae uites et amicae uitibus ulmi
180 ornique et piceae pomoque onerata rubenti

158 Fauni et *inserui et lemma amplius feci secutus A. Klotz p. 502* || **159** tandem *scripsi*, tamen ω | siluam *Barth*, pyram ω || **164** PROCVMBVNT ... VLMVS] *omnia quae inter haec uerba leguntur pro lemmate sunt intellegenda* || **166** foliorum **M**pc**E**1**mVQFψ**, filiorum **M**ac**fKA(p)bRO**ac**k** | CHAONIVMQVE NEMVS *seclusi* || **170** altis] hastis ω || **172** et1] nec *Ouidius* || **174** cultoribus] coloribus **M**pc *Ouidius* || **175–176** amnicolae ... myricae *suppleuit Mombritius* || **177** tinus] pinus ω || **179** amicae] amictae ω || **180** et piceae **m** *Ouidius*, piceeque ω

arbutus et lentae, uictoris praemia, palmae
et succincta comas hirsutaque uertice pinus,
grata deum matri, siquidem Cybeleius Attis
exuit hac hominem truncoque induruit illo'.

108 ISMARA Ismarus mons Thraciae, unde Boreas nascitur. ut Vergilius ⟨ecl. VI 30⟩: 'miratur et Ismarus Orphea'. hic genere neutro posuit, ut 'Maenala, Gargara'. 185

111 (SILVANVSQVE) ARBITER VMBRAE id est dom⟨in⟩us nemorum.

112–113 SEMIDEVMQVE PECVS (MIGRANTIBVS ADGEMIT ILLIS / SILVA NEC AMPLEXAE DIMITTVNT ROBORA NYMPHAE) ⟨semideumque pecus⟩ Panes. tetigit hanc opinionem ut diceret Nymphas et Faunos esse mortales. ut Vergilius Turnum, a Venilia Nympha ⟨Aen. X 76⟩ natum, ab Aenea demonstrat occisum, cum ipsius auctor sanguinis immortalis esset. sunt qui dicunt illam auram numinis quae fontibus arboribusque deuincta est casu aut aquae siccatae aut excisae arboris ilico emori. sed[es] absurdum est ut 190 195

181 lentae] -a ω | uictoris] -es ω || 183 Cybeleius Attis] q[i]ue********** (-leius attis, *ut uidetur, sub rasura,* leuis adiis *superscr.*) **M**, que leuis aditis **f**, que -is adtis **m**, que -is -is **K**, qui -iues -is **π**, cibelenis atis **F** || 184 illo] ille **fm** | *post* illo *inser.* **Vπ** CHAONIVMQVE (*u. 99*) quernas arbores dicit, quae maxime abundant in eo nemore Ioui sacrato, ubi etiam ipse per columbas dabat responsa. Virgilius ⟨*georg. II 16*⟩: 'atque habitae Grais oracula quercus?' dixit autem Chaonium nemus, a toto partem ostendens, *quod seclusit Jahnke* || 188 dom⟨in⟩us *corr.* E[2] *corrigens* E[1]**QFbR** *Barth Jahnke* || 196 sunt *Lindenbrog*, sed ω (si **M**[pc]**f**) || 197 aquae **π**, aeque ω, aqua **vek** *Mombritius* | siccatae *scripsi cum* **G**[ac], -a ω || 198 excisae] -a (**M**[pc]?) **FG** *Lindenbrog* | arboris] -e **G** *Lindenbrog* | sed[es] *corr.* **M** (*per rasuram*) **FG** *Lindenbrog*

numen emoriatur, neque enim res in aliquo potest casu
200 accidere, cum omnia uisibilia et quae incorporata sunt
† multis uisa † mori opinentur. [ceterum] succisa arbore
aut siccato fonte ille spiritus qui societate [illius] teneba-
tur naturae astrictus fugit inuitus, † interdum † aufertur
ratione diuina. ceterum nec ipsis corporibus contingit in-
205 teritus. soluta enim figura ad naturam suam recidunt.
unde et Vergilius ⟨georg. IV 225–226⟩:

> 'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
> omnia, nec morti esse locum'.

Lucanus in nono libro ⟨uu. 8–9⟩:

> 210 'innocuos uita patientes aetheris imi
> fecit et aeternos animam collegit in orbes',

quia dicit Pythagoras animas bonorum uirorum in stellas
posse conuerti. semideos autem Panes dixit, quia par-
tem habent deorum, partem hominum.

215 **117** IMMODICI MINOR ILLE FRAGOR (QVO BELLA GEREBANT)
ille fragor immodici tumultus non erat minor eo tumultu
quo gesturi erant bella. id est: maiore clamore diripiunt
urbem, quam ante pugnauerant.

199 emoriatur **M**^{ac}**m**π *Jahnke*, moriatur **M**^{pc}**fE**^{1}**K** *Mombritius* | enim res] animus *Schottky*, uisu carens *Barth* || **200** accidere *scripsi*, oc- ω | omnia uisibilia *Schottky*, -ium -ium ω | incorporata] -rea *Mombritius* || **201** multis uisa *obelis distinxi*, multa (-i *Schottky*) uix e- *Barth Schottky*; multi ui uel casu*?* | opinentur *scripsi*, *iam* arbitrentur *Schottky*, opinantur ω, -emur *Barth* | ceterum *seclusi*, igitur *Schottky* || **202** illius *om. Schottky*, *seclusi* || **203** naturae π *Mombritius*, mature ω | fugit] fuit π, *om.* **Qc** *Mombritius* | interdum *obelis distinxi*, [inter]dum*?* | aufertur **M**^{pc}**m**π *Mombritius*, aut fertur **M**^{ac}**E**^{1}**K**, aut **f** || **204** corporibus] arboribus **f** *Lindenbrog* || **205** suam *om. Schottky*, *iam Mombritius*, *fortasse recte* || **213** Panes dixit] dixit panes **fm**

118–119 IAMQVE PARI CVMVLO (GEMINAS HANC TRISTIBVS VMBRIS / AST ILLAM SVPERIS AEQVVS LABOR AVXERAT ARAS) 220
⟨pari cumulo⟩ similibus pyris: una pro filio Lycurgus, altera Amphiaraus pro serpente.

121 TIBIA (CVI TENEROS SVETVM PRODVCERE MANES) religio enim iubet ut maioribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur. Persius ⟨III 103⟩: 'hinc tuba, candelae'. Home- 225
rus ⟨Iliadis lat. uu. 1048–1050⟩ in funere Hectoris dicit:

'nunc pyra construitur, quo [no]bis sex corpora Graium
quadrupedesque adduntur equi currusque tubaeque
cumque cauis galeis clipei[s]⟨que⟩ Argiuaque tela'.

122–124 LEGE PHRYGVM MAESTA (PELOPEM MONSTRASSE 230
FEREBANT / EXSEQVIALE SACRVM CARMENQVE MINORIBVS VMBRIS / VTILE) est enim in musicis modus Phrygius, quem dicit poeta ad euocationem animae conuenire. quem Pelopem Phrygium Argis asserit tradidisse. ita et Homerus ⟨locum non inueni⟩. ne autem esset quaestio 235
unde hoc Argiui nouerint subdidit facultatem ut Pelops Phrygius docuerit.

124–125 QVO GEMINIS (NIOBE CONSVMPTA) PHARETRIS / (SQVALIDA BISSENAS SIPYLON DEDVXERAT VRNAS) gemi-

223–224 religio enim iubet **m**, religio iubet **M**, enim in religio iubet **f**, enim ui religio iubet **K**, iubet enim religio **Vπ**, enim iubet religio **A**[ac]**Q** || 227 nunc] tunc **Vπ**, tum *Homerus Latinus* | [no]bis *corr.* **π** *Mombritius* || 228 currusque **MmQ**(**F**?) **G**, -uque **fK** (*ex* curc-*?*) **π** || 229 cumque cauis galeis clipei[s]⟨que⟩] et clipei galeaeque ocreaeque (*Baehrens*, cauae/canae/canaeque *codd.*) *Homerus Latinus traditus* | clipei[s]⟨que⟩ *corr. Jahnke* || 232 qui dicitur *inser. post* modus **Vπ** || 234 tradidisse **Qψ** *Jahnke*, ira dedisse **ω** || 234–235 ita et Homerus] *secludendumne?* || 238 NIOBE CONSVMPTA *inseruit Lindenbrog*

240 nis id est Apollinis et Dianae. Niobe secundum Homerum ⟨Il. XXIV 603 sqq.⟩ duodecim filios habuit, Sophocles ⟨TrGF F496 Radt (p. 228 N.[2])⟩ autem dicit eam quattuordecim habuisse. amborum opiniones secutus poeta diuersis locis utrumque taxauit. in hoc loco
245 ⟨III 198⟩ ait: 'bina per ingentes stipabant funera portas'. est autem ordo: quo carmine Niobe squalida bis senas Sipylon deduxerat urnas. quia occisis liberis apud Thebas ad patriam Sipylon funera cuncta deduxerat. Sipylon uero mons est, in quo Niobe in saxum dicitur immutata.

250 ⟨**128–130** LONGO POST TEMPORE SVRGIT / COLLA SVPER IVVENVM NVMERO DVX LEGARAT OMNI / IPSE FERO CLAMORE TORVS⟩ hyperbaton. sed ordo eius talis est: longo post tempore surgit colla super iuuenum torus, quos iuuenes ipse dux legerat. ⟨NVMERO DVX LEGARAT OMNI⟩ hoc est
255 minatus ne triste uitarent officium.

139–140 (NEC TALIA DEMENS) / FINGEBAM VOTIS ANNORVM (ELEMENTA TVORVM) elementa pro 'initiis' posuit. omnia enim rerum humanarum initia elementa sunt dicta.

149 QVIDNI EGO deest: occidi filium quem neglegenti
260 commisi. nam dolori interrupta uox conuenit. (NARRABAT) SERVATVM FRAVDE PARENTEM illi ego paruulum crederem quae a se patrem seruatum fuisse iactabat?

150–151 (FERALE ...) / ABIVRASSE SACRVM id est facinus

244 in hoc loco] *utrum lacuna sit ponenda, an* hoc *mutanda, nescio* || **248** deduxerat *Lindenbrog*, -ere ω || **250–252** LONGO ... TORVS *scripsi pro* GENTISQVE SVAE (*u. 128*) *in* ω || **254** NVMERO ... OMNI *scripsi pro* FERO CLAMORE (*u. 130*) *in* ω || **255** minatus **fm Kπ**, -tur **ME[1]k** || **257** ELEMENTA *scripsi*, elementa **fm** (*non* **Mπ**) *iteratum praebent*

exsecrandum, aut quia sacramentum fuit inter Lemniadas. ABIVRASSE a suo animo abdicasse. 265

152–155 HAEC ILLA EST (CREDITIS AVSAE / HAEC PIETATE POTENS SOLIS ABIECIT IN ARVIS / NON REGEM DOMINVMVE ALIENOS IMPIA PARTVS / HOC TANTVM) demonstratiue. id est: quae fuerit ausa ... dominum proicere, linquere. NON REGEM (DOMINVMVE) pro concessione. ALIENOS (IMPIA PARTVS) deest 'sed'. 270

155 INFAMIS periculosae. ut Horatius ⟨carm. I 3, 20⟩: 'infames scopulos Acroceraunia'. TRAMITE trames est uia transuersa. ergo in periculosae siluae uia filium dimisit expositum. proprie tamen trames est uia priuata, non 275 publica, id est quae paucis cognita unumquemque ad agrum proprium ducit. Sallustius ⟨Iug. 48, 2⟩: 'per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit'.

⟨**164–165** ILLA TVOS QVESTVS LACRIMOSOSQVE IMPIA RISVS / AVDIIT⟩ Hypsipylen dicit laetitiae blandimenta 280 sensisse de luctu.

171–172 (QVAESO DVCES PER EGO HAEC) PRIMORDIA (BELLI / CVI PEPERI) oro uos per primordia belli. per mortem filii Argiuos adiurat cuius obitu Thebanum ueluti sacro aliquo initiatum est bellum. 285

186–190 (NON SECVS ... / ... / ... / NVNC VALLEM SPOLIATA PARENS) NVNC FLVMINA (QVESTV / NVNC ARMENTA MOVET)

266 EST **fπ**, e **Mm**, *om.* **KV** || **269** *lacunam post* ausa *posui* || **271** deest 'sed' *Mombritius*, deesset **f** (*iterauit et iteratum deleuit*) **π**, deest est E[1], deest et **mK**, *om. schol.* **MV** || **279–280** ILLA ... AVDIIT *scripsi pro* ILLA TIBI (*add.* GENETRIX **fπ**, G. **V**, *om.* **Mm**) (*u. 166*) *in* **ω** || **283** BELLI **fπ**, B. **V**, *om.* **Mm** || **287–289** NVNC FLVMINA ... mouet *post* pastor (291) *in* **ω** *ad locum restitui* || **287** QVESTV **fQFψ**, -TIA (A?) **p**, *om.* **Mm**, *om. schol.* **V**

ordo: non secus spoliata parens nunc uallem, nunc questu flumina, nunc armenta mouet.

290 **188** SEV DVRAS EVEXIT PASTOR AD ARAS non aras duras, sed pastor.

193 CVLTVSQVE T(ONANTIS) infulas dicit quibus ornatus incesserat quia Iouis erat sacerdos.

194–196 (TERGOQVE ET PECTORE FVSAM) / CAESARIEM 295 (FERRO MINVIT SECTISQVE IACENTIS / OBNVBIT TENVIA ORA COMIS) nouo sermone caesariem posuit pro 'barba'. supra uultum filii sui et comam misit et barbam. datur enim sacerdoti[bus] dolor immensus.

197–198 ALIO TIBI (PERFIDE PACTO / IVPPITER HVNC CRI- 300 NEM VOTI REVS ANTE DICARAM) ut Vergilius ⟨Aen. II 745⟩: 'quem non incusaui amens hominumque deumque'.

199–200 (SI PARITER VIRIDES NATI) LIBARE D(EDISSES) / (AD TVA TEMPLA GENAS) libatio duabus rebus expeditur: lacte et sanguine. unde Vergilius ⟨Aen. V 78⟩: 'duo lacte 305 nouo, duo sanguine sacro', quod alterum eorum alimonium sit uitae retinendae, alterum uirium continendarum, quia uita hominum his rebus iuuatur, eaque propterea sepulturae commendari solent, ut † societate parta curationis lucis amissae posteritas defectionis honore- 310 tur †. unde et flores sparguntur in honorem mortuorum infantum. unde Vergilius ⟨Aen. VI 884⟩: 'purpureos spar-

297 datur ... immensus *post* ALIO TIBI *in* ω *ad locum restitui* || 298 sacerdoti[bus] *scripsi* || 299 PERFIDE PACTO **fπ**, P. V, *om.* **Mm** || 301 deumque] deorumque **fKπ** || 305 eorum *Mombritius*, aliorum ω || 308–309 societate ... honoretur *obelis distinxi*; societate procurationis ... defunctos ... ? || 311 unde] ut? | purpureos] *add.* -que **Mm**

gam flores animamque nepotis'. ergo memorat Ioui Lycurgus debuisse crinem suum cum primitiis filii pubescentis barbae templis libare.

201 FERAT HAEC (QVAE DIGNIOR VMBRA EST) id est: quo- 315
niam preces meae uel uota nihil ualuerunt quod seruabatur aris, mittatur exsequiis.

203 EXCLAMAT crepitu sonat. omnis enim clamor sonus est. INSANOS impatienter dolentes uel dolore furiatos.

205 (PROSPECTV VISVS) INTERCLVSERE NEFASTO ne ardens 320
filii funus parentes aspicerent.

210 PALLENTIQVE C(ROCO) colore. epitheton hic genus croci non expressit. neutro enim genere nuncupatur. Sallustius ⟨frg. hist. II 281 Maurenbrecher⟩: 'in qua crocum
gignitur'. Vergilius ⟨georg. IV 182⟩: 'crocumque ruben- 325
tem' masculino genere dixit poetice.

211–212 ET ATRI / SANGVINIS (ET RAPTI GRATISSIMA CYMBIA LACTIS) duas res mittit: unam quae nutrit animam, id est lac, alteram qua constat, id est sanguis. nec mirandum
quod sanguinem ad inferos placandos intulerit. nam san- 330
guis proprie uidetur animae esse possessio, unde 'exsangues' mortuos dicimus. CYMBIA pocula nauibus similia, ut et ipsa nominis figura indicat diminutiue a 'cumba' dicta.

213–214 TVM SEPTEM N(VMERO) T(VRMAS) (CENTENVS 335

312 memorat *scripsi*, improperat *Barth*, numerat **ω** || 315 QVAE DIGNIOR VMBRA **fπ**, Q. D. V, *om.* **Mm** | EST *inseruit Mombritius* || 322 colore *om.* **Mm** *Mombritius* || 329 alteram **mVQψ** *Mombritius*, -um **M**, -a **φG**, aliam **fKE**[1] || 333 ut et **f** *Lindenbrog*, et ut **MmKV**, et **π** *Mombritius* || 335 TVM **fπ**, TV **Mm**, TVNC **K**, *schol. om.* **V**

VBIQVE / SVRGIT EQVES VERSIS DVCVNT INSIGNIBVS) ordo: tum septem numero turmas uersis ducunt insignibus. SVRGIT EQVES id est equis sedentes. ⟨VERSIS ... INSIGNIBVS⟩ reversis peditibus.

340 **215–216** (LVSTRANTQVE EX MORE) SINISTRO / (ORBE ROGVM) quia nihil dextrum mortuis conuenit. [ut funeribus absoluantur, dextro orbe redeunt milites ut resoluantur. hoc ideo finxit, ne exsequiis implicentur, ut dextro orbe redeant.]

345 **216** (STANTES) INCLINANT P(VLVERE) (FLAMMAS) flammarum apicem uis pulueris equorum pedibus mota fle⟨cte⟩bat.

219 (QVATER) MOLLEM F(AMVLARVM) (BRACCHIA PLANCTVM) ⟨planctum⟩ nunc percussionem manuum significat.
350 planctus etenim dicitur omnis collisio. Varronis opinio est ⟨frg. app. 95 (III 160) Semi⟩ ideo mulieres solitas in luctu ora lacerare ut sanguine ostenso inferis satisfiat.

221–223 (HIC LVCTVS ABOLERE NOVIQVE / FVNERIS AVSPICIVM VATES) QVAMQVAM O(MINA) (SENTIT / VERA IVBET) id
355 est: quamuis nouerat calamitatem imminere immutabilem, tamen ...

⟨**223–224** DEXTRI GYRO ... / HAC REDEVNT⟩ dextro orbe redeunt milites ut exsoluant se ne exsequiis implicentur.

337 tum **fKπ**, tu **Mm**, *schol. om.* **V** | ducunt insignibus *Mombritius*, ducentibus signis **ω** || **338–339** VERSIS INSIGNIBVS *inserui* || **340** ORBE **fπ**, O. **V**, *om.* **Mm** || **341–344** ut funeribus ... redeant *seclusi*, milites ... redeant *iam omisit Mombritius, seclusit Jahnke* || **345** FLAMMAS **fπ**, F. **V**, *om.* **Mm** || **346–347** fle⟨cte⟩bat *corr. Lindenbrog* || **348** BRACCHIA PLANCTVM *inseruit Mombritius* || **354** SENTIT **fπ**, S. **V**, *om.* **Mm** || **356** *lacunam post* tamen *inserui* || **357** DEXTRI ... REDEVNT *inserui*

224–225 RAPTVMQVE SVIS LIBAMEN AB ARMIS / (QVISQVE IACIT) unusquisque Amphiarai iussu quodcumque ex armis raptum in ignem iaciebant ut inde expiatio fieret occisi serpentis. 360

234 PVTRES molles.

235–236 MVLTOQVE SOPORANT / (IMBRE ROGVM) id est: aqua exstinguunt. 365

239–241 LVCIFER (ET TOTIDEM LVNAE PRAEVENERAT IGNES / MVTATO NOCTVRNVS EQVO NEC CONSCIA FALLIT / SIDERA ET ALTERNO DEPRENDITVR VNVS IN ORTV) ⟨Lucifer⟩ et mane oritur et uespere, sed equo mutato. quam rem sciunt sidera, quod unum astrum sit, nec falluntur sicut mortales, qui putant duos esse. poetae autem quadrigas dant Soli, bigas Lunae, equos singulos sideribus. eundem ergo Vesperum uult haberi. ut Horatius Vesperum pro Lucifero posuit ⟨carm. II 9, 10–12⟩: 370

'nec tibi Vespero 375
surgente decedunt amores
nec rapidum fugiente Solem'.

247–248 EXSPECTES (MORIENTIS AB ORE CRVENTA / SIBILA MARMOREA SIC VOLVITVR ANGVIS IN HASTA) laus operis.

253 (IN LITORE) EPHYRAEO Corinthio, ubi in honorem Palaemonis et Leucotheae ludi funebres celebrabantur. ut 380

361 in ignem *Barth*, insigne ω ‖ **365** exstinguunt **mKe**, -gunt **MfE**[1]π ‖ **368–369** Lucifer *inser. Lindenbrog* ‖ **373** Vesperum[1] **Q** *Mombritius*, hesperidum (*corr. in* hesperum **M**) ω ‖ **376** decedunt] -cidunt **M**[ac]**m** ‖ **380** Corinthio] -eo **fm**[ac] ‖ **381–382** ut ait **Q**ψ *Lindenbrog*, aut ut **M** (*superscr.* ut autem) **m**, ut aut **fE**[1]**K V**φ

ait ipse ⟨IV 59⟩: 'it comes Ino⟨a⟩s Ephyren solata querelas'.

255–256 COLLIBVS INCVRVIS (VIRIDIQVE OBSESSA CO-
385 RONA / VALLIS IN AMPLEXV NEMORVM SEDET) locum spectaculi describit.

261 ILLIC CONFERTI id est in cohortem densati.

268–269 (EXIN MAGNANIMVM) SERIES ANTIQVA P(ARENTVM) / (INVEHITVR) maiorum imagines proferri sig-
390 nificat uel⟨ut⟩ ad miraculum spectantium, quia moris fuit ut in funere praeferrentur. ut Horatius ⟨epod. VIII 11–12⟩:

'funus atque imagines
ducunt triumphales'.

395 **275** (EMISSAEQVE) INDVLGENS I(NACHVS) V(RNAE) ut Vergilius ⟨Aen. VII 792⟩: 'caelataque amnem fundens pater Inachus urna'.

279 [IVPPITER ATQVE] H(OSPES) (IAM TVNC AVRORA COLEBAT) hoc est: hi qui in oriente sunt. colitur autem et in
400 Aegypto, ubi etiam Isis uocatur. simul notandum quod communis generis declinauit h o s p e s, cum legerimus ⟨Aen. III 539⟩: 'bellum, o terra hospita, portas'.

⟨**280–282** TANTALVS INDE PARENS ... / ... / PIVS ET MAGNI VEHITVR CONVIVA TONANTIS⟩ hoc est regali habitu et in

382 Ino⟨a⟩s *scripsi cum* **V** | Ephyren] -e *Statius* || **390** uel⟨ut⟩ *corr. Lindenbrog* || **391** funere] -em **mK** | praeferrentur] pro- **fK QO** *Mombritius* || **394** ducunt] -ant *Horatius* || **395** ut **Mm**, *om.* **fK Vπ** || **398** IVPPITER ATQVE *seclusi* || **398–399** IAM ... COLEBAT **fπ**, *om.* **MmV** || **402** o terra **f(V)π** (*leg.* o bellum terra *pro* bellum o terra **VQ**), contra **ME¹m** || **403–404** TANTALVS ... TONANTIS *scripsi pro* NON QVI F(ALLENTIBVS) V(NDIS) (*u. 280*) *in* **ω**

meliore fortuna. id est: qualis fuerat antequam deos of- 405
fenderet.

281 (REFVGAE) STERILEM R(APIT) (AERA SILVAE) id est qui
fugientibus pomis uacuum prendit aera. ergo hic siluam
pro 'arboribus' posuit. ut Vergilius ⟨georg. II 87⟩: 'poma-
que et Alcinoi siluae'. 410

283–285 (VICTOR CVRRV) NEPTVNIA TENDIT / (LORA PELOPS
PRENSATQVE ROTAS AVRIGA NATANTES / MYRTILOS ET VO-
LVCRI IAM IAMQVE RELINQVITVR AXE) [Vergilius ⟨georg.
III 7⟩: 'humeroque Pelops insignis eburno'.] a Neptuno
[enim] aptatos curruli certamini equos acceperat quorum 415
cursu omnes anteiret. ipse quoque Oenomaum superauit,
qui a Myrtilo supposito axe cereo superatus est [ab his].
unde Horatius ⟨carm. I 1, 14⟩: 'Myrtoum pauidus nauta
secet mare'. dicitur enim praedictus auriga a Pelope prae-
cipitatus in mare. 420

286 SPECIESQVE H(ORRENDA) (COROEBI) hic est Coroebus,
qui monstrum Apollinis interemit et pro omnibus se de-
uouit. ideo horrenda id est uenerabilis, aut horrenda
specie: [et] terribili, quasi contemptor uitae mortisque.

287 ET DANAE (CVLPATA SINVS) Danae Acrisii filia. haec 425
cum a patre ob custodiendam uirginitatem artius seruare-

411 LORA PELOPS **fπ**, L. P. V, *om.* **Mm** || **413–414** Vergilius ... eburno *suppositicium seclusi* || **415** enim *post uersum Vergilianum additum, ut mihi uidetur, insertum seclusi* | aptatos $\mathbf{M}^{pc}$**Q** *Jahnke*, -us $\mathbf{M}^{ac}\mathbf{E}^{1}$**mVπ** *Mombritius*, -ur **f** || **416** ipse *scripsi*, -is **ω** || **417** qui *Lindenbrog*, cui **ω** | ab his *seclusi* || **421** COROEBI **fAQbR** (-VS **Fpψ**), C. V, *om.* **Mm** || **423** horrenda *Mombritius*, -us **ω** || **424** et *seclusi*, *om. Mombritius* || **425** CVLPATA SINVS **fπ**, C. **m**, C. S. V, *om.* **M**

tur, dicitur eius specie captus Iuppiter sese in imbrem aureum demutasse et ita in modum pluuiae Danaes sinum penetrasse. ex qua coniunctione Iuppiter Perseum edidit.
430 unde Horatius ⟨carm. III 16, 5–7⟩:

'si non Acrisium, uirginis abditae
custodem pauidum, Iuppiter et Venus
risissent'.

Terentius ⟨Eun. 588–590⟩:

435 'deum sese in hominem conuertisse ac per alienas tegulas
uenisse clanculum per inpluuium fucum factum mulieri.
at quem deum! qui templa caeli summa sonitu concutit'.

287–288 (ET IN AMNE REPERTO) / TRISTIS (AMYMONE) Belus Danai pater, Danaus Amymones. Amymone a Nep-
440 tuno compressa Nauplion generauit, Nauplius Palameden. unde Vergilius ⟨Aen. II 82⟩: 'Belidae nomen Palamedis'.

289 TERGEMINA (CRINEM CIRCVMDATA LVNA) quia, cum Hercules nasceretur, continuae tres noctes dicuntur
445 fuisse. t e r g e m i n a autem n o c t e non sex, sed tribus uetuste posuit. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 202⟩: 'tergemini nece Geryonis'.

290–291 (IVNGVNT DISCORDES INIMICA IN FOEDERA DEXTRAS) / BELIDAE FRATRES ex Belo nati Danaus et Aegyptus
450 fratres. his cum par numerus filiorum filiarumque esset,

428 Danaes] -ae *?* ‖ **433** risissent] misisset (*corr. in* ri- **M**) **ω** ‖ **435** conuertisse] -uortisse *Terentius* | ac per] atque in *Terentius* ‖ **436** inpluuium] -filuium $\mathbf{M}^{ac}$, -fluium $\mathbf{m}^{ac}$ ‖ **438** AMYMONE **fπ**, A. **mV**, *om.* **M** ‖ **439** Amymones *Lindenbrog*, -mis **M**, -nius **f**, -nis $\mathbf{E}^{1}$**Vπ** | Amymone **f**($\mathbf{E}^{1ac}$?) **Vπ**, -ome **M**($\mathbf{E}^{1pc}$?) **m** ‖ **443** CRINEM **fπ**, C. **V**, *om.* **Mm** ‖ **449** Aegyptus **Q** *Jahnke*, egistus **ω**

Danaus deprehendit oraculo se ab uno Aegypti fratris filio occidendum. itaque simulauit se fratris filiis natas in matrimonii consortium traditurum armauitque occulte filias coniugali nocte ut sponsos occiderent. uniuersae uoluntatem patris secutae sponsos suos occiderunt. Hyper- 455 mestra sola Lynceo pepercit. a quo postea Danaus, ut oraculi fides impleretur, occiditur. inimica ergo in foedera dixit, quae dextrarum coniunctio [ad] discordiam perfecit.

296 PRIMVS SVDOR EQVIS Vergilius ⟨Aen. V 66⟩: 'prima 460 citae classis ponam certamina Teucris'.

301 ARION equus Adrasti qui ex Neptuno et Cerere natus dicitur, humano uestigio dextri pedis.

309–310 (STVPVERE RELICTA / NVBILA CERTANTES) EVRIQVE NOTIQVE (SECVNTVR) equi uelocitate etiam nubila uince- 465 bantur, quasi et ipsa certarent. item Euri ... secuntur diuine dictum: dedit illis uotum uictoriae, sed ademit effectum.

311–313 (NEC MINOR IN TERRIS ... / AMPHITRYONIADEN) ALTO PER GRAMINA (SVLCO / DVXERAT) ⟨sulco⟩ id est or- 470

451 Aegypti Q *Jahnke*, egisti ω ‖ 453 occulte] -o mπ ‖ 458 ad *seclusi* ‖ 459 perfecit] pro- **vek** *Lindenbrog* ‖ 461 classis ... Teucris] Teucris ... classis *Vergilius* ‖ 465 SECVNTVR fπ, S. V, *om.* **Mm** | etiam *om.* **Mm** ‖ 468 *post* uersa (482) *inser.* Vπ, *quod ad locum post* effectum *restituit Jahnke*, EVRYSTHEA (*u. 311*) id est ad quae Eurystheus eum mittebat. Eurystheus enim rex ... perire. unde Virgilius durum appellauit, dicens ⟨*georg. III 4*⟩: 'quis aut Eurysthea durum.' ideo durus, qui ... sufficere. (= *Seru. georg. III 4*) ‖ 470 SVLCO **fVQc**, SILCO **Ap**, SVLCO *ex* SILCO (**F**?), *om.* **M**

bita illius currus quem ducebat. ideo, quod sessoris pondere praegrauabatur, altius infigebantur terrae uestigia.

322–324 ASTRA INSIDIOSA (DOCEBAT / NOLENTESQVE TERI ZONAS MEDIAMQVE POLORVM / TEMPERIEM) ⟨insidiosa⟩
475 periculosa, ideo quod sunt signa uisu terribilia. monebat ergo Phaethontem Sol ut non ageret currus per australem aut septentrionalem plagam. Lucanus de Phaethonte in libro, qui ⟨in⟩scribitur Iliacon ⟨frg. II 2 Hosius⟩, ita:

'haud aliter raptum transuerso limite caeli
480 flammati Phaethonta poli uidere deique,
cum uice mutata totis in montibus ardens
terra dedit caelo lucem naturaque uersa'.

326–327 OEBALIOS (... / ... EQVOS) Laconicos.

327–329 FVRTO (LAPSA PROPAGO CYLLARE DVM SCYTHICI
485 DIVERSVS AD OSTIA PONTI / CASTOR AMYCLAEAS REMO PERMVTAT HABENAS) ⟨furto⟩ adulterio furtim commisso. CYLLARE equi Castorum Cyllarus et Xanthus. aliter enim Vergilius ⟨georg. III 89–90⟩:

'Pollucis habenis
490 Cyllarus'.

sed non indifferenter iunguntur uocabulo qui sunt uitae permutatione coniuncti. et templum Castorum dicimus, cum sit duorum. et legimus ⟨frg. ignoti quod non inueni⟩ 'Castor uterque bonus'. constat autem hunc inter Argo-

471 currus **M**[ac]**m**[ac]**V**, cursus **M**[pc] (*per* -s- *superscr.*) **fm**[pc]**Kπ** | quod **Mf**(c?), quia **mKVπ** || **475** quod **Mf**(c?), quia **E**[2]**mVπ**, *om. schol.* **K** || **477** de Phaethonte *post* ita (**478**) **mV**, *om.* **M** || **478** ⟨in⟩scribitur *corr. Mombritius* || **478** Iliacon] Heliacon *Vnger 1858, fortasse recte* || **481** cum ... totis in montibus] tum ... tostis iam fontibus *Vnger 1858* || **482** uersa ⟨est⟩ *coni. Lindenbrog* || **491** uocabulo **Vπ**, uaculo **MfE**[1]**m**, baculo **K**

nautas Castorem fuisse et eum omisso equorum studio remigem factum, quo tempore occasio data est ut Cyllarus ⟨Pollucis⟩ uocaretur, sed potest proprie Castoris dici. fuit enim hoc studium huic, ut Homerus asserit ⟨Il. III 237⟩: *Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.* Horatius ⟨sat. II 1, 26–27⟩ enim: 495 500

'Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
pugnis'.

332 FELIX ADMETVS aut propter amicitiam Herculis aut propter receptam dictus uxorem.

334–335 (OMNIS) / IN VIRES ADDVCTA VENVS cupido libidinis migrauit in uires. 505

337–338 (TANTVS VTERQVE COLOR CREDI NEC DEGENER ILLO) / DE GREGE CASTALIO de Pegasi grege, qui fontem Hippocrenen Apollini et Musis dicatum ungula sua scalpsit. Neptunus enim pater quorundam equorum fertur: Pegasi ex Medusa, Arionis ex Cerere. ergo equae Admeti Pegaso concolores fuerunt. 510

340–343 ECCE ET IASONIDAE (IVVENES NOVA GLORIA MATRIS / HYPSIPYLES ... / NOMEN AVO GENTILE THOAS ATQVE

497 Pollucis *inserui* || 499 *Κάστορά ... Πολυδεύκεα*] Castor ippodamion cepix agathon polideucea **ω** || **504** dictus] ductus **M** (*corr. in* dicitur *uel* dicit *manu recentiore*) **f** || **509** Hippocrenen *Jahnke, iam Mombritius,* -em **ω** || **509–510** scalpsit] produxit **Vπ** || **510–511** Pegasi **Q**pc *Mombritius,* persei **ω** || **511** ex[1]] et **Mf** | ex Cerere] exercere **Mf**pc, excere **f**ac**t** | equae **M** (*ex* neque) **V** *Veenhusen(?)*, equa **fm**, que **π** || 512 Pegaso concolores *Barth,* persiculo re- **M** (re *add. superscr.*) **m**, per spiculo re- **f**, persici colore **Vπ**, -se -re **Fp**, -eo -e *Mombritius,* -sico -e *Jahnke,* presso -e *van de Woestijne* || **513** IVVENES *suppleuit Mombritius*

515 OMINE DICTVS / EVNEOS ARGOO) de Iasone et Hypsipyle duo nati sunt filii: Thoas et Euneos, quorum Thoas maternum auum nomine refert, Euneos uocatur alter om⟨i⟩nis causa a patre nauigaturo. quorum nomina opportuno tempore poeta commemorat, hi⟨c⟩ uero quia cer-
520 taturi noti esse debuerant.

⟨**344–345** PAR ET CONCORDIA VOTIS / VINCERE VEL SOLO CVPIVNT A FRATRE RELINQVI⟩ adeo fraterna contentio fuit ut nec uictus doleat nec uictor insultet.

346–348 IT CHROMIS (... ALTER SATVS HERCVLE MAG-
525 NO / ... / ... GETICI PECVS HIC DIOMEDIS) Chromin dicit, Herculis filium, quem constat equos habuisse Thraces quos Hercules exstincto rege abduxerat, humanis carnibus uesci consuetos. cum multi uero hoc exitio hospites interissent, hunc Hercules, ne ab eodem circumuentus
530 periret, equorum suorum pabulum fecit, quos filio suo habendos concessit.

346–350 (HIPPODAMVSQVE ...) / ALTER AB OENOMAO ... / ... (AT ILLE / PISAEI IVGA PATRIS HABET CRVDELIBVS AMBO / EXVVIIS DIROQVE IMBVTI SANGVINE CVRRVS)
535 Hippodamum dicit Oenomai currus regentem. eorum enim equorum non dissimilis fama est exitio tot procorum. ideo ambigit poeta quibus equis ab eo maior crudelitas ascribatur. ex utroque enim stabulo processit horrenda crudelitas.

516–517 Euneos *Jahnke bis*, -us ω *bis* (-os/us F^ac^(p)(ψ?)) ‖ 518 om⟨i⟩nis *corr.* **vek** *Lindenbrog* | ominis causa] Euneos = εὔνεος, *felici nauigatione* ‖ 519 hi⟨c⟩ *corr. Jahnke, iam Barth* ‖ 521–522 PAR ... RELINQVI *inserui* ‖ 526 Thraces M^pc^ (*superscr.* e *super* i) Vπ, -is M^ac^fE¹m, -ię Q, -as *Mombritius* ‖ 536 dissimilis Vπ, -li **Mfmt**

348 ⟨PECVS⟩ genus pro specie: equos enim significat. 540

356 MANVS INSERTVS insertas manus habens.

358 PHLEGRAM regio est in qua debellati Gigantes, quoniam ibi ignitis fulminibus perierunt. *φλέγειν* enim Graece 'ignire' proprie dicitur.

359 ANGVIS Pythonis. FRATRVM ... HONORES id est ea 545 facta, quae reliqui dii gloriae suae ⟨as⟩signant.

360–361 QVIS SIDERA DVCAT / SPIRITVS secta Platonica dicit omnia spiritu diuino gubernari. unde Vergilius ⟨Aen. VI 724–726⟩:

'principio caelum ac terras c(amposque) l(iquentis) 550
l(ucentem)q(ue) g(lobum) l(unae) T(itania)q(ue) a(stra)
spiritus intus alit'.

etenim illa anima quae uinculum mundi nectit 'mens' et 'spiritus' uocata est, quae dat mortalium animis cunctas species motumque et uitam. ut Vergilius ⟨Aen. VI 727⟩: 555 'mens agitat molem', quae Platone attestante ⟨Timaeus 34 A sqq.?⟩ firmatur. sed huius tractatus secretae philosophiae magna laus Persis debetur, quod apud eam gentem horum secretorum primum habita ratio est. [uel Perse⟨u⟩s scilicet ille magnus praeceptor huius philoso- 560 phiae.]

540 PECVS *scripsi pro* FRENA (*u. 348*) ω ‖ 543 fulminibus perierunt] periere fulminibus **k** *iudicauit fortasse ueram lectionem A. Klotz p. 506 n., propter clausulam* (fulminibus periere **Qve**) | *φλέγειν recognouit Lindenbrog* (phleze *φλεζαί Mombritius*, fleze **F**[pc]), flexę ω ‖ 546 gloriae suae *scripsi*, -a -a ω | ⟨as⟩signant *scripsi* ‖ 553–554 'mens' et 'spiritus'] *sc. νοῦς et πνεῦμα* ‖ 559–561 uel ... philosophiae *seclusit Schottky* ‖ 560 Perse⟨u⟩s *scripsi*

362 VIVAT MARE ostendit poeta 'uiuum' et 'uiua[m]' posse dici ea quae neque anima neque spiritu mouentur.

⟨**363–364** IMANE TELLVS / AN MEDIA ET RVRSVS MVNDO
565 SVCCINCTA LATENTI⟩ thesis philosophica: terra elementorum omnium ima sit an suspensa, ut Lucretius ⟨V 449 sqq.; 509 sqq.⟩? ergo utrum uoluatur caelum, quod accidit si media est terra, ⟨an⟩, quod si in imo desinit, caelum esse dicat⟨ur⟩ immobile? sed cum disputantium dis-
570 cordat opinio, uerum non dicit, ⟨ni⟩si qui rite cognouit originum causas. unde Vergilius ⟨georg. II 490⟩. 'felix qui potuit rerum cognoscere causas'. MVNDO SVCCINCTA LATENTI latentem mundum antipodas dicit. succincta autem pro pendenti, quia, si media est, nulla stabilitate
575 firmatur. sed de his rebus, prout ingenio meo committere potui, ex libris ineffabilis doctrinae Persei praeceptoris seorsum libellum composui [Caelius Firmianus] Lactantius Placidus.

366–367 DVMQVE CHELYN LAVRO (TEXTVMQVE INLVSTRE
580 CORONAE / SVBLIGAT) citharoedorum disciplinam expres-

562 uiua[m] *corr.* **b**R *Ven. 1490* || **564–565** IMANE ... LATENTI *scripsi pro* QVAE VIA SOLES PRAECIPITET NOCTEM QVAE PORRIGAT (*uu. 362–363*) *in* ω || **568** an *inserui* || **569** dicat⟨ur⟩ *scripsi*, dicit ω || **569–570** discordat] -et*?* || **570** ⟨ni⟩si *correxi*: si qui] siquis M^{pc}V || **576** Persei] Persae *uel* Berosi *Schottky* || **577–578** Caelius Firmianus *seclusi*, *om. Lindenbrog* (*ex auctoritate codicum, ut fingit*), Placidus *interpolatum iudicauit Brugnoli, qui hunc locum ad Lact. Firm. inst. 3, 24, 11 referre credidit. an sit primo* Caelius Firmianus Lactantius *interpolatum, deinde* Placidus, *an primo* Lactantius Placidus, *deinde* Caelius Firmianus?

sit, quibus mos ⟨est⟩ finito carmine coronam detractam capiti citharae subligare[t].

367 LIMBO zona seu fascia. limbus enim proprie fascia picta dicitur quae imis assuitur uestibus. ut Vergilius ⟨Aen. IV 137⟩: 'Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo'. 585

369–370 CERTAMINIS INSTAR / (QVADRIIVGI) speciem enim belli quadriiugum certamen adduxerat cupido uincendi.

375 [DICERE] PELIACIS (HIC CVM FAMVLARER IN ARVIS) montem Pelion in Thessalia esse notissimum est prope quem deus Apollo Admeti regis pauit armenta. constat autem huius iniuriae hanc fuisse causam: fulminato Aesculapio quod reuocare ad uitam ausus fuisset Hippolytum, pater Apollo, ubi se uidit orbatum, sagittis Cyclopas occidit qui Iouis fulmina fabricare consueuerant. ob hoc mortalem indutus formam pecus Admeto iuxta fluuium pauit Amphrysum. 590 595

378–379 AT HIC TRIPODVM COMES (ET PIVS ARTIS ALVMNVS / AETHERIAE) Amphiaraus scilicet.

379 [MERITIS TAMEN] ILLE (SED HVIVS) ⟨ille⟩ Admetus. et notandum uarietatem nominum solis pronominibus separatam ille et huius. 600

581 mos **QF** *Jahnke, iam Mombritius,* mox **ω**, moris *Lindenbrog* | est *inser. Ven. 1483 1490,* fuit **F** || **582** subligare[t] *corr. Mombritius* (-ari **Q**, -ar̄ **O** (*sed* -arūt **G**)) || **584** imis **Vπ**, ianis **ME**[1]**K**, anis **ft** || **585** picto] -a **ω** || **588** quadriiugum] quadrigum **Mm**[ac] || **589** DICERE *seclusi, om. Mombritius* || **594** orbatum *Mombritius,* turbatum **ω** || **600** MERITIS TAMEN *seclusi* || **601–602** et notandum ... huius *post* scilicet (599) *in* **ω** *ad locum restitui*

380–381 (DATVR ORDO SENECTAE) / ADMETO SERVMQVE MORI beneficio enim uxoris Alcestae Admetus distulerat
605 mortem. cuius talis est fabula: Alceste Admeti uxor fuit. haec, cum agnouisset uiro suo finem propinquare uitae, sese obtulit morti. quam cum exstinctam Admetus impatienter doleret, Herculis laboribus ei reducta ab inferis dicitur. eleganter ergo hic poeta serum ... mori Admeto
610 posuit, uidelicet pro quo alter⟨a⟩ concessit in fata. unde Iuuenalis ⟨VI 652–653⟩:

'spectant subeuntem fata mariti
Alcestim'.

383 ET NOSTRAE PRIDEM (CECINERE VOLVCRES) sensus:
615 etiam auium nostrarum augurio moriturum te esse praeuidisti.

384 ET OS FLETV (PAENE INVIOLABILE TINCTVS) noluit dare pathos mortale numini, philosophice potius quam poetice. Ouidius idem de Apolline Coronide occisa ⟨met.
620 II 617–623⟩:

['collapsamque fouet seraque ope uincere fata
nititur et medicas exercet inaniter artes.
quae postquam frustra temptata rogumque parari
uidit et arsuros supremis ignibus artus,]

603 DATVR ORDO SENECTAE *inser. Mombritius* (*om.* ADMETO) || **604** Alcestae **Q** *Lindenbrog*, alchistę **ω** || **605** Alceste **Q** *Jahnke*, achistę **ω** || **606** propinquare] ap- *add.* **fm** || **609** ergo hic **E**[1]**mVπ**, ergo **M**, hic **fk**, hic ergo **GO** || **610** alter⟨a⟩ *correxi* | in fata *pro* fato *ob clausulam?* || **613** Alcestim] alchistin **ω** || **614** CECINERE VOLVCRES *inser. Mombritius* || **617** noluit **M**^{ac}**KVπ**, -unt **M**^{pc}**f mp** || **621–624** collapsamque ... artus *seclusi* || **623** temptata rogumque] -antur obumque **ω** || **624** uidit] -et **Mf**

tum uero gemitus – neque enim caelestia tingui 625
ora decet – lacrimas alto de corde petitas
edidit'.

391 DECŎRA [AEQVA IVGALES] propter metrum 'co' syllaba breuis accipitur.

392 DIVVM VTRVMQVE GENVS quia ⟨et⟩ equi et auriga 630 diuino oriuntur ex semine.

397–398 (SANGVINE FERRVM) / VRITVR calidum fit siue calore atteritur.

400–401 (STARE ADEO MISERVM EST PEREVNT) VESTIGIA MILLE / (ANTE FVGAM) quia illud uidebatur geri, quod 635 adhuc non coeperat. familiare enim generosorum equorum est inquietudine pedum anticipare cursum, quia multa stan⟨te⟩s uestigia muta⟨n⟩t ⟨Theb. IX 676⟩. Vergilius ⟨georg. III 84⟩: 'stare loco nescit'.

404 TYRRHENVM MVRMVR tubam significat, quam Maleus, 640 Tyrrhenorum imperator, primus inuenit, a qua opinione nec Vergilius discrepat cum dicit ⟨Aen. VIII 526⟩: 'Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor'.

407–409 (AMNIBVS HIBERNIS MINOR EST MINOR IMPETVS IGNI) / TARDIVS ASTRA CADVNT (GLOMERANTVR TARDIVS IM- 645 BRES / TARDIVS E SVMMO DECVRRVNT FLVMINA MONTE) parabola per hyperbolen, quae tunc adhibetur cum nec illa quidem quae comparantur ad exprimendam similitudinem posse sufficere scriptor affirmat.

626 decet] licet *Ouidius* | lacrimas] -is *Ouidius* | petitas] -is *Ouidius* || **628** AEQVA IVGALES *seclusi, om. Mombritius* | co] q̊ **M**ac, quo π || **630** et *inserui* || **638** stan⟨te⟩s *correxi* | uestigia muta⟨n⟩t *scripsi et locum Statianum recognoui*, mutat uestigia ω

650 **413** VIX INTER SESE (CLAMORE AVT NOMINE NOSCVNT) ordo: uix sese internoscunt clamore aut nomine. aut enim confundit clamore sonum spectantium multitudo aut frequenter ⟨ei⟩ increpitat cuius fautor aduenit. utrumque autem turbationem facit.

655 **414** EVOLVERE GLOBVM id est: primam metam transierunt.

418 REPECTIT dispergit, dissoluit.

419 ALBENTIS ... NIMBOS spumas aut sudores.

423 (NEC) OLENIIS (MANANT TOT CORNIBVS IMBRES) Ole-
660 nium Arcadiae oppidum, unde Oleniam capram fuisse uolunt, Iouis nutricem. haec cum filiis suis inter sidera recepta est, cuius sidus imbriferum dicitur. unde Vergilius ⟨Aen. IX 668–669⟩:

'quantus ab occasu ueniens pluuialibus Haedis
665 uerberat imber humum'.

est ergo signum hiemale Aquarium sequens. dicit igitur uerberum crebritate assiduos imbres posse superari.

430 (CAMPO DOMINVM) CIRCVMSPICIT OMNI id est: pro omni campo circumcurrendo fugit, huc atque illuc cir-
670 cumspiciendo.

650 AVT *scripsi ex scholio interpretato* ‖ **651** aut[1]] et *Mombritius ex Statio* ‖ **653** ei *inserui* | cuius ... aduenit] cui ... ob- *Varjás*, cuius ... ante- *Barth* ‖ **658** ALBENTIS **M**^{pc} (*per* -i- *superscriptum*) **f**π, -ES **M**^{ac} *Mombritius* ‖ **659** *oleniis* π, -VS **Mm**, -IVS **f** ‖ **659–660** Olenium Arcadiae] Olenus Achaiae *Duebner* (*uel* Aetoliae *?*); *cf. ad IV 104–105* ‖ **666** signum hiemale] *sc. Capricornus* ‖ **669–670** circumcurrendo ... circumspiciendo *scripsi*, circumspiciendo ... circumcurrendo ω *edd.* ‖ **669** fugit *scripsi*, facit ω

436 CHROMIS ASPER Herculis filius.

436–437 (ASPER) / HIPPODAMVS Oenomai filius.

437–438 SED MOLE TENE⟨N⟩TVR / (CORNIPEDVM) ut Vergilius ⟨Aen. V 153–154⟩:
'melior remis, sed pondere pinus 675
tarda tenet'.

439 (MVLTAQVE VMEROS) INCENDITVR AVRA id est equorum afflatu.

446 LAXO CVM TANDEM AB ORBE id est ab exteriore gyro. 680

447 AEQVOREVS SONIPES Arionem dicit a e q u o r e u m. ait enim supra ⟨uu. 302–303⟩:
'Neptunus equo, si certa priorum
fama, pater'.

451 LABDACIDES patronymicum significat Polynicen, 685
cuius auus Laius Labdaci filius fuit.

454–455 (RVRSVS PRAECIPITES IN RECTA AC) DEVIA CAMPI / (OBLIQVANT) ⟨d e u i a c a m p i⟩ antiptosis est: dum in directa tendunt, in deuia obliquant.

458 (IS FVROR IN LAVDES TREPIDANT) MORTEMQVE MI- 690
NANTVR Vergilius ⟨Aen. V 230⟩: 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

673 SED **M** (*om., inser. in marg.*) **m**, *om.* **fπ** | TENE⟨N⟩TVR *corr.* **O** *Mombritius* || 685 LABDACIDES **E**[1] (*ex* LABBADACIDES) *Lindenbrog*, LAPDACIDES **Mf**, Lappacid **m**, *om.* Arionem (681) ... Labdacides **π** *Mombritius* | patronymicum **RGOvek** *Mombritius*, -nomicum **M** (*ex* -num) **fE**[1]**π**, -con **mK** | Polynicen **fE**[1]**KA**, -em **MmQFpψ** || 686 Labdaci **ME**[1]**mQψ**, lapdaci **fK**, baobdaci **φ** || 688 antiptosis] *sc. pro* deuium campum

459 MVLTAQVE TRANSVERSIS (PRAESTRINGITVR VNGVLA CAMPIS) multa currentes ⟨u e s t i g i a⟩ faciunt per trans-
695 uersa camporum.

461–462 PHOLOEN [ADMETVS] ET IRIN / (FVMANTEMQVE THOEN) equarum nomina sunt. supra enim ⟨u. 333⟩ sic dixit: 'uix steriles compescit equas'.

463 (MERITVMQVE VOCABVLA) CYGNVM de colore candenti
700 nomen accepit.

465 IGNEVS AETHION iucunde Graeco nomini expositionem adiecit, quia A e t h i o n dicitur de colore, quia igneus fuit. unde et Hyperion, quamuis alii *ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ αἰῶνας* accipiant, utrumque tamen recte.

705 **481–482** (AXE TENET PRENSO LVCTANTVR ABIRE IVGALES / NEQVIQVAM FRENOSQVE ET COLLA) RIGENTIA TENDVNT quia prensum axem reuocauit et continuit illorum cursum. r i g e n t i a autem dixit conatu tensa.

483–484 (VT SICVLAS SI QVANDO RATES) TENET AESTVS (ET

694 uestigia *inserui* || **696** ADMETVS *seclusi* || **701** AETHION **Q** *Jahnke ex* (A)ECHION **FRv**[pc]**e** *Lindenbrog*, achion **MfAc**, e. **m**, chion **p**, ethon *Mombritius* | nomini *Lindenbrog*, -e **ω**, -is *Mombritius* || **702** quia[1]] qui **fmAvek** (quia chion **K**) | Aethion **Q** *Jahnke ex* (A)echion **vek** *Lindenbrog*, achion **ω**, ethon *Mombritius* | colore] calore *Lindenbrog* || **702–703** quia igneus fuit *post* accepit *supra in* **ω**, *quod notauit Jahnke ad ea quae secuntur quadrare, ad locum restitui* || **703** igneus] *i. e. αἴθων, 'flammeus' Graece* || **703–704** unde ... recte] *om. Mombritius* || **703** Hyperion] *quasi ex 'Hyperaethion'* || **703–704** *ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ αἰῶνας scripsi, cf. ad III 34–35*; potermenii (*i. e.*, [A]ΠΟ Τ[ΟΥ ΥΠ]ΕΡ ΑΙΟΝ[ΑC], *cum* ΑΙΟ→ΜЄ) **ω**, patronymice *Duebner*, -um *Jahnke* || **704** utrumque] -ique **M**[ac] *Jahnke*

INGENS / AVSTER AGIT MEDIO STANT VELA TVMENTIA PONTO) licet uentus inflaret, tamen aestu cogente ire non poterant. 710

486–487 SED THRACES EQVI (VT VIDERE IACENTEM / HIPPODAMVM REDIT ILLA FAMES) dixerat enim supra ⟨u. 349⟩ Chromin, Herculis filium, equis ⟨usum⟩ Diomedis Thracis – non illius, qui in Troiae excidio militauit – qui humanis carnibus uescebantur. 715

490 VICTVSQVE ET COLLAVDATVS ABISSET quia praeposuit humanitatem gloriae ne cruentam uictoriam sortiretur, et uictus est cum fauore. 720

505–506 (NEXVSQVE DIV) PER TERGA VOLVTVS / (EXVIT) habenarum nexum, qui diu uolutus per terga fuerat, liberauit, ne curru loris implicitus traheretur.

506 (ABRIPITVR LONGE) MODERAMINE LIBER / (CVRRVS) id est a rectore, qui excussus curru uoluebatur in puluere. 725

507 PVTRI ... TELLVRE definitio pulueris.

508 TAENARII CVRRVS Amphiarai scilicet. THESSALVS AXIS Admeti. aurigas modo demonstrauit a locis siue ab equis. sic Vergilius duces non suis nominibus, sed nauium, intellegendos fecit dicendo ⟨Aen. V 156–157⟩: 730

715 usum *inser.* **π**, *post* Thracis *Lindenbrog* || **716** illius **fQψ** *Lindenbrog,* -um **ω** || **717** uescebantur **M**^{ac}**f**^{ac}**vek** *Lindenbrog,* -atur **M**^{pc}**f**^{pc}**E**^{1}**mKQψ** *Mombritius,* uexebitur **AFp**(-sc- *superscr.* **F**^{2}**p**) || **727** TAENARII] -ei **fπ** || **728–729** ab equis] *cf. u. 528* Cygnus *pro* Amphiarao || **729–730** nauium *post* sed *inser. Jahnke* (*iam Varjás, qui et* nominibus *post* nauium *transtulit*) *post* duces **ω**, *post* fecit **Q**

'et nunc Pistris habet, nunc uictam praeterit ingens
Centaurus',

Sergestum significare uolens et Mnestheum.

508–509 HEROS / LEMNIVS unum de geminis Hypsipylae
735 dicit, quorum alter, Thoas, iam ruerat, dum Admetum praeterire festinat.

513–514 QVIS MORTIS THEBANE LOCVS (NISI DVRA NEGASSET / TISIPHONE) apostropha cum ecphonesi id est cum exclamatione, quasi crudelitate funerea ad parricidium ser-
740 uaretur.

527 (DAT GEMITVM TELLVS ET IAM TVNC) SAEVA MINATVR Amphiarao scilicet, qui hiatu terrae recipiendus erat.

528 [ARIONE] CYGNVS equus Amphiarai.

529 HINC VICE IVSTA id est quomodo iustus ordo dicta-
745 bat.

534 (VICTOR) SEV MARTE SOLEBAT multa enim bella Hercules per exercitum gessit, ut contra Eurystheum, contra Oechaliam, contra Troiam – unde Vergilius ⟨Aen. VIII 291⟩: 'Troiamque Oechaliamque' – nec non etiam

731 Pistris **MmQcRvk** *Mombritius*, -ix **fE**[1]**KAbGOe**, pistis **F** (-x *superscr.* **F**[2]), pystix **p**, Pristis *Vergilius?* ‖ 734 unum] Euneum *Barth* (*ex codice, ut finxit*) | Hypsipylae] -es **Q** *Lindenbrog* ‖ 736 festinat] -ant **fπ** ‖ 738 ecphonesi **t** *Jahnke*, (h)ecfoneusin **ω** ‖ 739 funerea **E**[1]**m**[pc]**AcbR**, -a **MftFpGOvek**, -e **KQ**, futura *Mombritius*, -um *Jahnke*, fortunae *Vollmer*, *iam Barth* (*qui in codd.* crudelitate fortunae *se inuenisse asserit*) ‖ 743 ARIONE *seclusi* ‖ 748 Oechaliam *Jahnke* (*ex* ech- *Mombritius*, *iam* oeth- **Q**), euch- **ω** ‖ 749 Troiamque] -que *add.* **Mf** | Oechaliamque *Jahnke* (*ex* ech- *Mombritius*, *iam* oeth- **Q**), euch- **ω**

[et] in Africa teste Sallustio ⟨Iug. 18, 3⟩ qui ait: 'post- 750
quam Hercules in Africa, sicut putant, interiit, exercitus
eius uariis gentibus permixtus est'.

535–536 (AVRVMQVE FIGVRIS) / TERRIBILE declamatio e
contrario propter emphasin, quia aurum naturaliter delec-
tare solet. ut ipse alibi ⟨III 223–224⟩: 755

'armaque in auro
tristia'.

536–537 (HIC MIXTA LAPITHARVM CAEDE ROTANTVR) / SAXA
FACES (ALIIQVE ITERVM CRATERES) pugna Centaurorum et
Lapitharum in cratere picta erat, qui in conuiuio efferati 760
furore nec poculis pepercerunt. unde Vergilius ⟨georg.
II 457⟩: 'et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.
[ET TORTA MOLITVR] hoc declamationis genus etiam alibi
poeta seruauit id est laudando Adrasti pateram, qua dicit
impressum fuisse Perseum Gorgonae caput tenentem, et, 765
ut morientis Gorgonae expressius describeret uultum, ait
⟨Theb. I 546–547⟩:

'illa graues oculos languentiaque ora
[petentem] paene mouet uiuoque etiam pallescit in auro'.

541 REPETITA iterum picta. unde Lucanus 770
⟨X 123–124⟩:

'cuius pars maxima suco
cocta diu uirus non uno duxit aeno'.

542–543 PHRIXEI (NATAT HIC CONTEMPTOR EPHEBVS) /
AEQVORIS Hellesponti, ubi Helle[s], Phrixi soror, in mare 775

750 et *seclusi*, *om.* **QcbRG** *Mombritius*, *om.* etiam **Ovk**, *om.* etiam et **e** || **751** Africa] Hispania *Sallustius* || **763** ET TORTA MOLITVR *seclusi* || **769** petentem *seclusi*, *om.* π *Jahnke*, *iam Mombritius* || **775** Helle[s] *corr. Jahnke*

cecidit. dicit ergo Leandrum in chlamyde pictum fuisse natantem.

543 (PICTA) TRANSLVCET (CAERVLVS VNDA) bene translucet, quia a perfectis ita pinguntur natantes ut inter undas
780 eorum membra perluceant. Leandri autem fabula est Ouidio referente ⟨epist. 18–19⟩ notissima.

547 SESTIAS IN SPECVLIS id est Hero, cuius poeta ex loci uocabulo nomen adiecit. Sestos enim in Propontide litore locus est, de quo Lucanus ⟨VI 55⟩: 'coniungere Seston
785 Abydo'. MORITVR exstinguitur. CONSCIVS IGNIS lumen amoris, quod Hero solabatur lucendo.

549 AT GENERVM (FAMVLA SOLATVR ACHAEA) secutus Vergilium perditorum praemia poeta seruauit. ad consolandum enim generum Polynicen Adrastus famulam dedit,
790 sicut ille Sergesto seruam. ut ⟨Aen. V 284⟩: 'olli serua datur'.

550–551 SOLLICITAT (TVNC AMPLA VIROS AD PRAEMIA CVRSV / PRAECELERES) transacto curruli certamine eos poeta describit quibus cursu certandum est.

795 **551–553** (AGILE STVDIVM) ET TENVISSIMA VIRTVS / (PACIS OPVS CVM SACRA VOCANT NEC INVTILE BELLIS / SVBSIDIVM SI DEXTRA NEGET) ⟨tenuissima uirtus⟩ definitio, quid sit cursus, id est pars non satis admiranda uirtutis. et cum plenissime rem quam coeperat definiret, adiecit pacis
800 opus. sunt etiam sacra quae cursu celebrantur. et ut

779 a (*uel* -a) **MfQFψ**, *om.* **E¹mKAp** | perfectis **Mf**, -t$\overset{i}{u}$s **E¹**, -ius **mKπ** || **783** Propontide] -dis *Jahnke* || **784** coniungere] aut iungere *Lindenbrog* || **788** perditorum] praeteritorum *Barth*, peruictorum *Varjás* || **789** ei *post* Polynicen *inseruit Mombritius*

agones declararet poeta non satis esse uirtuti, adiecit nec inutile bellis id est necessarium fugae, si uincere non cedatur.

554 (OLYMPIACIS) VMBRATVS TEMPORA RAMIS id est umbrata habens tempora ciuica corona. sicut Vergilius 805 ⟨Aen. VI 772⟩: 'atque umbrata tegens ciuili tempora quercu'.

[**556** SICYONIVS ALCON Vergilius ⟨georg. II 519⟩: 'teritur Sicyonia baca trapetis'.]

557 IN ISTHMIACA (... ARENA) id est in agone qui [in] 810 Isthmia uocatur, in honorem Leucotheae et Palaemonis apud Corinthum consecratus.

563–565 QVIS MAENALIAE (ATALANTES / NESCIAT EGREGIVM DECVS ET VESTIGIA CVNCTIS / INDEPRENSA PROCIS) Atalantes confudit historiam. hanc enim Atalanten dixi- 815 mus filiam ⟨Iasii⟩ fuisse, illam autem quae cum procis cursu contendit [Oenomai filiam, uxorem Pelopis, ⟨Hippodamiam⟩], Hippomenis uxorem⟨, filiam Schoenei⟩.

806 tegens] gerunt *Vergilius* || **808–809** SICYONIVS ... trapetis *seclusi* || **810** ISTHMIACA M^{pc} (*leg.* ist-, *ex* ismica) **Rv** *Mombritius*, ismiaca f^{pc} (-i-[2] *super* -a-[1]) *π*, isthmata **Q** | in *seclusi*, *om.* **QFpGe** *Mombritius* || **815–816** diximus] *cf. ad II 469 IV 309* || **816** Iasii *scripsi* (*per haplographiam inter* -iā *et* fu- *amissum*) *pro quo profert* ω (*ex eo quod sequitur*) sichonei (*corr. in* Schoenei **f** *Veenhusen Munckerus ad Hyg. 99 Varjás*) || **816–817** illam ... Pelopis *interpolatum credidit Varjás* || **817–818** Oenomai ... ⟨Hippodamiam⟩ *seclusi* || **818** Hippodamiam *inserui* | Hippomenis uxorem *post* Atalanten (**815**) *in* ω *ad locum restitui* (*et* Hippomenis *post* Pelopis *in* ω *semel scripsi*) | filiam Schoenei *inserui*

sed parem historiam posuit secutus Vergilium. ille enim
820 ait ⟨georg. IV 15⟩: 'et manibus Procne pectus signata cruentis', cum hoc constet Philomelam fecisse. sed mutauit historiam.

570 DIFFIBVLAT noue dixit.

572 LAETITIA id est pulchritudo seu uenustas.

825 **572–573** (NEC PECTORA NVDIS) / DETERIORA GENIS (LATVITQVE IN CORPORE VVLTVS) uestitus pulcher uidebatur, sed pulchrior factus est nudus. LATVIT ... VVLTVS comparatione membrorum. nudato enim corpore membrorum pulchritudo uenustatem uultus obnubit.

830 **575** PALLADIOS (... HAVSTVS) id est oleum.

583 ⟨PROXIMVS⟩ aut talis aut iuxta. SEGNIOR deterior.

584–585 (ATTAMEN ILLI / IAM TENVEM PINGVES FLOREM) INDVXERE PALAESTRAE rem naturalem expressit. cito enim genae barbae lanugine uestiuntur [et] ex calore palaestrae
835 et exercitatio ipsa urget corpora.

586 DESERPITQVE GENIS incipit a coma discedere. siue d e s e r p i t: 'de' abundat. haec enim praepositio aut addit aut minuit aut mutat.

819 parem **mπ**, patrem **MfK**; ⟨dis⟩parem*?* | Vergilium *scripsi*, -us **ω** (*om.* secutus *Lindenbrog*) || **820** Procne] progne **ω**, *corr. Jahnke* || **821** Philomelam **fm**, -nam **MKπ** || **825** GENIS **fA**^pc^**Q GO**, GENVS **Mπ** || **830** PALLADIOS (*uel* -IDIOS) id est oleum *post* dixit (823) *in* **ω** *ad locum restituit Jahnke* | PALLADIOS **f** (**Q**?: *an* -es*?*) **ROve** (-IS **G**) *Mombritius*, -IDIOS **Mπ** || **831** PROXIMVS *scripsi pro* IVXTA (*u. 584*) *in* **ω** *et* ⟨PROXIMVS⟩ ... iuxta *post* deterior *in* **ω** *ad locum restitui* || **834** et *seclusi*, *om. Jahnke* || **836** GENIS **Q** *Mombritius*, COMIS **ω**

586–587 (NEC SE LANVGO) FATETVR / (INTONSAE SVB NVBE COMAE) id est: non apparet, quasi sub intonsa coma lateat genarum lanugo. 840

587 CITATOS ueloces.

589 DOCTO non fortuito, sed per artem meditato.

592 BREVEMQVE FVGAM (NECOPINO FINE REPONVNT) brevi fuga fiduciam uelocitatis explorant. NECOPINO FINE 845 quia incerta meta est, immo nulla, cum crebro saltu excurritur. incertus enim modus currendi est, cum unusquisque saltus habita uoluntate praeludunt. id est: currebant cito redeuntes, quod solent cursui se praeparantes efficere. ut ipse de equis superius ⟨uu. 400–401⟩ ait: 850

'pereunt uestigia mille
ante fugam'.

596 CYDONVM Cretensium.

600 SIVE PVTANT ad ⟨im⟩maturitatem ceruorum rettulit. 855

601 CONGREGAT sic Vergilius ⟨georg. III 369⟩: 'conferto⟨que⟩ agmine cerui'.

602–603 (PVER ...)/ MAENALIVS Parthenopaeus Arcas, quia Maenalus mons Arcadiae est. ut ipse inferius ⟨uu. 607–608⟩: 860

845 NECOPINO] nec opinio **fπ** || **848** habita *suspectum*, a linea *Duebner* || **850** ut **π**, ait **ME**$^{2\ uel\ 3}$**m**, aut **fK** || **851** pereunt **A**^{pc}**Qψ**, -ant **MfE**^{2uel3}**m**, per (pro **F**, p- **p**) euant **A**^{ac}**Fp**, *om.* **K** || **854** ⟨im-⟩maturitatem *corr. Varjás*, pauorem *Barth* || **857** -que *add.* **O**^{2} *Mombritius* || **859** Maenalus] -ius **Mm**

'crinis
Arcados'
id est [ipsius] Parthenopaei.

610 NEQVIQVAM quia moriturus.

865 **611** LIBER NEXV id est crinis, quia solutus est. [crinis: subaudis: Parthenopaei.]

618 ARMA FREMVNT id est minantur.

622 OCVLOSQVE MADENTES id est lacrimis plenos. ut Vergilius ⟨Aen. V 343⟩: 'tutatur fauor Euryalum lacrimaeque 870 decorae'.

625 MERITAMQVE COMAM id est male sibi meritam qua causam morae excepit. retentione enim crinis sui Parthenopaei tardata uictoria est.

632 (IVVENIS) TEGEAEVS Arcadicus.

875 **633** (DIVA) POTENS NEMORVM Dianam potentem nemorum dicit.

634 (EQVE TVO VENIT HAEC) INIVRIA VOTO quia crinem tibi seruabam consecratum intonsum.

639 EXILIS PLANTIS INTERVENIT AER id est: paene uolat et 880 inter plantas ipsius et terram aer medius calcabatur.

640 NON FRACTO hoc est: non depresso. PENDENT id est: non signant uestigiis terram.

862 Arcados] et arce ω, *corr. Mombritius* || **863** ipsius *seclusi, om. Lindenbrog* || **864–866** NEQVIQVAM ... Parthenopaei **mK** *Lindenbrog, om.* **Mfπ** *Mombritius* (*ut uidetur, propter homoeoteleuton*), *seclusit Jahnke* || **865–866** crinis ... Parthenopaei *seclusi* | subaudis (sub̄ **m**, subaud̄ **K**) **mK**, -i *Lindenbrog* || **871–872** qua ... morae *scripsi*, quae ... mortis ω, quae (casu) moram *Barth*

642 (PRENSAQVE FOVET) SVSPIRIA PALMA id est: anhelum laborem uictrici consolatus est palma.

644 IMPROBVS IDAS propter fraudem retenti crinis. 885

648 PTERELAS discum attulit ad quem certarent. non tamen unus ex certantibus fuit.

650 EXPENDVNT aestimant.

651 TVRBA RVVNT festinant.

653 CAVEA STIMVLANTE id est hortantibus sociis qui prope 890 ipsum spectabant.

656 ORBEM discum.

658 HVNC RAPITE raptim mittite.

658–659 (AST ILLVD) CVI NON IACVLABILE (DEXTRAE / PONDVS) interrogatiue cum despectu. 895

659 NVLLO CONAMINE facile et sine labore.

661–663 VIX VNVS (PHLEGYAS ACERQVE MENESTHEVS / ... / PROMISERE MANVS) ordo: uix promisere manus. et notandum quare unum dixerit, cum alterius etiam nomen adiecisset. sed hoc secutus Vergilium fecit. ille enim ait 900 ⟨Aen. IX 544–545⟩:

'uix unus Helenor et Lycus elapsi'.

662 (HOS ETIAM PVDOR ET) MAGNI TENVERE PARENTES ne parentum suorum uiderentur minuisse uirtutem. 905

666 LVCE MALA PANGAEA FERIT terribilis splendoris ictu ferit. PANGAEA mons est Thraciae. unde Lucanus ⟨I 679–680⟩:

888 aestimant *Kohlmann*, existimant ω

'uideo Pangaea niuosis
910 cana iugis'.

667 MVGIT clipeus scilicet.

668–669 (OMNES / ABSTVLIT) IN SE OCVLOS populi uidelicet.

670–671 (TERRA DISCVMQVE MANVMQVE) / ASPERAT ne
915 dum iaceret laberetur.

671–673 (EXCVSSO MOX CIRCVM PVLVERE) VERSAT / (QVOD LATVS IN DIGITOS MEDIAE QVOD CERTIVS VLNAE / CONVENIAT) ⟨uersat⟩ considerat. circumuersabat enim Phlegyas discum ut colligeret quam partem lateris eius habe-
920 ret in digitis, quam bracchio retentans alae subderet.

674–677 (PATRIAE NON TANTVM VBI LAVDIS OBIRET) / SACRA (SED ALTERNIS ALPHEON VTRVMQVE SOLEBAT / METARI RIPIS ET QVA LATISSIMA DISTANT / NON VMQVAM MERSO TRANSMITTERE FLVMINA DISCO) ⟨patriae ... sacra⟩ id
925 est agonem Iouis Olympici qui circa Alpheum fluuium Pisarum celebratur, cuius ripas solitus erat Phlegyas disco transi⟨ce⟩re. secundum Alpheum autem Olympicum exerceri certamen etiam Vergilio teste cognouimus. ait enim ⟨georg. III 19–20⟩:
930 'cuncta mihi Alpheum linquens lucosque M(olorchi)
c(ursibus) e(t) c(rudo) d(ecernet) G(raecia) c(aestu)'.

679 SED CAELO DEXTRAM (METITVR) Phlegyas discum iaculatus est modo ostentationis gratia, non causa certaminis, et in altum uoluit potius quam in latitudinem iaculari.

920 digitis *Lindenbrog*, -os ω || **926** celebratur] -abatur **M** (*ex* -bitur) **m** || **927** trans⟨ic⟩ere *corr. Jahnke* || **934** latitudinem] altitudinem f^{ac}π, longitudinem (*cf. schol. ad. u. 690 infra*) *Varjás, fortasse recte*

680 COLLECTO SANGVINE collecta uirtute. 935

682 SIMILISQVE CADENTI ad uisum rettulit.

683 CRESCIT IN ADVERSVM id est in altitudinem, quae ascendenti aduersa est disco, quia necesse est ut omnes res ascendentes altitudinis nimietate lentescant. EXHAVSTVS AB ALTO id est consumpto impetu quo missus 940 fuerat.

684 IMMERGITVR ARVIS de grauitate casus altitudinis mensura monstratur.

685–688 (SIC CADIT ATTONITIS QVOTIENS AVELLITVR ASTRIS) / SOLIS OPACA SOROR (PROCVL AVXILIANTIA GEN- 945 TES / AERA CREPANT FRVSTRAQVE TIMENT AT THESSALA VICTRIX / RIDET ANHELANTES AVDITO CARMINE BIGAS) sic sibi insana hominum et stulta persuasio uindicat quod carminibus caelo luna eripiatur. quam opinionem Vergilius secutus ait ⟨ecl. VIII 69⟩: 'carmina uel caelo possunt dedu- 950 cere lunam' et alibi ⟨georg. III 391–392⟩ significauit eam inductam esse uelleribus dicendo:

'munere sic niueo lanae, si credere dignum est,
Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit',

si credi fas est de tanti numinis maiestate ad amorem En- 955 dymionis descendisse, quod lex sphaerae et cursus astrorum motusque non patitur. PROCVL AVXILIANTIA (GENTES / AERA CREPANT) ad opinionem hominum rettulit quod arbitrentur auxiliari lunae deficienti si aera percutiant. 960

938 est[1] *om.* **Mf** ‖ **939** altitudinis] -ės (i above e) **f**, -is (ę above i) **m** ‖ **951** significauit **fmKπ**, -cat **M** *Mombritius*, -c̄t **E**[3] ‖ **955–956** Endymionis **QbRG ve** *Mombritius*, dind- **ω**

689 MOLLE TVENTI despicienti, contemnenti. id est quasi [cum] facile esset Phlegyam iactu superare.

690 MAIORQVE MANVS SPERATVR IN AEQVO id est maiore uirtute opus esse in longitudinem quam in altitudinem
965 iaculaturo.

691–692 ATQVE ILLI EXTEMPLO (CVI SPES INFRINGERE DVLCE / IMMODICAS FORTVNA VENIT) ordo: atque illi subito uenit Fortuna, cui dulce est fiduciam immodicae uirtutis auferre. FORTVNA VENIT nunc 'aduersa' intellegen-
970 dum.

694 (ET IAM) LATVS OMNE REDIBAT iaculantem describit. mos enim est disco certantibus ut nisi flexo toto corpore nequeant iaculari.

697 RARISQVE EA VISA VOLVPTAS pauci risu ceperunt de
975 elusi casibus uoluptatem quod discum Phlegyas muliebriter laudatus amiserat. sed quoniam in rebus quoque seriis risus emittitur, ideo paucos exstitisse dicit quibus Phlegyae casus laetitiam suscitaret.

698 TIMIDA ... ARTE hypallage pro 'ipse timidus'.

980 **700** CASTIGAT PVLVERE LAPSVS corrigit, hoc est: aspersione pulueris ne [ei] laberetur effecit.

703 ET FIXA SIGNATVR (TERRA SAGITTA) quousque discus

962 cum *seclusi* | Phlegyam *Jahnke*, -ea **ω** || 971 ET IAM *inseruit Mombritius* || 972 mos] mons **Kφ**, moris **ψ** || 974 pauci risu *Mombritius*, paticirisu **MfK**, patici uisu **E**[3], patici **m**, patici risit **φ**, pauci ri... **Q**, pauci **ψ** || 975 discum *Lindenbrog*, dictum **ω** | Phlegyas **Q** *Jahnke* (-eas *Lindenbrog*), -eos **ω** || 977–978 Phlegyae **e** *Jahnke*, -eę **ω** || 981 ei *del. Varjás* | effecit] -ficit **mπ**

M⟨e⟩nesthei uirtute fuerat missus. moris enim fuerat ut locus cadentis disci fixa signaretur sagitta.

706 (ET CASVS PHLEGYAE MONET) ET FORTVNA MENESTHEI id est timor alterius uel imitatio fortunati. 985

707 (ERIGIT ADSVETVM) DEXTRAE GESTAMEN hoc est: quod consueuerat etiam aliis certaminibus iaculari.

⟨**709–710** ET IPSE / PROSEQVITVR⟩ ut iactum uigor corporis adiuuaret. 990

⟨**711** IAMQVE PROCVL MEMINIT DEXTRAE⟩ manus a qua fuerat missus.

712–713 (NEC DVBIA IVNCTAVE) MENESTHEA VICTVM / (TRANSABIIT META) solet enim hoc certamine de uictoria dubitari. 995

714 (VIRIDES ...) HVMEROS extremos colles qui spatium theatri cingebant.

714–715 OPACA THEATRI / (CVLMINA) theatrum dicit [d]eductam utrimque uallium pronae et supinae ascensu[s] clementi ⟨uel⟩ arduo lenitatem. opaca autem culmina quia siluae summis montibus imminebant. 1000

716–718 (QVALE VAPORIFERA SAXVM) POLYPHEMVS (AB AETNA / LVCIS EGENTE MANV TAMEN IN VESTIGIA PVPPIS /

983 M⟨e⟩nesthei *corr.* KQ *Mombritius* || **987** GESTAMEN] *scholium ad lectionem* CERTAMEN (*cum* P *Statii*) *pertinere credidit Klinnert* || **989** ET IPSE PROSEQVITVR *scripsi pro* PER INANIA SALTV (*u. 710*) *in* ω || **991** IAMQVE ... DEXTRAE *scripsi pro* SERVATQVE TENOREM (*u. 711*) *in* ω || **993** MENESTHEA π, MNE- Mf || **999–1000** [d]eductam ... ⟨uel⟩ *exempli gratia emendaui, lacunam post* lenitatem *posuit Jahnke* || **999** [d]eductam *scripsi*, -um ω | pronae ... supinae *scripsi*, -a -a ω || **1000** ascensu[s] *Lindenbrog* | uel *inserui*

AVDITAE IVXTAQVE INIMICVM EXEGIT VLIXEN) Homerum
1005 secutus, qui dicit ⟨Od. IX 481⟩ Cyclopem ⟨saxum⟩ iecisse in Vlixis nauem quia impediente caecitate eam tenere non poterat. EXEGIT transmisit.

722 [VICTORI] TI⟨G⟩RIN (INANEM) simili modo etiam in primo libro ⟨uu. 483–484⟩ de pelle dixit:
1010 'tergo uidet huius inanem
impexis utrimque iubis horrere leonem'.
et notandum quia metri necessitate tigrin accusatiuum Graecum posuit pro 'tigrem'.

724 (EXTREMOS AVRO) MANSVEVERAT VNGVES praecisa
1015 summitate unguium extremitas, quae nocere poterat, fuerat auro uestiente mollita.

727 (QVONDAM NOSTRI DECVS) AVXILIVMQVE PELASGI regis Graecorum, quia gladius hic ualidus et aureus fuit.

730 (HAEC BELLIS) ET FERRO PROXIMA VIRTVS quia et caes-
1020 tu homines occiduntur.

733–734 (TEGMINA CRVDA BOVM) NON MOLLIOR (IPSE LACERTIS / INDVITVR) ⟨non mollior ipse⟩ aeque durissimus, cuius cutis hominis erat durata in boum pelles.

737 NEC MEA CRVDELIS (CIVILI SANGVINE VIRTVS) subaudi-
1025 mus 'esset'. minatur enim se illum occisurum qui contra steterit, et ideo ⟨ut⟩ ueniret hostis optabat.

1005 qui] quia **fm** | saxum *inser. post* Cyclopem *Varjás*, *post* iecisse **E**³ *Jahnke* ‖ **1006** AVDITAE *ante* quia *scribendum putauit Jahnke* ‖ **1008** VICTORI *seclusi* | TI⟨G⟩RIN *corr.* **E**³**QF**²**ψ** (-in **c**, -im **bRvk**, -is **GO**, -i **e**) *Mombritius* ‖ **1021** IPSE *inseruit Mombritius* ‖ **1024–1025** subaudimus] sƀ **E**³, subauđ **mK** ‖ **1026** ut *inseruit Jahnke* | uenerit **ME**³**mK**, uenire **π** *Mombritius* | hostis] -es *Mombritius*

739 NVDA DE PLEBE LACONVM siue a more ceromatis ad certamina praeparata uel forti.

741 SED SOCII [FRETVM] id est Lacones. ⟨FRETVM⟩ POLLVCE MAGISTRO deus enim Pollux hoc exercitio, dum inter mortales esset, delectabatur et hunc Alcidama⟨m⟩ indu⟨x⟩it. 1030

744 MATERIAE SVADEBAT AMOR ut doceret quo[d] delectabatur.

746 NVDVMQVE ⟨AD PECTORA PRESSIT⟩ id est: complexus est fouendo. poeta morem ceromatis exsecutus est describendo. nudum hic alii 'fortem' intellegi uolunt. 1035

747 [RIDETQVE] VOCANTEM prouocantem.

749 ⟨ET STIMVLIS IAM⟩ LANGVIDA COLLA ⟨TVMESCVNT⟩ quae languida habebat quando dedignabatur certamen.

751 ⟨TVTO PROCVL⟩ ORA RECESSV 'habent' subaudimus. 1040

⟨**752** ADITVSQVE AD VVLNERA CLVSI⟩ manibus implicatis.

756–757 ⟨HIC⟩ PAVLO ANTE PVER ⟨SED ENIM MATVRIVS AEVO / ROBVR⟩ Alcidamas adolescens, qui aetatem corporis mole uincebat. id est cuius uirtus aetatem uirilem praecesserat. 1045

1029 FRETVM *seclusi* || 1029–1031 POLLVCE ... induit *post* delectabatur (1033) *infra in* ω *ad locum restituit Jahnke, iam Veenhusen* || 1031 hunc] hoc *Barth* | Alcidama⟨m⟩ *scripsi* (*iam* -an *Barth*), -a **M** *Lindenbrog*, -as E[3]Q *Jahnke*, alchimadas **m**, calchimada π | indu⟨x⟩it *scripsi*, imbuit *Barth* || 1032–1033 quo[d] delectabatur] *sc. non pueri amore compulsus erat* || 1032 quo[d] *scripsi* || 1034 AD PECTORA PRESSIT *inseruit Mombritius* || 1037 RIDETQVE *seclusi* || 1038 TVMESCVNT *inseruit Mombritius* || 1039 quando] quoniam **M** *Lindenbrog* || 1040 subaudimus **f**π, sub̄ N, s. (*ante* habent) E[3], subaud̄ **mK** || 1041 ADITVSQVE ... CLVSI *inserui*

757 (INGENTES SPONDET) TENER IMPETVS ANNOS id est: magna in eo ex impetu aetatis tenerae uirtutis futurae indoles cernebatur.

1050 **758–759** QVEM VINCI (HAVD QVISQVAM SAEVO NEQVE SANGVINE TINGVI / MALIT) populus enim iunioribus solet fauere. ⟨QVEM⟩ aliquem. ⟨QVISQVAM⟩ ipsorum. ordo ergo talis est: neque quisquam malit aliquem uinci aut tingui saeuo sanguine.

1055 **759** ERECTO ... VOTO suspenso fauore propter incertum uictoriae exitum.

760–761 (VT SESE PERMENSI OCVLIS ET) VTERQVE PRIOREM / (SPERAVERE LOCVM NON PROTINVS IRA NEC ICTVS) id est: utrique sperabant quod [ab] alterius manus certamen 1060 inciperet. unde Lucanus ⟨VII 462 (463 et 462 inuerso ordine numerantur) –464⟩:

> 'inde manum spectant: tempus quo noscere possint
> facturi, quae monstra ferant'.

764 HEBETANTQVE TERENDO uanis ictibus caestuum acu-1065 men obtundunt.

765 DOCTIOR HIC Alcidamas. DIFFERT ANIMVM spiritum seruat.

1048 eo **MG** *Mombritius*, eum **fE³mKπ** || **1051–1052** populus ... fauere *post* ipsorum in **ω** *ad locum restitui* || **1052–1054** QVEM ... sanguine *contra scholium praecedens scriptum suspexi* || **1052** QVEM] *ut lemma recognouit Varjás et inserui* | ⟨QVISQVAM⟩ ipsorum *Varjás*, ipsi parem *Barth* || **1057** ET *inseruit Mombritius* || **1059** ab *seclusi*, *om.* **f** | manus] -u **QFψ** *Mombritius* || **1062** tempus] uultus *Lucanus* | possint] -ent *Lucanus* || **1063** ferant] forent *Lucanus* || **1064** caestuum **Qv** *Mombritius*, -ium **ω**

766 (CVNCTATVS) VIRES DISPENSAT id est: paulatim erogat.

766–767 AT ILLE NOCENDI / (PRODIGVS) Capaneus in 1070 aduersarii nece profusior.

767–768 (AMBAS / CONSVMIT) SINE LEGE (MANVS) sine artis lege. artis ipsius lex est ut, una manu[s] reuersa, altera[m] feriat. consumpsit ergo ambarum manuum ictum et perdidit. 1075

769 PROVIDVS ASTV sagacitate.

770 (HOS) REICIT ICTVS refundit.

⟨**771** ⟨HOS CAVET⟩ eludit, euitat. NVTV (CAPITIS ... CITATI) ueloci[s] capitis motu.

773 INSTAT GRESSV (VVLTVQVE RECEDIT) ut caueret ictus 1080 certaminis, anteibat pede, facie recedebat. quod ipse ait supra ⟨u. 751⟩: 'tuto procul ora recessu'.

774–777 (SAEPE ETIAM) INIVSTIS (COLLATVM VIRIBVS HOSTEM / ... / VLTRO AVDAX ANIMIS INTRATQVE ET OBVMBRAT ET ALTE / ADSILIT) ⟨iniustis⟩ non aequis, quia Capa- 1085 neus erat fortior. ergo frequenter, quamuis eum pateretur, tamen aliquando commotus attemptat.

775 EXPERIENTIA ars experimento collecta.

778 FRACTA diuisa.

784 NESCIT quia ictum furore non senserat. 1090

1073 manu[s] *scripsi* | altera[m] *correxi cum* **Q** || **1077** HOS *inseruit Mombritius* | REICIT π, -IECIT **Mfvek** || **1078** HOS CAVET *inserui* || **1078–1079** CAPITIS (-QVE, *quod omisi*) CITATI *inseruit Mombritius* || **1079** ueloci[s] *correxit Jahnke*

786 ET SVMMO (MACVLAS IN VELLERE VIDIT) quia laneos pentadactylos habent sub caestibus, qui eminent supra bracchia. alii autem uolunt poetam de barba dixisse.

789 PRAECIPITATQVE RETRO uerso gradu cogit aufugere.

1095 **791** RAPIVNT (CONAMINA VENTI) excipiunt siue frustrantur. id est: in uacuum minarum eius impetus perierunt.

793 (MILLE CAVET LAPSAS CIRCVM CAVA TEMPORA) MORTES quasi singuli ictus Capanei singulas mortes afferrent.

794–795 (SED NON TAMEN IMMEMOR ARTIS) / ADVERSVS
1100 FVGIT (ET FVGIENS TAMEN ICTIBVS OBSTAT) ita Alcidama⟨s⟩ aduersus cedebat furori ut nunquam fugiens uideretur. graue enim uiro forti crimen est terga dedisse certamini.

800–801 (SIGNVM) DE PVPPE (DATVM POSVERE PARVMPER /
1105 BRACCHIA) ⟨de puppe⟩ a gubernatore. nam pertica est quaedam in naui quam hortator remig[i]um tenet. quam si incusserit, remiges non desinunt; si deposuerit, quiescunt a labore. hanc Plautus 'casteri[n]am' nominauit in Asinaria ⟨u. 513⟩: 'quin pol si reposui remum, sola ego in
1110 casteria'.

801 (VIX REQVIES IAM) VOX CITAT ALTERA REMOS quia primo signo cessatum fuerat a labore, uox sequens denuo remiges excitauit.

1091 MACVLAS ... VIDIT *inseruit Mombritius* (MACVLAS *iam* E[3]) || **1092** pentadactylos *Jahnke*, pento- ω || **1095** CONAMINA VENTI *inseruit Mombritius*, c. u. **Q** || **1100–1101** Alcidama⟨s⟩ *corr.* **QbRvek** *Mombritius* || **1106** remig[i]um *corr.* **Kπ** *Barth* || **1107** deposuerit] -int **M**[ac]**K** (*ex* -uer̄) || **1108** casteri[n]am *corr.* **QbR(G)Ovek** *Mombritius* || **1111** IAM *inser.* E[3] *Mombritius* || **1112** sequens] -es **M**[ac]**K**[ac]

802 ECCE ITERVM postquam paululum quieuerunt, rursus ineunt pugnam. IMMODICE uiolenter, quasi qui excesse- 1115 rit modum. ⟨VENIENTEM ELVDIT⟩ uenientem Capaneum eludit Alcidamas. EXIT euitat, declinat.

803 EFFVNDITVR ILLE Capaneus.

804 ALIO PVER (IMPROBVS ICTV) ⟨puer⟩ Alcidamas. IMPROBVS magnus. ALIO ... ICTV quia iam illum supra 1120 ⟨u. 781⟩ percusserat.

805 (EVENTVQVE) IMPALLVIT IPSE SECVNDO etiam ipse est felici euentu perterritus ne post secundum uulnus iratum Capaneum ferre non posset.

818 RAMVM palmam. THORACA qui erat palmae prae- 1125 mium.

819 LICEAT exclamatio irascentis indignatione permixta.

823 (ET VICISSE) NEGANTEM ne ab intentione occidendi Alcidamam tardaretur, negat se uicisse Capaneus. 1130

827 (STIMVLIS VRGENTIBVS) ANGVNT stimulant.

829 LABORES artis peritiam.

830 VNCTA PALE[S] palaestrae studium. bene uncta ad discretionem pastoralium certaminum et luctationum natu-

1115–1116 excesserit π *Mombritius*, -cusserit **MfE³mK** || **1116** VENIENTEM ELVDIT *inseruit* (Capaneūs eludit alcidamas *glossa super* ueniente (*sic*) **K**), VENIENTEM Capaneum ELIDIT (*sic*) Alcidamas *Varjás* || **1120** IMPROBVS magnus *fortasse ex scholio ad u. 892 deriuatum et secludendum* || **1123** ne **M**ᵖᶜπ, nec **M**ᵃᶜ**fmK** || **1129** ET VICISSE *inseruit Mombritius* || **1133** PALE[S] *correxi* || **1134–1135** luctationum naturalium ψ (*leg.* luctantium **bRvek**) *Jahnke*, -em -em ω

1135 ralium. Vergilius ⟨georg. II 531⟩ de pale rusticorum: 'corporaque agresti nudant praedura palaestra', alibi ⟨Aen. III 281–282⟩ de artis palaestra:

'exercent patrias oleo labente palaestras
nudati socii'.

1140 **833** FELICESQVE DEO (MONSTRANTE PALAESTRAS) quia semper uictor exstitit. DEO MONSTRANTE 'Mercurio' intellegimus. ipse enim deus huius artis inuentor est. ut Horatius ⟨carm. I 10, 3–4⟩:

'et decorae
1145 more palaestrae'.

felices ... palaestras peritas dixit, ut Vergilius ⟨Aen. IX 772–773⟩:

'quo non felicior alter
unguere tela manu'

1150 id est peritior.

836 PATRIVMQVE SVEM Calydonii apri pellem. LEVAT spoliat.

837 CLEONAEVS (... AGYLLEVS) Cleonae ciuitas Corintho uicina.

1155 **838** NEC MOLE MINOR magnitudine corporis non inferior.

838–839 (SIC GRANDIBVS ALTE / INSVRGENS VMERIS HOMINEM SVPER IMPROBVS) EXIT proceritate corporis humanam formam uidebatur excedere.

1160 **840** SED NON ILLE RIGOR (PATRIVMQVE IN CORPORE ROBVR) Herculis scilicet.

1141 Mercurio] -um *Varjás* || 1153 CLEONAEVS] -(A)EAE Q *Mombritius Statius*

841–842 EFFVSAQVE ... / MEMBRA plana, non torosa. SANGVINE LAXO cutem enim fluentem mollior sanguis effecit.

842 INDE HAEC AVDAX FIDVCIA quia proceritati Agyllei nullum animi neque membrorum inerat robur. 1165

845 DIFFICILES duri, asperi.

849 MADIDOS (ARTVS) infusos oleo, non sudore.

851 VARA inflexa paululum crura seu foris extensa. ut Horatius ⟨sat. I 3, 47⟩: 'hunc uarum distortis cruribus'. quos uulgo 'uascos' uocant. ASTV per artis fiduciam. DEDVCIT IN AEQVVM deflectit ut sibi aequet. 1170

853 SVMMISSVS TERGO inclinans dorsum suum ut se Agylleus inflecteret.

855 VRGENTES prementes. 1175

857 (IAMDVDVM AETHERIAS EADEM) REDITVRA SVB AVRAS si uentorum flatus admitterent.

860 FRONTEMQVE HVMEROSQVE LATVSQVE polysyndeta sunt.

872 CASTIGATA composita seu potius musculis asperata. NON INTEGER ILLE Agylleus. et subaudiendum 'uiribus [non integer]'. 1180

1168 infusos oleo *Mombritius*, infuso sole ω (infuso oleo **SbR**) || **1169** paululum] -olum **fK** || **1171** ASTV ... fiduciam *post* DEDVCIT ... aequet (**1172**) *in* ω *ad locum restitui* | ASTV] austu **fm** | per artis **M**, sperantis **fE**^{3}**mKπ** || **1173–1174** Agylleus *scripsi*, Tydeus ω *edd.* (*glossa suppositicia*) || **1178** polysyndeta *Lindenbrog*, polisiniecta (*corr. in* polisintecta) **M**, polisyntheta (*uel* -ca) **fmKπ**, polisenteton **S** || **1180** musculis **π**, maculis ω *edd.*, masculis **Ke** || **1182** non integer *seclusi*

873 EFFETVS uiribus fatigatus.

874 HARENAS quas in eum Tydeus ingesserat.

1185 **877–880** (COEPTIS) NON ⟨E⟩VALVERE (POTIRI / FRVSTRATAE BREVITATE MANVS VENIT ARDVVS ILLE / DESVPER OPPRESSVMQVE INGENTIS MOLE RVINAE / CONDIDIT) id est: neuter ualuit incepta perficere. CONDIDIT celauit, quia sub ingenti Agyllei corpore exiguitas Tydei celata est.

1190 **882** SVSPENSVS AGER definitio est speluncae. siue ad naturam terrae rettulit quae dicitur in medio aere suspensa, siue quod intrinsecus uacuant terrae uenas qui metallum aliquod quaerunt.

885 INDIGNANTEM ANIMAM dicunt philosophi indignari 1195 animas quae inuitae de hac luce discedant. unde Vergilius ⟨Aen. XI 831⟩: 'uitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras'. PROPRIIS NON REDDIDIT ASTRIS ingens expositio est quomodo uel quare animae ad astra redeant postquam exutae fuerint nefando corpusculo. et non so- 1200 lum bene meritorum sed etiam sontium illuc feruntur, ut aut pro uitae pretio optima mercede aeternae lucis donentur aut pro male commissis ab ipsis astris stellisque puniantur atque consumantur, non quidem ut pereant, sed ut affligantur. et ideo ab his puniuntur secundum Py- 1205 thagoram, qui ait animas bonorum uirorum in stellas posse reuerti. Vergilius ⟨georg. IV 225–227⟩:

1185 ⟨E⟩VALVERE *correxi ex Statio* | POTIRI *inseruit Mombritius* || **1193** aliquod] aliquid **M**^{ac}**fS** || **1194** indignari] -re **M**^{ac}**S** || **1195** quae *scripsi cum* **Q** (-que **k**), quia **MSE**^{3}, quod **fmK**π || **1199** corpusculo] corporis uinculo *Varjás*

'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
omnia, nec morti esse locum, sed uiua uolare
sideris in numerum atque alto succedere caelo'.

Lucanus in nono ⟨8–9⟩: 1210

'innocuos uita patientes aetheris imi
fecit et aeternos animam collegit in orbes'.

886 (ANIMISQVE) ET PECTORE SVPRA EST licet infra sit corpore.

887 [CVM] VINCLIS ONERIQVE illius scilicet qui eum bracchiis alligarat. (ONERIQVE) ELAPSVS INIQVO subductus graui ponderi. iniquum enim 'graue' dicimus. Vergilius ⟨georg. I 164⟩: 'et iniquo pondere rastri'. 1215

889–890 (MOX LATVS) ET FIRMO (CELER IMPLICAT ILIA NEXV / POPLITIBVS GENVA INDE PREMENS) ordo: mox latus firmo nexu implicat genua premens ad ilia. 1220

892 IMPROBVS magnus.

⟨**892–893** HORRENDVM VISV AC MIRABILE PONDVS / SVSTVLIT⟩ quia, cum esset parua statura, magni ponderis alte sustulerat uirum, siue quod se maiorem nexibus implicasset. 1225

893–896 (HERCVLEIS PRESSVM SIC FAMA LACERTIS) / TERRIGENAM SVDASSE (LIBYN CVM FRAVDE REPERTA / RAPTVS IN EXCELSVM NEC IAM SPES VLLA CADENDI / NEC LICET EXTREMA MATREM CONTINGERE PLANTA) Antaeum dicit, 1230

1207 ac f *Vergilius*, hac ω || 1212 et *om. inser. superscr.* **M**, *om.* π (*adest in* **QbRGO**) || 1213 ANIMISQVE *inseruit Mombritius* || 1215 CVM *seclusi* || 1217 ponderi **MmA**[pc]**pcvek**, -e **fE**[2 *uel* 3]**KA**[ac] **QFbRGO** || 1218 rastri] rasti **M**[ac]**Ap** || 1223–1224 HORRENDVM *inseruit Varjás, cetera ego* || 1228 LIBYN *inser.* **E**[3]**Q** *Mombritius*

quem Hercules apud Simitthum, Africae ciuitatem, palaestrico certamine superauit, quem, cum nequiret elidere, medium corripiens bracchiorum suorum nexu confregit, quia Terrae beneficio fortior cadendo surgebat.

1235 **906–908** QVOD SI NON SANGVINIS HVIVS / (PARTEM HAVD EXIGVAM SCITIS DIRCAEVS HABERET / CAMPVS) si non exhaustus fuisset uiribus in Thebano campo in quo quinquaginta insidiantes uno relicto superstite occidit.

908 (VBI HAE NVPER) THEBARVM (FOEDERA PLAGAE) *ἐπεξ-*
1240 *ήγησις*: quid sunt hae plagae? Thebana foedera.

909 HAEC SIMVL subaudiendum 'cum diceret'. PRAEMIA LAVDVM uirtutis insignia.

910 NEGLECTVS ... THORAX uetus.

911–912 (SVNT ET QVI NVDO SVBEANT CONCVRRERE
1245 FERRO / IAMQVE ADERANT) INSTRVCTI ARMIS modo sagittariorum uult monstrare certamina id est iactum uelocium sagittarum, sed iaculatores non exhiberi permisit. commemorationem istius spectaculi dixit, sed ipsam non exhibuit uoluptatem. ⟨EPIDAVRIVS AGREVS⟩ Epidaurus

1231 Simitthum *scripsi* (Simithu *Jahnke*), summittum ω, sumentum *Mombritius* || 1232 cum **M** (*om., inser. superscr.*) **SQGO**[2] **vek** *Mombritius, om.* **fmπ** || 1235 QVOD] QVID *Statius* || 1239–1240 *ἐπεξήγησις Jahnke,* efexegesis (*uel* -gisis) ω, exegesis *Lindenbrog* (*om. scholium Mombritius*) || 1240 quid sunt (*uel* qui deus) **E**[3]**mKπ** *Varjás* (*qui et sententias recte interpunxit*), quod sunt **fS**, quod deus (qđ đs) **M**, quod si *Lindenbrog* || 1241 subaudiendum **fπ**, sub **Mm**, s. **S**, sub auđ **K** || 1244–1249 SVNT ... uoluptatem] *scholium quamuis ineptum fortasse Lactantio uindicant clausulae* || 1249 EPIDAVRIVS *inser.* π *Mombritius,* AGREVS *ego*

ciuitas Peloponnensis equis nobilis. ut ipse in catalogo 1250
⟨IV 123⟩: 'qui rura domant Epidauria'.

916 (SANGVINIS) ADVERSI hostilis uel Thebani.

917 (DILECTAS) CVI DESOLAVIMVS VRBES propter quem reliquimus patriam.

919 ABIGANT HOC NVMINA ut antequam proelium commit- 1255
tatur moriaris.

921 NE LAVDIS EGENS ne inhonoratus abiret.

931 LEVES ... PHARETRAS non inanes, sed in quibus sagittae essent haud pinnatae.

934 FLVERE uenire aut procedere. (QVIS FLVERE OC- 1260
CVLTIS RERVM) NEGET OMINA CAVSIS incusat poeta eos qui dicunt futura non portendi mortalibus.

935–936 (FATA PATENT HOMINI PIGET) INSERVARE (PERITQVE / VENTVRI PROMISSA FIDES) ⟨inseruare⟩ atten-
dere auspicia. alii 'inseruire' legunt et est uerbum augu- 1265
rum de caelo seruato. dicit ergo: piget nos insistere, ⟨id est non⟩ quaerimus futura, et ideo perit uenturi fides promissa.

936–937 SIC OMINA CASVM / (FECIMVS) omina sunt re-
rum futurarum signa siue bonarum siue malarum. casus 1270

1253–1254 reliquimus] -linquimus **fAQ**ᵃᶜ**cRGOe** || 1255 ABIGANT **Sπ**, AMBIGANT **MfpGO** || 1259 haud *Lindenbrog*, aut ω || 1261 OMINA **Q** *Lindenbrog*, OMNIA ω | incusat poeta **E**$^{2\ uel\ 3}$ *Mombritius*, -ant -ę ω || 1265 inseruire **E**$^{2\ uel\ 3}$**V**, -are **MfmKπ** || 1265–1266 augurum] *haud* -ii; *cf. ad V 641 VIII 194* || 1266 seruato *Jahnke*, -um ω || 1266–1267 id est non *inser. Lindenbrog* || 1269 OMINA **FR** *Jahnke*, OMNIA ω || 1270 omina **SmQFbR** *Lindenbrog*, omnia ω

autem sunt subiti prouentus. cum enim non quaerimus quae futura sint nec procuramus aduersa cum neglectu nostro improuisa proueniunt, mala quae accidunt casui deputamus.

1275 **938–940** FATALIS ⟨.../.../... HARVNDO⟩ harundinem fatalem dixit quae futura monstraret.

940 TENOREM cursum, impetum.

941 ⟨ET NOTAE IVXTA RVIT⟩ [ANTE] ORA PHARETRAE ante ora eius cecidit qui pharetram tenebat. ut Ouidius ⟨met.
1280 VII 684⟩ de telo: 'reuolat nullo referente cruentum'.

942 [ERRORE] SERVNT disserunt, disputant.

945–946 ⟨VNI REMEABILE BELLVM / ET TRISTES DOMINO SPONDEBAT HARVNDO⟩ RECVRSVS soli Adrasto sagitta suum reditum pollicetur.

1271 enim] autem **SV** || 1272 sint *scripsi*, sunt **ω** || 1278 ET ... RVIT *inser. Mombritius* | ANTE *seclusi, om. Mombritius* || 1280 telo **MfE**[2 *uel* 3] *Lindenbrog*, celo (**m**?)**KVπ** *Mombritius* || 1281 ERRORE (**fQFpbRO**, -ES **MAcGvek**) *seclusi* || 1283 HARVNDO *inser.* **V**

LIBER VII

Hic liber habet indignationem Iouis contra Martem quod bella Thebana lentius gererentur, missionem Mercurii ab Ioue ad eum incitandum, descriptionem domus Martis in Thracia cum omnibus eius ministris, allocutionem Martis ad Mercurium, allocutionem Adrasti regis ad tumulum Archemori, immissionem timoris et nimiam augurii formidinem pariterque cupiditatem ad bellum ocius properandi, conquestionem Liberi apud Iouem pro Thebanis Iouisque responsionem uindictam promittentis. sequitur descriptio catalogi exercitus Thebanorum, interrogatio Antigones, responsio Phorbantis, allocutio Eteoclis animantis exercitum, instantis belli prodigia, aduentus Argiuorum ad Thebas collocatioque castrorum, egressus cum filiabus Iocastae ad Argiuorum castra, admissio et conquestio de bello, Tydei relatio, occisio tigrium mansuetarum, deinde ingruentis belli timoris descriptio, et hinc atque illinc singularia uel confusa certamina diuerso casu uariaque uictoria cum descriptione et allocutionibus exsultantium ducum. Amphiarai praecipue pugna describitur, circa quem Apollinis fauor et postea confessio cum dolore monstratur. responsum Amphiarai commendantis filium et petentis per eum de uxore uindictam, hiatus terrae et Amphiarai cum armis et curru ad inferna descensio.

11 catalogi] cato- **MK**

1–2 ATQVE EA CVNCTANTES (TYRII PRIMORDIA BELLI / IVPPITER HAVD AEQVO RESPEXIT CORDE PELASGOS) describitur Iouis iracundia. allocutio apud Mercurium ut minas nuntiet Marti et accuset eum quod patiatur Graecos apud tu-
30 mulum Archemori uoluptatibus occupari et ut eos furoris stimulis Mars armet ad bellum. CVNCTANTES morantes siue manentes.

3–4 (CONCVSSITQVE CAPVT MOTV QVO CELSA LABORANT / SIDERA PROCLAMATQVE ADICI) CERVICIBVS (ATLAS) dicit
35 iracundia Iouis caelo pondus augeri et hoc Atlantem queri.

8–9 (OCEANO VETITVM) QVA PARRHASIS (IGNEM / NVBIBVS HIBERNIS ET NOSTRO PASCITVR IMBRI) ⟨Parrhasis⟩ Arcas, a gente dicta unde fuit Callisto Lycaonis filia, quae
40 in Vrsam hoc est in Septentrionem dicitur uersa. Lucanus ⟨II 237⟩: 'Parrhasis obliquos Helice cum uerteret axes'. Callisto ergo ipsa est [quae Arctophylax dicitur] Vrsa, quae nunquam oceano tinguitur. ET NOSTRO PASCITVR IMBRI id est caelesti liquore, non marino ut cetera sidera. nam
45 et sol et astra cetera aquis pascuntur oceani. nam ut ostenderet Lucanus ignes solis aquis nutriri, ait ⟨VII 5⟩: 'non pabula flammis'.

15–16 (OMNE QVOD) ISTHMIVS VMBO / (DISTINET ET RAVCAE CIRCVMTONAT IRA MALEAE) ⟨isthmius⟩ 'isthmus' est
50 terra inter duo maria in longum porrecta. haec enim duo

26 CVNCTANTES **VAQbR**, -IS **MfFpcGOvek** | T. (*pro* TYRII) *inser.* **V**, TIRII **R** || 29 accuset] incusat **SV** || 37 IGNEM *inser. iam* **Q**, -E **Fp** || 42 quae ... dicitur *seclusi* | Arctophylax **ve**(**k**: -as) *Lindenbrog*, artofilax **ω** || 47 pabula] papula **M**[ac]**m** || 48 ISTHMIVS **mKQFpcbR**, -us **M**[ac]**GO**, -os **M**[pc]**fAvek**

maria orientem occidentemque discriminant: Ionium ⟨ab⟩ oriente, Aegaeum ⟨ab⟩ occidente diuiditur. omne ergo quod Isthmius umbo distinet id est [quod] Achaiam, in cuius parte Pelops regnauit, et quicquid intra se Peloponnesos includit ac tenet. duo maria circumdant adeo ut insulam facerent nisi utrumque pelagus interiecta terra diuideret. ideo autem umbonem montis dixit quia eius pars erectior imminet mari. MALEAE Malea promuntorium est Graeciae quod intrat mare et per quinquaginta milia introrsus extenditur, ubi unda ita saeua est ut nauigantes persequi uideatur. unde Vergilius ⟨Aen. V 193⟩: 'Maleaeque sequacibus undis'. hoc autem promuntorium a Maleo, Graeciae rege, nomen accepit.

17–18 ILLI VIX MVROS (LIMENQVE EGRESSA IVVENTVS / SACRA COLVNT) ⟨muros limenque⟩ id est fines patriae. figura ⟨*ἐπεξήγησις*⟩: qui sunt illi? [id est] iuuentus Argiua. Graeci, inquit, sic litant quasi iam uictores reuertantur ad patriam.

19 OFFENSI(QVE SEDENT) irati quod eorum gratia perisset Archemorus. siue offensi 'occupati' nouo sermone dixit. SEPVLCRI Archemori, cui ludos funebres celebrant.

20–21 (HICNE TVVS GRADIVE FVROR) SONAT ORBE

52 ab *bis inser.* $E^{2\,uel\,3}$ *Jahnke* | oriente] -em **MfQFpbR** || 53 distinet **mQp** *Lindenbrog,* des- **MfKVAFψ** *Mombritius* | quod *seclusi om.* **K** *Mombritius* | et quicquid ... tenet *post* accepit (63) *in* **ω** *ad locum restitui* || 55 *t. Jakobi* || 57 autem *om.* **SV** || 59 est **MSE**$^{2\,uel\,3}$**VR**, *om.* **fmKπ** | intrat] intra **Vπ** || 61 ut **M**^{pc}**SVπ**, et **M**^{ac}**E**$^{2\,uel\,3}$**mK** | uideatur **M**^{pc}**SVπ**, -etur **M**^{ac}**E**$^{2\,uel\,3}$**mK** || 62 undis **MVQbRGvek**, -ę **E**$^{2\,uel\,3}$**mKφcO** || 66 *ἐπεξήγησις inserui*: *cf. ad VII 40* | qui **Sπ**, quod **MmK**, quid **fE**$^{2\,uel\,3}$ | id est *seclusi* || 69 -QVE SEDENT *seclusi* || 72 HICNE ... FVROR *inser. iam* **Q**

RECVSSO / (DISCVS ET OEBALII COEVNT IN PROELIA CAESTVS) furore tuo haec, Gradiue, fecisti certamina ut aut disco
75 certarent aut caestibus? OEBALII Pollucis. ut supra ⟨VI 822⟩: 'Oebalio donem lugere magistro?'

22 (AT SI IPSI RABIES FERRIQVE) INSANA VOLVPTAS deest 'fuerit'.

26 NVNC LENIS (BELLI NOSTRAQVE REMITTITVR IRA) quasi
80 ideo nunc Mars lenis sit, nec nostra iracundia flectitur.

29–30 NIL EQVIDEM CRVDELE MINOR (SIT MITE BONVMQVE / NVMEN ET EFFRENI LAXENTVR IN OTIA MORES) nil illi minor quod crudele sit, id est Marti, sed bonum ⟨et⟩ mite numen efficiam. minatur Iuppiter se mitem Martem effi-
85 cere quod scit cruento numini esse contrarium ut mores illi qui infreni esse consueuerant otii languore torpescant et sit numen eius mite. graue enim est malum faciendo bonum a suo instituto traducere.

31–32 (NEC SANGVINIS VLTRA) / IVS ERIT (AVSPICIVM) hu-
90 mani sanguinis aut ius aut auspicium non erit: i u s potestas, a u s p i c i u m frequentia.

33 OGYGIO (... BELLO) Thebano. una enim porta e septem 'Ogygia' nuncupatur. (OGYGIO) SAT ERIT (TRITONIA BELLO) ad exscindendas Thebas.

83 et *inseruit Mombritius,* uel **Q** || 85 scit] s^{c}it **m**, sic *π* || 86 infreni **M**^{pc}**E**$^{2\ uel\ 3}$**V***π*, inferni **M**^{ac}**fSKbR** || 87 est malum faciendo *scripsi, exempli gratia* (*iam* facientem *Vollmer*), malum est facit enim **ω** || 89–91 AVSPICIVM *quod pro* ASPICIAM *e scholio in lemma assumpsi et* auspicium *bis minime intellego*; *forsitan* AVT SPISSVM, [aut] spissum ... [aut] spissum || 92 e **MF** (**E**$^{2\ uel\ 3}$; *leg.* portę *pro* porta e) **m**, ex **S***π*, a **K** || 94 exscindendas (*uel* exc-) **M**^{pc}**S***π* *Lindenbrog,* -cidendas **M**^{ac}**fE**$^{2\ uel\ 3pc}$ *Mombritius,* -citandas **E**$^{2\ uel\ 3ac}$**K**

35 (ARCTOAE) LABENTEM (CARDINE PORTAE) intrantem portas septentrionis. 95

36 PRAETENTA circumfusa, adiacentia.

37 AGMINA NIMBORVM infinitus numerus nubium. (PRIMIQVE AQVILONIS) HIATVS principium flatus, quia uenti pinguntur hiantes. 100

39 PROTEGIT praetegit, tuetur. GALERI pillei.

40 HIC STERILES (DELVBRA MAVORTIA NOTAT SILVAS) *ἐπεξήγησις*: quid sunt steriles siluae? delubra Mauortia. NOTAT aspicit auium more, quae uolando aspiciunt uel notant quibus insid[e]ant locis. 105

41 MILLE FVRORIBVS mille ministeriis Martis.

42 CINGITVR muratur. IMMANSVETA inrequieta [ac sine quiete.]

⟨**43** FERREA COMPAGO⟩ [id est] ab ea materia qua murata est. LATERVM parietum. 110

44 (FERRATIS INCVMBVNT) TECTA (COLVMNIS) ⟨tecta⟩ domus. ad descriptionem cruentae domus adiecit omnia ferro fuisse constructa ut ubicumque aspiceres Martialem domum ex ipsius aedificii fabricatione cognosceres. cuius

102–103 *ἐπεξήγησις*] efexegesis ω ‖ **103** quid sunt *scripsi* (*iam* quod s̄ V, qui sunt Q), qui deus ω (*i. e.* ꝗ ds *ex* ꝗd s̄) ‖ **105** insid[e]ant *corr. Jahnke* ‖ **107** IMMANSVETA inrequieta *Jahnke Varjás*, *iam Mombritius*, INREQVIETA immansueta ω ‖ **107–108** ac sine quiete *seclusi* ‖ **107** ac] seu *Varjás* ‖ **109** FERREA COMPAGO *inserui* | id est *seclusi* | materia *scripsi*, parte (*ex* parietum *deriuatum*) ω | qua] quae $M^{ac}V^{ac}$ ‖ **110** LATERVM parietum *ante* id est ab *in* ω *ad locum restitui* ‖ **111** INCVMBVNT, COLVMNIS *iam* Q, C. *iam* V ‖ **113** Martialem *proposuit Jahnke*, mortalem ω

115 terroris speciem ut Vergilius explicaret, ait ⟨Aen. VI 552⟩: 'porta aduersa ingens solidoque adamante columnae'.

45 LAEDITVR ADVERSVM (PHOEBI IVBAR) offuscatur. Phoebi iubar id est solis splendor laeditur: splendor 120 ferro ⟨non⟩ repercutitur.

47–48 (DIGNA LOCO STATIO PRIMIS SALIT) IMPETVS AMENS / (E FORIBVS) singulis ministeriis Martis epitheta [nomina aptando] coniunxit et finxit officiorum diuersitates ut omnia Martis ministeriis conuenirent.

125 **50** GEMINVMQVE TENENS DISCORDIA FERRVM mire geminum dixit ferrum tenere Discordiam quae semper solet duorum inimicitia uel mortibus gratulari, siue propter fratres, quia in hoc bello maxime fratrum discordia proeliatur.

130 **51** INNVMERIS (STREPIT AVLA MINIS) mire numerum infinitum finxit, quippe pro peccatorum genere. ⟨STREPIT ... MINIS⟩ iam minatur supplicia diuersorum. TRISTISSIMA VIRTVS non religionis aut pietatis causa commota. sed ideo in hoc bello tristem dixit esse Virtutem quia parri-135 cidiis militauit.

118 ADVERSVM **bR** (**O**: et aduersu) **vek** *Mombritius*, ET VERSVM **ω** | PHOEBI IVBAR *inseruit Mombritius* ‖ **118–120** *duo scholia distinxit Varjás*: laeditur: id est solis splendor laeditur *et* laeditur: offuscatur, id est splendor ferri repercutitur | id est *inser. post* laeditur **Vπ** ‖ **119–120** splendor ferro ⟨non⟩ *scripsi*, -re -i **ω** ‖ **122–123** nomina aptando *glossam seclusi* ‖ **125** mire *scripsi cum* **QR**, -um **ω**, ⟨ni⟩mirum *Barth* ‖ **131–132** STREPIT ... MINIS *inserui* ‖ **133** causa commota **M** *Mombritius*, commota causa **fSE**[2 uel 3]**mKVπ**

52–53 (VVLTVQVE CRVENTO) / MORS ARMATA SEDET quia semper eripit uitam.

56 INSIGNIBANT ornabant siue insignia faciebant.

59 PAENE ETIAM GEMITVS egregie, ut in cruenta domo omnia ingemiscentia cernerentur. 140

60–61 VBIQVE IPSVM (SED NON VSQVAM ORE REMISSO / CERNERE ERAT) subaudis 'Martem putares ubique simulatum', nusquam tamen hilariore uultu conspicitur.

62–63 NONDVM RADIIS (MONSTRATVR ADVLTER / FOEDA CATENATO LVERAT CONVBIA LECTO) quaestionem quae po- 145 terat commoueri, quare adultero Marti Vulcanus habitaculum fundauisset, argutissime diuinus hoc loco poeta dissoluit. dicit enim ante domum Marti aedificasse Vulcanum quam iniuriam pateretur. ⟨RADIIS⟩ quia Sol radiis suis magnifici flagitii detector fuisse narratur. sed si 150 ideo res male commissa displicuit, superest ut inueniatur carissimum numen. FOEDA CATENATO (LVERAT CONVBIA LECTO) haec, inquit, limina prius Vulcanus exstruxit quam Martis et Veneris de Solis indicio adulterium cognouisset. quo comperto utrumque subtilissimis deuinxit 155 catenis atque in conuentum numinum adulteros adduxit.

65 TREMIT ECCE SOLVM adueniente Marte terra concussa est.

138 siue *om.* **Sπ** | insignia] -e **Sπ** || **140** ingemiscentia] ingeme- **MAGO** || **142** subaudis] -i **QFψ** || **143** hilariore *Mombritius*, -i **ω** || **146** adultero] -io **M**[ac]**K** || **147** diuinus *om.* **SV** || **149** RADIIS *inser. Jahnke, iam* **V** || **150–152** sed ... numen *locus incertus* || **150** sed] seu *Varjás* || **150–151** si ideo] si deo ⟨Soli⟩ *Varjás* (Soli *pro* sed si *iam Barth*) || **151** inueniatur] interueniat *Varjás* || **154** de *Mombritius*, dum **M**, diei **f**, di (*uel* dei) **S**, dei **mtVπ**

66 QVOD PECVS VTILE BELLIS equi Martis.

160 **70** SVBIT CVRRV ingreditur seu aduenit. ASPERGINE aspergo gutta est terrae cruore permixta.

71 MVTAT AGROS sanguine inficit, maculat, uariat siue distinguit. FLENTESQVE CATERVAE scilicet captiuorum.

72 (DANT SILVAE) NIX(QVE) ALTA LOCVM adueniente deo
165 omnia quae in medio sunt locum dare necesse est.

75–76 (IPSI REVERENTIA PATRI / SI PROPE SIT DEMATQVE MINAS) NEC TALIA MANDET si aduentum Martis talem iuxta Iouem casus afferret, multa de ira sua et mandatorum acerbitate minuisset.

170 **77** QVOD IOVIS IMPERIVM allocutio Martis interrogantis Mercurium qualia ad se Iouis mandata portaret.

78 OCCVPAT ARMIPOTENS interrogando Mars praeuenit.

79–80 (CVI ROSCIDA IVXTA) / MAENALA (ET AESTIVI CLEMENTIOR AVRA LYCAEI) Maenalus et Lycaeus montes Ar-
175 cadiae amoenissimi.

81 (NEC LONGA) MORATVS nulla mora discit patris praecepta.

82 (SICVT) ANHELABANT de bello Scythico remeantes. IVNCTO SVDORE iterato: prioris et sequentis laboris.

180 **86** RVIT cadit uel desinit flare.

161 cruore *Mombritius*, cruente ω, -a *R. Klotz* || **168** Iouem **QG** *Mombritius*, -i ω || **176** NEC LONGA *scripsi cum* **Q** | MORATVS] -VR **M** || **176–177** praecepta **M**^{pc}**fKπ**, per- **M**^{ac}**E**^{1}**mV** || **178** SICVT *suppleuit Mombritius* || **179** prioris **Sπ** *Mombritius*, -i **MfE**^{1}**m**, -e **K**

87 PAX IPSA TVMET ipsa tranquillitas inquieta.

87–88 (PONTVMQVE IACENTEM) / EXANIMIS (IAM VOLVIT HIEMS) ⟨exanimis⟩ sine uento. id est: reliquiae tempestatis, licet sine flatu uentorum, tamen adhuc exagitant mare.

90 INERMES ut supra ⟨VI 249–250⟩ 'ludicras':
'pugnas uisendi uulgus inermes
fama uocat'.

⟨**92** VINA SOLO FVNDENS⟩ dis enim inferis et manibus.

⟨**93–94** DA PARVE TVVM TRIETERIDE MVLTA / INSTAVRARE DIEM d a⟩ hoc, ut inter triennium haec tibi sacra celebrentur frequentius. TRIETERIDE MVLTA trieterica sacra sunt quae intermisso triennio redeunt et celebrantur.

94–95 [NEC] SAVCIVS [ARCADAS] ... / ... (PELOPS) Pelops scilicet, qui a patre Tantalo numinibus est epulandus appositus.

95–96 ELEA[QVE PVLSET] ... / (TEMPLA) Elea ⟨Elis⟩ [id est Graeciae], ubi ludi funebres et Olympicus institutus

189 VINA ... FVNDENS *scripsi pro* CINEREM PLACABAT (*u. 92*) *in* ω || 190–191 DA ... da *inserui* (DA *laudauit Jahnke, inest in* S, hoc. '⟨Da⟩' ut *Funaioli p. 505*) || 191 inter triennium] inter ennium f, interiennium K || 192 trieterica] trieteride M^{ac}, triaterica **SKQbRGvek**, trieterida E^{1} || 193 intermisso ... redeunt et *Varjás*, -a ... -e ω (*cf. ad II 661*) || 194 NEC *seclusi* | ARCADAS (ARCHADOS **Mf**) *seclusi* | PELOPS] P. (*cum* ARAS MALIT ADIRE) **Q** || 197 -QVE PVLSET *seclusi* | TEMPLA] EBVRNA T. M. **Q** | Elea **S** *Lindenbrog*, adesse **M**, aleaę **f**, eleę **E**^{1}**K** *Mombritius*, e. **m**, *om.* **V** | Elis *inserui* || 197–198 id est Graeciae *seclusi* (Elea *cum formis nominis* Hellas, *ut uidetur, ut facillime in codd., confusum*)

est agon, in quo certamine oleastro uictores coronari con-
200 sueuerunt. EBVRNA ... / MANV ut ⟨georg. III 7⟩: 'hume-
roque Pelops insignis eburno'.

96 NEC CASTALIIS (ALTARIBVS ANGVIS) ⟨Castaliis⟩ Pythii
agonis. Apollinem ⟨dicit⟩, in cuius honorem exstincto
serpente agon Pythius celebratur, cuius uictores lauro co-
205 ronantur.

97 (NEC SVA PINIGERO MAGIS ADNATET) VMBRA LECHAEO li-
cet alibi undam legamus, tamen melius umbram acci-
pimus propter Melicerten, qui se de Lechaeo monte prae-
cipitauit in mare, in cuius honorem agon celebratur
210 Isthmiacus, cuius uictores pinu coronantur.

98 (NOS TE LVGENTI PVER) INFITIAMVR AVERNO id est: cum
deum colimus, infitiamur te mortuum id est mentimur
uel negamus. Auerno inferis, lugenti inferiali.

99 (MAESTAQVE PERPETVIS SOLLEMNIA) IVNGIMVS (ASTRIS)
215 ludos tuos caelestium agonibus conferimus.

101–103 (MAGNIS TVNC DIGNIOR ARIS / TVNC DEVS INA-
CHIAS NEC TANTVM CVLTA) PER VRBES / NVMINA (CAPTIVIS
ETIAM IVRABERE THEBIS) promittit Adrastus se numen Ar-
chemori omnibus Graeciae ciuitatibus indicaturum, non
220 solum liberis, uerum etiam bello uictis.

202 ALTARIBVS ANGVIS *iam inser.* **Q** | Pythii] phitici **M**(**m**[pc]?) ‖ **203** dicit *inseruit Mombritius* ‖ **206** LECHAEO **π** (*uel* LETH-) *Jahnke, iam Veenhusen*, liceo **MfQ** (**p**: -li eco) **R**, l. **mV**, LYCAEO *Lindenbrog* ‖ **208** Melicerten *scripsi cum* **V**, -em **ω**, -am **SmQF**(**c**?)**b** **Rvek** | Lechaeo (**b**: leth-) **GO** *Jahnke, iam Veenhusen*, liceo **ω**, Lycaeo *Lindenbrog* ‖ **210** Isthmiacus **fKQ** *Mombritius*, hismi- **MSVπ** ‖ **213** inferiali] infernali **KQFpRGO** *Mombritius*

106–107 (QVA SVMMAS CAPVT) ACROCORINTHVS (IN AVRAS / TOLLIT ET ALTERNA GEMINVM MARE PROTEGIT VMBRA) ⟨Acrocorinthus⟩ mons est circa Corinthum immensae altitudinis, cuius umbra utrumque mare tegi poeta describit. 225

112–113 BONVS OMNIA CREDI / (AVCTOR) ad omnia credenda idoneus auctor est timor. quo faciente interdum etiam impossibilia credimus. nihil est enim quod credere homines non suadeat timor.

113 LYMPHARE furiare. 230

116 VIDISSE PVTANT ad augendam credulitatem nouarum rerum ita dicta confirmant ut quae timore mentiuntur se uidisse confirment.

116–117 TVNC ACRE NOVABAT / (INGENIVM) si deorum aliquis mentiatur, facile potest falsa suadere mortalibus. 235

123–124 (VBI ISTE FRAGOR) NI FALLIMVR AVRE SED VNDE / (PVLVEREO STANT ASTRA GLOBO) aure hic pro 'auditu' posuit et est oratio populi se inuicem interrogantis. NI FALLIMVR AVRE hoc est: nisi decipimur auditu. et uidentur interposita uerba Pauoris esse quasi respondentis, ut 240 docet ipsa commatica pronuntiatio. denique conclusit ⟨u. 127⟩: 'haec Pauor attonitis'.

126 (AN DVBITENT AGE DVM INFERIAS) ET BVSTA COLAMVS ironia, quasi propter remissionem animi et occupationem ludorum sint ab hoste contempti. 245

228 etiam *om.* **MS** | credimus] -amus **MS** || **231** credulitatem **SQψ** *Ven. 1483 1490,* crudel- **ω** || **232** confirmant *ualde suspectum* || **237** pro **SVπ**, *om.* **MfE**[1]**mK** || **238** et] ut **fπ**

127–128 VARIOSQVE PER AGMINA (VVLTVS / INDVITVR) ut manifestius quae uelit timor affirmet, diuersarum gentium indutus uultibus se exercitibus miscet.

[**129** PYLIVS Horatius primo ⟨carm. I 15, 22⟩: 'Nestora Py-
250 lium'.]

130 ADIVRAT iure iurando confirmat.

131 NIL FALSVM (TREPIDIS) Argiuis nil falsum omnia credentibus uidebatur.

132 (SACRAE ...) FASTIGIA VALLIS in qua sacra fuerant ce-
255 lebrata in honorem Archemori.

135 INSANI fortes.

135–136 NVLLO / MORE RAPIT raptim facit inuadere praeter consuetudinem.

139 PRAECIPITANT (REDIMVNTQVE MORAS) festinanter acce-
260 lerant ut tarditatis moras celeritate compensent.

139–140 (SIC LITORA VENTO) / INCIPIENTE FREMVNT uociferatione praeparantium nauigium perstrepunt litora.

141 VELA FLVVNT sol⟨ut⟩a descendunt.

145–146 (RAPIDVM) GLOMERARE (... / ...ITER) praeter or-
265 dinem festinanter impingere.

147 (PATRIOS) REMINISCITVR IGNES in mentem ueniunt patris fulmina quibus se utero matris excussit.

246 VVLTVS *suppleuit Mombritius* || **249–250** PYLIVS ... Pylium *seclusi, om.* **SV** | Nestora Pylium *Jahnke*, -a -us **ω**, Pylium Nestora *Horatius* || **257** RAPIT **π**, -VIT **Mf** || **259** festinanter **ME¹mV ek**, -ntur **Sπ**, -nt **KQbGO** *Lindenbrog*, -nt et *Mombritius, om.* **f** || **263** sol⟨ut⟩a *correxi*; *cf. Aen. IV 574* || **267** fulmina] flumina **M**[ac]**K**

148 PVRPVREVM pulchrum.

150 THYRSVS hasta. (ET INTACTAE CECIDERVNT) CORNIBVS VVAE dicit maestitia Liberum ornatum capitis posuisse. 270 ubique enim uuis decoratus ostenditur. Ouidius fastorum libro sexto ⟨uu. 483–490⟩:

'Bacche racemiferos hedera distincte capillos'
['si domus illa tua est, dirige uatis opus.
arserat obsequio Semele Iouis. accipit Ino 275
te, puer, et summa sedula nutrit ope.
intumuit Iuno, rapta quod paelice natum
educet. at sanguis ille sororis erat.
hinc igitur Furiis Athamas in imagine falsus,
tuque cadens patria, parue Learche, manu'.] 280

152 ET TVNC FORTE (POLVM SECVRVS HABEBAT) interpositio. s e c u r u s [habebat] aut cura laxatus aut s e c r e t u s tunc erat Iouis.

155 EXSCINDISNE TVAS (DIVVM SATOR OPTIME THEBAS) cum exprobratione affectum maeroris et cum dolore mouet 285 inuidiam.

157 DECEPTIQVE LARIS dolo Iunonis dicit morte[m] matris suae Semeles uiduatos penates.

158–160 (ESTO) OLIM INVITVS (IACVLATVS NVBIBVS IGNEM / CREDIMVS EN ITERVM ATRA REFERS INCENDIA TERRIS / NEC 290 STYGE IVRATA NEC PAELICIS ARTE ROGATVS) ⟨e s t o o l i m

273 distincte] redimite *Ouidius* || **274–280** si ... manu *seclusi* || **279** igitur] agitur *Ouidius* | in ... falsus] et ... falsa *Ouidius* || **280** cadens] cadis *Ouidius* || **282** s e c u r u s [habebat] *correxi*, SECRETVS HABEBAT *Mombritius* || **287** morte[m] *corr.* Q[pc] *Mombritius* || **289** ESTO *iam* Q | INVITVS Mπ, INVICTVS f, INVITVM Q *Mombritius ex Statio*

inuitus⟩ *συγχώρησις*: ut hoc enim Semele pateretur, extorsit. petiit ut ad se fulminibus armatus intraret. dicit enim nunc Liber: si ante inuitus, dum amatae nihil ne-
295 gas, in Thebas fulmen iecisti, nunc, inquit, quis compulit ut bellum eis iuberes inferri?

162 (NON) DANAEIA (LIMINA TALIS) id est: quando ad Danaen uenisti.

163 PARRHASIVMQVE NEMVS silua ubi Callisto a Ioue com-
300 pressa est, quae postea 'Helice' nomen accepit. LEDAEAS(QVE IBIS AMYCLAS) cum ad Ledam uenisti.

164–165 (SCILICET) E CVNCTIS EGO (NEGLECTISSIMA NATIS / PROGENIES) dicit se Liber a multis saepe mortalibus fuisse neglectum ut Lycurgo atque Pentheo. nam Ouidius
305 quodam loco ⟨met. III 531–540⟩ uerba Penthei iniuriantis Liberum ita descripsit:

'quis furor, anguigenae, proles Mauortia, uestras
attonuit mentes?' Pentheus ait. 'aera⟨ne⟩ tantum
aere repulsa ualent et adunco tibia cornu
310 et magicae fraudes, ut, quos non bellicus ensis,
non tuba terruerit, non strictis agmina telis,
femineae uoces et mota insania uino
obscenique greges et inania tympana uincant?
uosne, senes miseri, quo longa per aequora uecti
315 hac Tyron, hac profugos posuistis sede penates,
nunc sinitis sine Marte capi?'

302 E **fπ**, ET **Mm** || **302–303** N.N. *iam* **Q** || **308** -ne *suppl.* **QFp** *Mombritius* || **311** strictis **Mπ**, structis **fm** || **312** femineae] -ae **M**[ac]**f** || **315** hac Tyron **p** *Mombritius*, hac tirono **F**, atciron **M**, attyron **fmAψ**, atyro **Q** | hac[2]] ac **ω**

165–167 (EGO NEMPE TAMEN QVI DVLCE FERENTI) / PONDVS ERAM (CVI TV DIGNATVS LIMINA VITAE / PRAEREPTVMQVE ITER ET MATERNOS REDDERE MENSES) quoniam fulminata matre femini Iouis insutus est. unde Liber 'Bimater' appellatus est quod duas ueluti matres habuerit, et 'Dithyrambus' dictus est quod uelut per duas portas exierit. sed hoc fabulosum intellegitur. sub hac autem figura mysticum philosophiae secretum est. nam et illud falsissimum est, quod Tiresias subiit … 320 325

171 BVXA tibia uel scabellum quod in sacris tibicines pede sonare consuerunt. TIMENT THYRSOS (NVPTARVM ET PROELIA MATRVM) quomodo Thebani bella non timeant, qui bacchantium matrum thyrsos horrescunt? et ut bellandi inter illos monstraret speciem, ait: thyrsos nuptarum ⟨et⟩ proelia matrum. 330

174 PELTIS lunatis scutis quibus utuntur Amazones.

175 SIC HOSTIS DEFVIT interpositio narrationis.

177 (NOVERCALES LVIMVS) DITARE MYCENAS id est: inimicos Argos Thebanorum spoliis ditare. sensus: melius iratus alios hostes eligeres, ne nos inimicorum faceres praedam. 335

320 femini] femori **Smπ** (feminii **A**) | insutus **Q** *R. Klotz*, insitus **ω** || **322** Dithyrambus **QbR** *Mombritius*, -icus *Jahnke*, disrambus **ω**, (*ἔτυμον ex δι-* 'bis', *θύρα* 'porta') || **325** subiit *Schottky*, -is **ω**, -it *Mombritius* | *lacunam post* subi(i)t *posuit Mombritius*, metamorphosin *proposuit Schottky*, *fortasse recte*, poenas in figuram mulieris uersus *Varjás* || **326** scabellum **M^pc SKVQbRG**, -illum **M^ac fE^1 mπ** || **330** thyrsos *scripsi*, timent **ω** || **331** et *inserui*

180 (THRACEN) SILVASQVE LYCVRGI Lycurgus Thracum rex qui Liberum deum esse negabat.

340 **181** ANNE TRIVMPHATOS (FVGIAM CAPTIVOS AD INDOS) Liber enim dicitur de Indis egisse triumphum. unde Vergilius ⟨Aen. VI 804–805⟩:

'nec qui pampineis uictor iuga flectit habenis
Liber, agens celso Nysae de uertice tigres'.

345 **182–183** (POTVIT) LATONIA FRATER / (SAXA NEC INVIDEO DEFIGERE DELON) Apollinem dicit, qui Delon insulam in honorem materni partus stabilem fecit.

183–184 (ET IMIS) / COMMENDARE FRETIS id est duabus insulis alligare. freta enim proprie maria dicuntur quae 350 aestu rapido uicinas terras interfluunt. de qua insula ait Vergilius ⟨Aen. III 76⟩: 'Mycono e celsa Gyaroque reuinxit'.

184–185 (CARA SVBMOVIT AB ARCE) / HOSTILES (TRITONIS AQVAS) Athenas dicit, quas cum inundasset Neptunus, 355 Minerua eas diluuio liberauit. pro qua urbe contendisse dicitur cum Neptuno inuentis muneribus. quam fabulam Vergilius tetigit dicens ⟨georg. I 12–13⟩:

'cui prima frementem
fudit equum'.

360 item ⟨georg. I 18–19⟩:

'oleaeque Minerua
inuentrix'.

338 fuit *inser. post* rex **fQ** *Mombritius* || **340** ANNE **mV**, ANTE **Mfπ** || **343** pampineis **Kπ**, pan- **Mfm** || **351** Mycono e] miconę **fS** || **355** eas **fE**[1]**mπ**, eos **MSVO** || **356** Neptunus scilicet equum, Minerua oliuam *inser. post* muneribus **SVπ**

185–186 (POTENTEM / GENTIBVS EOIS) EPAPHVM Iouis et Ius filium, qui regnauit in Aegypto, cuius mater uersa est in iuuencam. unde Vergilius ⟨Aen. VII 789⟩: 'at leuem 365 clipeum sublatis cornibus Io'.

187 CYLLENE Arcadia, in qua Mercurius dicitur natus.

187–188 MINOIAVE CVRAT / (IDA) Minos et Rhadamanthus Iouis et Europae filii, Cretensium reges.

189–190 HIC TIBI QVANDO MINOR (IAM NOSTRA POTENTIA 370 NOCTES / HERCVLEAE PLACITVSQVE VAGAE NYCTEIDOS ARDOR) [sed] ut conciliet Iouem in amorem Thebarum, commemorat quas mortalium amare dignatus fuerit feminarum, id est Alcmenam, Antiopam Nycteidem, postremo Europam, cuius frater Cadmus condidit Thebas. 375 QVANDO quoniam. ordo: hic tibi noctes Herculeae et ardor Nyctei⟨dos placitus. NYCTEIDOS Nyctei⟩ filiae Antiopae, quae a Lyco expulsa per Dircen a Ioue in Satyrum uerso compressa est, unde Zethus et Amphion feruntur

363 POTENTEM ... EOIS (*cum* VIDI IPSE *ante*, DARE IVRA epaphum *post lemma quod scripsi*) *suppl.* **Q** || 364 Ius *scripsi*, Ios **ω** || 372–375 [sed] ut ... Thebas *post* reges (369) *in* **ω** *ad locum restitui* || 372 sed *seclusi* || 374 Alcmenam **ME¹VbRvek** *Mombritius*, -an **mA**, alcimenan **f** (-i- *erasum?*) (-am **O**), alcumenam **Qc**, almenam **FG**, ale menam **p** | Nycteidem *Lindenbrog* (-en *Mombritius*), nictymeleam **M**^{ac}, -am **M**^{pc}**E¹π**, -an **f**, -en **t**, nictei regis filiam **S**, nictamelam **m** || 376 QVANDO **fVπ**, *om.* **Mm**, *om.* QVANDO quoniam **S**, *om.* QVANDO ... tibi **E¹**, *om. schol.* **K** || 377 -dos ... Nyctei *inserui*, *iam* placitus ardore uage nicteidos .i. antiope nictei filię *pro* ardor ... Antiopae **Q** || 378 Satyrum *Vnger 1845*, *cf. schol. ad IX 423–424*, taurum **ω**

380 progeniti. [NYCTEIDOS ARDOR amor Antiopae, Nyctei filiae.]

191 HIC TYRIVM GENVS propter Europam et Cadmum, quod Cadmus Tyrii Agenoris filius fuit, qui Thebas condidit, frater Europae. cuius rei necessitudine Thebanis
385 uult conciliare Iouem.

191–192 (NOSTRO) FELICIOR IGNE / (TAVRVS) ⟨felicior⟩ amore. felicior ergo Europa Semele, quippe quae fulmen pro amore perpessa est. ideo nostro igne felicior.

193 INVIDIAM RISIT PATER inuidiosam orationem ridendo
390 Iuppiter mitiorem effecit. ut Vergilius ⟨Aen. I 254⟩: 'olli subridens hominum sator atque deorum'. POPLITE FLEXVM genibus inclinatum.

195–198 (NON CONIVGIS ISTA / CONSILIIS VT RERE PVER NEC SAEVA ROGANTI) / SIC EXPOSTVS EGO (IMMOTO DEDV-
395 CIMVR ORBE / FATORVM VETERES SERAEQVE IN PROELIA CAVSAE) sic sum subditus Fatis ut imminentia mutare non possim. dicit ergo: non Iunonis gratia Thebanis indicimus bellum, o puer, ut putas. neque enim mutabilis potest esse Iuppiter qui immoto Fatorum ordine ea quae se-
400 mel decreta sunt complere non differt. isti uero populi id est Argiui siue Thebani ad hoc fataliter nati sunt ut bellis intereant.

201 REPONAM reuocem, reprimam, siue cohibeam.

204–205 (AVT LAPITHAS MARTI AVT VETEREM CALYDONA
405 DIANAE) / EXPVGNARE DEDI Mars Lapithas immissis furo-

380–381 NYCTEIDOS ... filiae *seclusi* || **385** uult conciliare Iouem] conciliare uult Iouem **m**π, conciliare Iouem uult **V** || **394** EXPOSTVS **m**A² (*in margine*) **pbR**, -POSITVS **MfV**π

rum stimulis perdidit, Calydona[m] Diana missu saeuissimi apri uastauit.

207–208 (LABDACIOS VERO PELOPISQVE A STIRPE NEPOTES) / TARDVM ABOLERE (MIHI) id est: sero illis irrogo digna supplicia. 410

208–209 CRIMINA ... / DORICA Graeca. propter iniurias Tantali, qui ei exstincto filio Pelope humanos artus apposuit epulandos.

⟨**210** TE QVOQVE⟩ in Thebas uindicem uel seuerum.

211–214 (NON TAMEN AVT PATRIO RESPERSVS) SANGVINE 415 PENTHEVS / (AVT MATREM SCELERASSE TORIS AVT CRIMINE FRATRES / PROGENVISSE REVS LACERO TVA LVSTRA REPLEVIT / FVNERE VBI HI FLETVS VBI TVNC ARS TANTA PRECANDI) commemorando quod Pentheus innocens crudeliter sit punitus – comparando enim Oedipi Pentheique facinora, 420 qui nec parricidium fecit nec cum matre concubuit, cum Pentheus ista non fecerit, tamen lacero funere tua lustra compleuit – ergo tu, qui tam saeuissime paruae culpae reos punire consueuisti, non debes tam flebiliter pro nefandissimis supplicare. (AVT MATREM SCELERASSE TORIS 425 AVT CRIMINE) FRATRES / PROGENVISSE REVS quia Oedipus maritus et filius, patris filii fratres sunt. nullus igitur ibi pietatis ordo seruatus est ubi fuit Iocasta et uxor et mater.

219–220 NON HOC STATVI (SVB TEMPORE REBVS / OCCASVM AONIIS) ordo: non hoc tempore statui Thebas euertere. et 430 hoc dicendo spes aliqua ueniae postulanti promittitur. di-

406 Calydona[m] *corr.* **Q** *Jahnke*, -iam **mVG** *Mombritius* || **409** MIHI *inser.* **Q** *Mombritius* | id est *om.* **Sm** || **414** in Thebas uindicem uel seuerum *post* punitus (**420**) *in* ω *ad locum restitui et lemmate* TE QVOQVE *instruxi* || **426** AVT CRIMINE *iam inser.* **Q**

cit enim Iuppiter se ut cetera numina imminentia mala posse differre, in totum uero immutare non posse.

220–221 (VENIET SVSPECTIOR AETAS) / VLTORESQVE ALII
435 Theseum dicit, qui secundo bello Thebas euertet. NVNC REGIA IVNO QVERETVR nunc Iuno tristabitur quoniam in primo bello omnes excepto Adrasto Argiuorum duces peribunt.

222 (HIS ILLE AVDITIS) MENTEMQVE (HABITVMQVE RECEPIT)
440 dixerat poeta superius ⟨u. 151⟩: 'lapsoque inhonorus amictu' et ⟨u. 148⟩: 'purpureum tristi turbatus pectore uultum'. ergo audita ⟨o⟩ratione Iouis uno Liber tempore ornatum laetitiamque recepit.

223 (SOLE) MALO torrido seu igneo.

445 **223–224** TRISTI ... / ... NOTO nubilo Austro. est autem floribus inimicus. unde Vergilius ⟨ecl. III 58–59⟩:

'floribus austrum perditus'.

224–225 (SI CLARA DIES ZEPHYRIQVE REFECIT / AVRA
450 POLVM) REDIT OMNIS HONOS sic, inquit, laetitia Liberi immutatus est uultus ex grandi tristitia quemadmodum flores flante Austro et solis nimio calore pallescunt perduntque gratiam aspectus sui ac rursus, si placidi Fauonii spirauerit flatus et uirentes herbas frigidior uentus erexe-
455 rit, et odorem recipiunt et colorem.

435 euertet *scripsi*, -it ω ‖ 439 HABITVMQVE *Lindenbrog*, ANIMVMQVE *inseruit Mombritius*, H. Q. **Q** | RECEPIT *inseruit Mombritius*, R. **Q** ‖ 442 ⟨o⟩ratione *corr.* **Q** *Mombritius* ‖ 444 SOLE *inseruit Mombritius* ‖ 454 spirauerit] spirat **SV** | frigidior] frigidor **Mm**

228 EXPLORATA certa. LONGO ... AGMINE ordinibus compositis.

229 IRE pro 'uenire'. ut Vergilius ⟨Aen. II 375⟩: 'a nauibus itis'.

230–231 ⟨QVACVMQVE INGRESSI⟩ TREMERE AC MISERESCERE ⟨CVNCTOS / THEBARVM⟩ tremebant cuncti et terrebantur aduentu Argiuorum, qui Thebanis consanguinitate coniuncti fuerant. qui uero erant extranei miserebantur, cum in memoriam reducerent perituras Thebas. 460

231 NOMINE ET ARMIS subaudiendum 'ceteros anteibat'. 465

232 ILLE METVM CONDENS Eteocles timorem dissimulans.

237 TESSERA bellorum signum est, ut hospitalem tesseram dicimus. ueteres enim, quoniam non poterant omnes hospites suos nosse, tesseram illis dabant quam illi ad hospitia reuersi ostendebant praeposito hospiti unde intellegebantur hospites. hic tamen proprie tesseram signum bellicum posuit. 470

238–239 ⟨SVBEVNT⟩ CAMPO QVI PROXIMVS VRBI / ⟨DAMNATVS BELLIS PATET EXSPECTATQVE FVRORES⟩ campum subeunt qui patet ante urbem, qui est ad sistenda bella damnatus id est destinatus. 475

243 NONDVM CONCESSA VIDERI pudicarum uirginum morem descripsit, quia nunquam uirgines facile uidentur a populo.

244 ANTIGONE Oedipi filia, Polynicis soror. DEFENDITVR occultatur. 480

463–464 miserebantur **fmKπ** *Mombritius*, -abantur **ME**[1]**Q** *Ven. 1490* || **465** subaudiendum **fπ**, sub̄audiend̄ **M**, sub̄ **m**, subaud̄ **K** || **473** CAMPO QVI **fmπ**, CAMPOQVE **MV**

245–246 (IVXTAQVE COMES QVO LAIVS IBAT) / ARMIGERO qui Laii ante armiger fuit, eo nunc Antigone utebatur custode.

485 **247–250** SPESNE (OBSTATVRA PELASGIS / HAEC VEXILLA PATER PELOPIS DESCENDERE TOTAS / AVDIMVS GENTES DIC O PRECOR EXTERA REGVM / AGMINA) hanc oeconomiam transtulit iuxta Homerum ⟨Il. III 161–244⟩, qui per inquisitionem narrationem catalogi inducit. hic per Antigonen
490 ut illic per inquisitionem Priami et relationem Helenae. (SPESNE OBSTATVRA PELASGIS) / HAEC VEXILLA hoc est: Thebanorum militum manus poterit tam immensum Argiuorum exercitum superare? et parua multitudo contra hostium copias haec ualebit? PATER non patrem genui-
495 num Oedipum dicit, sed ut blandiretur nutritoribus Phorbantem patrem uocauit. ⟨DIC O PRECOR EXTERA REGVM / AGMINA⟩ de auxiliaribus quaerit cateruis, nam suos ciues agnoscit.

250 MENOECEVS hic se pro patria ex responso de muro
500 praecipitem dedit, filius Creontis, qui Eteoclis post fratrum interitum accepit imperium.

251–252 AENA / SPHINGE casside cuius altitudinem in summitate adiecta auxerat Sphinge. siue signa Thebanorum Sphingas esse monstrauit, ut enim apud Romanos

485 OBSTATVRA PELASGIS *add. iam* **Q** || **488** qui *om.* **fπ** || **489** Antigonen *scripsi*, -em **ω** || **490** Priami] palmi, *superscr.* priami **M**, p[i]ami **f** || **496–497** DIC ... AGMINA *inserui* || **497–498** de ... agnoscit *post* ualebit (**494**) *in* **ω** *ad locum restitui* || **499** MENOECEVS **M**[pc]**QFbR**, -C(H)VS **M**[ac]**fmApψ**, MENEVS **V** | ex responso *Lindenbrog*, extenso **ME**[1], exrenso **fm**, *om.* **SVπ** *Mombritius* || **500** Eteoclis **M**[pc]**m**[pc]**Qvek** *Mombritius*, -es **M**[ac]**fE**[1]**m**[ac] **Vπ** || **503** sphinge *Lindenbrog*, -a **ω**

aquilae habebantur signis appositae, sic Thebanorum signa Sphingos uultus ornabat. 505

252 HOMOLOIDAS Homoloidae portae Thebanae sunt appellatae, quae erant septem. unde Thebana ciuitas *ἑπτάπυλος* dicta est.

254 TANAGRAE ciuitas Boeotiae quae nunc Poemandria nuncupatur. 510

255 DRYAS hic est quem Diana sagittis propter interfectum Parthenopaeum occidit.

255–257 (HIC CVI NIVEA ARMA) TRIDENTEM / (ATQVE AVRO RVDE FVLMEN HABENT ORIONIS ALTI / NON FALSVS VIRTVTE NEPOS) ut declararet se nepotem Orionis in scuto tridentem ⟨et fulmen⟩ pinxerat. ORIONIS ALTI huius talis est fabula: Pelargus quidam deorum cultor Iouem Neptunum Mercuriumque honorifice suscepit hospitio. a quibus huic est facultas oblata, ut, quia in deos religiosus exstiterat, ab his quod uellet optaret. is cum adhuc aetatis nullum filium suscepisset, postulauit ut beneficio numinum proles sibi contingeret. minxerunt ergo numina in bouis corium quem Pelargus diis immolauerat, et hoc defodi iusserunt exactisque nouem mensibus tolli. ex quo natus est Orion, qui ex urina nomen accepit. *οὖρον* enim Graece 'urina' dicitur. hic de stupro compellauit Dianam. 515 520 525

508–509 *ἑπτάπυλος*] heptapilos ω ‖ **510** Boeotiae *Barth, cf. ad IX 745 A. Klotz p. 519 n.*, euboeę ω (*uerba in codd. facile confusa*) | Poemandria *corr. Wilamowitz, iam Geuartius Barth*, penanoria ω ‖ 517 et fulmen *inserui ex Statio et scholio ad IX 856* ‖ 522 suscepisset] ac- **MS** ‖ **524** defodi **Qvek** *Jahnke*, -iri **ME**[1]**π**, dif- **fmt**, -i *cod. Reg. apud Lindenbrog*, defodere *Mombritius* ‖ **526** *οὖρον Lindenbrog*, uros ω

illa irata Terrae implorauit auxilium. ictu scorpionis interiit quem Terra in ultionem Dianae exsilire compulerat.
530 alii uero dicunt Orionem ipsius Dianae sagittis fuisse prostratum. ut Horatius ⟨carm. III 4, 72⟩: 'uirginea domitus sagitta'.

261 NISA DIONAEISQVE AVIBVS CIRCVMSONA (THISBE) Nisam hanc quidam uolunt esse regionem, in qua Nisus
535 regnauit, cuius crinem purpureum Scylla filia dicitur amputasse. ⟨T⟩HISBE ciuitas eiusdem in qua Venus colitur. ⟨CIRCVMSONA⟩ quod Iouis per columbas aliquando dabantur oracula.

263 PINVQVE IVBAS (IMITATVR EQVINAS) quia quasi equinae
540 saetae sunt pini folia.

264 TERRIBILIS SILVIS uenationibus.

265 ERYTHRAE ciuitas numeri tantum pluralis.

266 ⟨S⟩COLON ... ETEONON ciuitates sunt Graeciae quae Thebanis auxilia miserunt. IVGIS ... INIQVIS arduis siue
545 excelsis.

267–268 ATALANTEAM ... / (SCHOENON) duas Atalantas fuisse certissimum est: unam Arcadem, cuius Partheno-

530–531 prostratum *coni. Lindenbrog, iam* G, frustratum ω || **533** CIRCVMSONA *Lindenbrog*, -SONANT **Mm**, -SON **f**, -SONAT π *Mombritius, om.* **V** | THISBE] *iam* T. *inser.* **Q** || **536** ⟨T⟩HISBE *corr.* **QO** *Mombritius* | eiusdem] eius regionis *uel sim. proposuit Varjás* || **537** CIRCVMSONA *inser.* **Q** *Jahnke* || **543** ⟨S⟩COLON *corr. Lindenbrog* || **546** ATALANTEAM **φb** (-EA **c**) *Jahnke*, athalantem **Mf mV**, atlanteam **QOvek** (-ea **RG**) *Mombritius*, -QVE *add.* **Q** *Mombritius* | SCHOENON] SCIRON S.R. *inser.* **Q** || **547** Arcadem **vek** *Jahnke*, -am ω

paeus est filius; aliam de Schoeno, nobilem cursu. NOTI ... (VESTIGIA) CAMPI in quibus solebat Atalante cum procis cursu contendere. COLVNT non uenerantur, sed habitant. 550

269 (MACETVM ...) SARISAS Macedonum lanceas. hoc enim nomine tela sua ipsius gentis homines uocant. unde Lucanus ⟨VIII 298⟩: 'primi Pellaeas arcu fregere sarisas'.

270 (SAEVAQVE) DIFFICILES EXCLVDERE (VVLNERA PELTAS) 555 causa scilicet breuitatis.

271–272 (NEPTVNIA PLEBES) / ONCHESTI Onchestus Neptuni filius fuit qui ex suo nomine hanc condidit ciuitatem. MYCALESSOS promuntorium est ciuitatis eiusdem. 560

273 PALLADIVSQVE MELAS Boeotiae fluuius Mineruae consecratus. alii uolunt hunc Athenarum fluuium esse, quem Palladium ad discretionem posuit. Palladius ergo Atticus. est enim alter Melas in Sicyoniorum finibus. siue Melam montem dixit oliuetis consitum. 565

273–274 (HECATAEA ... GVRGITE ...) / GARGAPHIE fons [Dianae] Hecatae consecratus.

548 Schoeno *Wilamowitz* (Schoeneo *iam coni. Lindenbrog*), sciro **ω** ‖ **559–560** ciuitatis eiusdem] eiusdem ciuitatis **SmV** ‖ **563–564** Palladius ergo Atticus *post* consecratus (**562**) *in* **ω** *ad locum restitui, A. Klotz p. 503 secutus, quod uel hic uel post* finibus *scribendum censuit*: *forsitan secludendum?* ‖ **564** Sicyoniorum *Mombritius*, sichimarum **MKV**, -narum **f**(**E**[1]: -en-)**mtQ**(**G**), -narium **π** ‖ 567 Dianae *suspexit Varjás; seclusi* | Hecatae] ob (a)etatem **K** *Mombritius*, obecata **π**, ab echata **bRG**, ab Hecate *Lindenbrog*, aut Hecatae *Barth*; *forsitan* ob *ex* al(iter) (h-) *interpolatum ortum?*

275 ET NIMIA (SATA LAETA SVPERVENIT HERBA) cuius satis nimietas herbarum inhabitat quae nascentes opprimat
570 messes.

279 [VIRGO] LYRA GALEAM (TAVROQVE INSIGNIS AVITO) in cono galeae lyram habeba[n]t propter musicam qua Thebani dicuntur muri fuisse constructi. TAVRO propter Iouem et Europam uel propter Cadmum qui bouem secutus
575 est ut Thebanam conderet ciuitatem, uel, quod manifestius, propter Dircen nouercam quam ab his tauro constat esse religatam.

280 MACTE ANIMO (IVVENIS) ut si diceret: perfectae indolis ⟨esto⟩, iuuenis. 'mactare' enim dictum est sacrificium per-
580 fecisse. unde Vergilius ⟨Aen. IX 641⟩: 'macte noua uirtute, puer' id est 'perfice te'.

280–281 (MEDIOS PARTE IRE PER ENSES / NVDAQVE PRO CARIS) OPPONERE PECTORA (MVRIS) bene opponere dixit ad defensionem murorum.

585 **282–285** (VOS ETIAM NOSTRIS) HELICONIA TVRBA (VENITIS / ADDERE REBVS OPEM TVQVE O PERMESSE CANORIS / ET FELIX OLMIE VADIS ARMASTIS ALVMNOS / BELLORVM RESIDES) per Heliconia intellegi uult poetas etiam ad auxilia conuenisse et commemorat fluuios Musis dicatos: Heli-

569 inhabitat ... opprimat *scripsi*, -et ... -it ω || **571** VIRGO *seclusi* || **572** habeba[n]t *corr.* **Gvek** *Jahnke* || **576** quam **mV** (*corr. ex uel in* quem) π *Mombritius*, quem **M** (*ex uel in* que) **fSE**[1]**KV** (*ex uel in* quam) | ab his] *sc. ab Amphione et Zetho fratribus* || **579** esto *inserui* || **581** perfice te *scripsi*, perfecte ω || **583** opponere *Lindenbrog*, pronos ω || **588–590** per ... Olmium *locus suspectus* || **588** Heliconia **pk** *Jahnke*, -as **MfSmK**, -ias **E**[1]**V**, -a π *Mombritius* | poetas] -a **M**[pc]**m** || **589–590** Heliconium] *an* -em? (*cf. Paus. IX 30,8*)

conium, Permessum, Olmium. ⟨CANORIS / ... FELIX OLMIE VADIS⟩ quia apud Olmium fluuium multi sunt cygni et hi qui ab hoc fluuio ueniebant cygnorum more cantabant. 590

287 RENIDENTEM splendentem niue deposita[m].

296–297 SED AEVI / CONFVDERE MODOS aetatis suae, dum paene aequales sunt, spatia confuderunt. NYMPHE ad ornamentum carminis sui Graecum nomen accepit. *νύμφη* enim Graece dicitur sponsa. 595

298–299 MARITI / IGNIBVS uiriles amores concubitus uoluptatem dicit. 600

300 NEC LONGVM deest 'tempus transiit'.

300–302 ET PVLCHER ALATREVS / (EDITVS AC PRIMAE GENITOREM IN FLORE IVVENTAE / CONSEQVITVR) natus est filius qui patri puero crescendi celeritate paene aequaeuus est.

302 TRAXITQVE NOTAS similitudinem patris in suo uultu signauit. 605

303–304 (ET NVNC SIC FRATRES MENTITO NOMINE GAVDENT) / PLVS PATER (HVNC OLIM IVVAT ET VENTVRA SENECTVS) ⟨m e n t i t o n o m i n e⟩ est nomen 'frater'. hoc est:

590 Permessum] -missum **M**[ac](S?) | Olmium] hormium **S** *Mombritius* || **590–591** CANORIS ... VADIS *scripsi pro* CYGNI (*u. 287*) *in* ω *et scholium post* depositam (594) *in* ω *ad locum restitui* || **594** deposita[m] *corr.* ψ *Jahnke* || **596** sunt *om.* **Mf** | confuderunt] -ere **MS** | NYMPHE π, -A **MfmV** || **597** *νύμφη*] nimpha ω || **601** deest *scripsi*, id est ω || **602** ALATREVS] alaterus **M**[ac]π || **609** est nomen 'frater' *scripsi*, est nomen breue *post* desiderio *in* ω *ad locum a me restitutum*, *om. Mombritius*

610 gaudet aetate antecedenti desiderio [VENTVRA SENECTVS] uno tempore senescentium patris et filii.

307 EXILEM ⟨GLISANTA⟩ sterilem agrum habentem. CORONIAM nomen a Coro Centauro tractum, a quo et ciuitas dicta, quem reliqui Centauri uelut palum caedentes
615 terrae affixerunt.

307–308 ⟨FERACEM / MESSE CORONIAM⟩ BACCHO GLISANTA ⟨COLENTES⟩ duae ciuitates duorum numinum ⟨im⟩pari gaudent munere: Coronia Baccho ⟨in⟩fertilis est, Glisas Cerere infecunda tristatur. nec euenit ut prouentu suo
620 utraque ciuitas frumenti et uini bono gauderet.

310 HYPSEA [QVADRIIVGOS] fratrem Aeaci dicit, cui Iuppiter [pater] ex formicis socios fecit armatos exsistere. ex Aeaco Peleus natus ⟨est⟩, ex Peleo Achilles, cuius milites 'Myrmidones' nuncupati sunt a formicarum origine. *μύρ-*
625 *μηκες* enim Graece formicae dicuntur. – hunc Hypseum in nono libro ⟨uu. 546 sqq.⟩ Capaneus occidit.

312 NAM TERGO NVNQVAM METVS siue quia hic – uirtutis suae praerogatiua – nunquam fugiebat, siue quia uetus consuetudo fuerat ut lorica nusquam nisi pectus tegeret
630 ut spem fugae eriperet pugnaturis. quod Sallustius ⟨Iug.

610 VENTVRA SENECTVS *seclusi* | HVNC ... ET *inser. iam Mombritius ante* VENTVRA || **613** CORONIAM **MfmQGO**, -IAN **Vφ**, -ARI **ψ** | Centauro] -io **Mf** || **617** numinum **Q** *Lindenbrog*, nominum **ω** | ⟨im⟩pari *scripsi* || **618** ⟨in⟩fertilis *scripsi*, fertilis ⟨non⟩ *Jahnke*; *an* [fertilis est]*?* | Glisas *Jahnke*, glisanta **ω** || **620** gauderet **mπ**, -et **M**ac, -ere **M**pc**fE**1**KV** || **621** QVADRIIVGOS *seclusi* | cui **Q** *Jahnke*, cum **ω**, cuius *Mombritius* || **622** pater *seclusi*, *om.* **Fp** *Mombritius* || **623** est *inser.* **vek** *Mombritius* || **624–625** *μύρμηκες*] mirmices **ω** || **629** nusquam *Jahnke*, nunquam **ω**

107, 1⟩ apertissime dicendo monstrauit: 'et in maximo metu nudum et caecum corpus ad hostem uertere' id est: quod nec oculi nec lorica muniebat.

314 (NVNQVAM MANVS) IRRITA VOTO quae in percutiendo nunquam auctoris sui uota decepit. 635

315 ASOPOS fluuius. hic cum raptam a Ioue filiam Aeginam aequo animo ferre non posset, omni aquarum agmine concitatus caelum petebat infestus. hunc Iuppiter fulminauit. unde hodieque dicitur eo tempore quo fulmen excepit prunis uiuentibus fluere. ideo dixit ⟨u. 325⟩: 640 'adhuc ripis animosus gurges anhelis'. hunc Asopum breue[m esse] Lucanus describit dicendo ⟨VI 374⟩: 'accipit Asopus cursus'.

321–322 (NONDVM ISTA) LICEBANT / (ETIAM SVPERIS) uitiare uirgines alienas. 645

323 CONSERVIT(QVE) MANVS contra nubes et fulmina. NEC QVEM IMPLORARET HABEBAT quia huic bella commouerat a quo omnia numina auxilium postulare consueuerant.

632 metu] omnium et ω (*corruptela, ut uidetur, palaeographica*) || 636 ASOPOS] ASAPOS **MAcR**^{ac}**O** || 636–637 (A)eginam **MVQψ**, -an (S?)**mφ**, aegman **f** || 639–640 fulmen] flumen **M**^{pc}**fS** || 641 anhelis *Statius*, -at ω || 642 breue[m esse] *scripsi* || 642–643 accipit *Lucanus, Jahnke*, -cepit ω, *om. Mombritius* || 643 cursus *Lucanus*, aquas ω (*contra metrum, ex Lucan. VI 372 376*) || 644 NONDVM ISTA *inser. Mombritius* || 645 uirgines alienas] alienas uirgines **Sm** || 646 CONSERVIT(QVE) *corr.* **bR** *Mombritius* (CONSERINTQVE **Q**), CONFERV̄ *corr. in* CONSERVNT **M**, CONSERVIT **f**, CV̄ SERV̄ **π** | MANVS] -VM *Statius (?), Mombritius* || 647 huic **Sm E**^{1}**π**, hinc **MfV**

650 **327** AETNAEOS (IN CAELVM EFFLARE VAPORES) ⟨Aetnaeos⟩ fulmineos, in similitudinem Aetnae. fulminatus est Asopus et ipsa aqua efflat adhuc fulminis minas.

330–331 (DVCIT) ITONAEOS (ET ALALCOMENAEA MINERVAE / AGMINA) ⟨Itonaeos⟩ ut ipse supra ⟨ II 721⟩: 'Aonia 655 diuertis Itone'. in qua Itonus regnauit, Herculis filius. haec ciuitas Boeotiae est. hinc Bacchylides Mineruam 'Itoniam' dixit ⟨frg. 15 et 15A Snell⟩ et 'Alalcomenen' ipsam significauit. hic Bacchylides Graecus poeta est, quem imitatus est Horatius ⟨carm. I 15⟩ in illa ode in 660 qua Proteus Troiae futurum narrauit excidium.

331 [QVOS] MIDIE Boeotiae ciuitas in qua Alcmena nata est, Herculis mater.

332 AVLIDA Aulis dicta est ex eo quod illic omnes Graeciae reges in excidium Troiae coniuraturi conuenerant. 665 unde Vergilius ⟨Aen. IV 425–426⟩:

> 'non ego cum Danais Troianam exscindere gentem
> Aulide iuraui'.

PLATAEAS Boeotiae ciuitas. ut supra ⟨IV 373⟩: 'nuntiat excubiis uigiles arsisse Plataeas'.

651 fulmineos *anonymus Heidelbergensis*, nimios ω | Aetnae *om.* **MS**, *inser.* edine **M**, ethne **S** *post* fulminatus || **657** Alalcomenen *Jahnke ex emend. Mitscherlich*, alchomenem **M**, -en **f** (-l- *superscr.*) **m**, alcmenem **S**, -am E[1], alchemenen φ, alcumenam **Q**, alchemonem ψ || **660** Proteus] Nereus *Horatius*; *error, ut uidetur, e Porphyr. ad Hor. c. I 15, 1 deriuatus* || **661** QVOS *seclusi* | Alcmena **bRvek** *Mombritius*, alc(h)omene **M**[ac]**fmV**[pc]φ, alc(h)mene **M**[pc]**SV**[ac], alcumena **Q**, alchemone **cG** (-a **O**) || **663–664** Aulis dicta ... conuenerant] *ἔτυμον, ut uidetur, ex αὐλίζομαι* = castra ponere

333–334 REFLVVMQVE (MEATV / EVRIPVM) quia septies in 670
die fluit et refluit quemadmodum Siciliense fretum, quod
certis horis fluit ac refluit. unde Lucanus ⟨V 235⟩: 'Euripusque trahit cursum mutantibus undis'.

334 (QVA) NOSTER [HABET] bene noster, quia est Boeotiae
et Euboeae. 675

334–335 (TEQVE VLTIMA TRACTV) / ANTHEDON ciuitas Boeotiae inter Euboeam et Boeotiam constituta.

335–337 (VBI GRAMINEO DE LITORE) GLAVCVS / (POSCENTES IRRVPIT AQVAS IAM CRINE GENISQVE / CAERVLVS ET
MIXTOS EXPAVIT AB INGVINE PISCES) hic piscator fuit de 680
Anthedone ciuitate, qui extractam mari praedam proiecit
in litore. pisces herbarum tactu reuixerunt. intellexit
Glaucus hanc illorum graminum naturam esse ut immortales efficerentur qui ea gustassent. itaque ⟨ea⟩ auellit et
assumpsit. quo facto ilico deposito humano corpore in 685
marinum uersus est deum. POSCENTIS … AQVAS quasi
eum desiderarent maria deum sibi fieri. (ET MIXTOS) EXPAVIT (AB INGVINE PISCES) postquam se uidit Glaucus deformem uel biformem factum, expauit. ita enim marina
numina Vergilius formauit dicendo ⟨Aen. X 210–211⟩: 690

'cui laterum tenus hispida nanti
frons hominem praefert, in pistrin desinit aluus'.

338 [ET] TORTA circum caput rotata.

674 QVA *inser. Lindenbrog* (QVI *Mombritius*) | HABET *seclusi* || **684** ea *inseruit Varjás* || **686** POSCENTIS **fπ**, P'cenis **M**, POSCENTES **Q** *Mombritius* || **692** praefert] -re **MmφO** | pistrin **MV** *Lindenbrog*, pristin **fmAc**, piscem **K** *Mombritius*, pistrim **QbRvek**, pristrim **F**, pri **p**, pristrim **GO** || **693** ET *seclusi*

339 GAESA hastae Gallorum. Vergilius ⟨Aen. VIII 661–
695 662⟩:

duo quisque Alpina coruscant
gaesa manu'.

340–342 (TV QVOQVE PRAECLARVM FORMA) CEPHISE (DEDISSES / NARCISSVM SED THESPIACIS IAM PALLET IN AGRIS /
700 TRVX PVER ORBATA FLOREM PATER ALLVIS VNDA) Cephisus fluuius, Narcissi pater, cum caede Zephyri prostratus esset, Apollinis miseratione sanatus est. cuius etiam Lucanus meminit dicendo ⟨III 174–175⟩:

'quos impiger ⟨ambit⟩
705 fatidica Cephisos aqua'.

hoc ergo dicit: ad auxilium tu quoque filium destinasses, nisi iam palleret in flore. ⟨THESPIACIS ... IN AGRIS⟩ Thespius enim fuit Narcissus, Cephisi fluuii ⟨filius⟩. NARCISSVM Narcissus uenandi studiosus fuit. quo labore fati-
710 gatus uenit ad fontem ut restingueret sitim. in fontis speculo imaginem suam uidit et amauit, cum putaret alienam, et, cum coepisset eius desiderio cottidie intabescere, in florem sui nominis est mutatus. ALLVIS irrigas, ne marcescat.

696 coruscant] -at **M** (*ex* coscat) **π** || **700–702** Cephisus ... sanatus est *locus dubius*; *fabulam cum ea quae de Hyacintho scripta est confudit Lactantius uel nescioquis* | cuius ... aqua *post* fluuii *in* **ω** *ad locum restituit Jakobi* || **704** ambit *inseruit Veenhusen* || **706** ad *scripsi cum* **SQ**, aut **ω**, in **bR** *Lindenbrog* || **707** THESPIACIS ... IN AGRIS *inserui*, THESPIACIS (*immo* -CI) *Jakobi* || **708** Cephisi **Q** *Lindenbrog* (cephesi(i) **bR** *Mombritius*), cethesi **ω** | filius *inserui cum* **k** (*iam* f. *ex* p. **Q**); *sed pro Graecismo Θέσπιος γὰρ ἦν Νάρκισσος ὁ Κηφίσου ποταμοῦ habuit François*; *cf. ad I 402–403* || **710** restingueret] -stringueret **Mf** || **713** ALLVIS **π**, -IT **Mf**, AB- **Q** | irrigas **mπ**, -at **MfSKQ**

344 PHOCIDA a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Telamon occidisse dicuntur. a cuius nomine ciuitas nuncupata est in qua Oedipus Laium, dum patrem quaerit, occidit. quae ciuitas tres habet uias quae se post multa spatia in unam iungunt plateam, ut ipse in primo ⟨uu. 64–65⟩: 715

'trifidaeque in Phocidos arto 720
longaeuum implicui regem'.

[QVI] PANOPEN (... DAVLIDA ... CYPARISSON) tres omnes ciuitates sunt Phocidos.

345 LEBADIA ciuitas Apollini sacrata in qua Trophonius et Agamedes Tauropolitae fratres fuerunt, filii ⟨Ergini ...⟩ Aug⟨i⟩ae famosissimi. 725

346–347 (PARNASSON VTRVMQVE) / AVT CIRRHAM Parnassos mons est Phocidos qui in duo iuga diuiditur id est in Cirrham et Nysam. Cirrha ergo etiam ciuitas dicitur circa montem Parnassum posita. haec habet stagnum Apollini consecratum, de quo ipse ait superius ⟨I 62⟩: 'si stagna peti Cirrhaea bicorni'. 730

348 CORYCIVMQVE NEMVS quidam 'Ogygium' legunt, quo uocabulo antiqui Thebanos intellegi uolebant, quia post

715–716 Telamon **Qv**(**e**: -o) **k** *Mombritius*, celemon **MfE**[1]**mt**, -non **SV**, telemon **π** || **718** habet uias] uias habet **SV** || **720** arto **S** *Jahnke*, arcto **ω** || **722** QVI *seclusi* || **724** sacrata **MV**, sacra **fS mπ** || **724–725** et Agamedes *Barth*, et datamedas **M**, edatam edes **f**, et latamedes **π** (*om* in qua ... famosissimi **SmV**, *om.* PHOCIDA (*715*) ... famosissimi **K**) || **725** Ergini (*cf. Hymn. Hom. 3, 296–297*) *et lacunam inserui* || **726** Aug⟨i⟩ae *corr. Gruppe* || **727–728** Parnassos] -us **mQvek** *Ven. 1483 1490*) || **733** Ogygium] aog- **M**, ag- **K** || **733–735** quo ... uolebant *et* quia ... rexit, *inuerso ordine in* **ω**, *transponere uoluit A. Klotz* (*uel* quo ... uolebant *secludere*) *p. 500 n.* || **734** antiqui] -os *proposuit A. Klotz*

735 Cadmum Ogygius Thebas rexit. post etiam nemori est hoc nomen impositum. etiam tumulus circa Thebas ita uocatur.

351–353 (OMNIBVS IMMIXTAS CONO SVPER) ASPICE LAVRVS / (ARMAQVE VEL TITYON VEL DELON HABENTIA VEL
740 QVAS / HIC DEVS INNVMERA LAXAVIT CAEDE PHARETRAS) ita se deuotos Apollini demonstrabant ut et lauro coronati incederent et maximos eius actus scutorum aptarent insignibus. (VEL QVAS / HIC DEVS INNVMERA LAXAVIT) CAEDE PHARETRAS Niobe, uxor Amphionis, cum quattuor-
745 decim procreasset filios – septem uirilis sexus, septem feminei – fecunditatem partuum suorum Latonae praeposuit. qua re commota filios suos Apollinem et Dianam in ultionem suae instigauit iniuriae. cuius Niobae filios quattuordecim uterque deus sagittis exstinxit, Apollo
750 pueros, puellas Diana.

355 NAVBOLVS hic Laii fuit auriga.

356–358 (ADHVC CVRRVS) SECVRA(QVE LORA TENEBAT / CVM TVA SVBTER EQVOS IACVIT CONVVLSA CRVENTIS / ICTIBVS O VTINAM NOSTRO CVM SANGVINE CERVIX) ⟨secura⟩ sine metu futuri parricidii. (O VTINAM) NOSTRO
755 CVM SANGVINE [CERVIX] ostendit eo tempore quo Naubolus Laii auriga fuit se Phorbas armigerum fuisse et optat ut eo errore, quo occisus est Laius, ille pariter interisset ne ad uidendum fratrum scelera seruaretur.

748 Niobae] -es *Mombritius* || 756 CERVIX *seclusi* (*om.* V) || 756–757 Naubolus] -bulus **KV** || 758 errore, quo **ψ** *Mombritius*, quo errore **ω** | ille *Varjás*, filii **ω**, famuli *Damsté* || 758 interisset **Sπ**, -ent **MfmV** || 759 fratrum scelera] scelus fratrum **S**, -era -um **V** | seruaretur **fSm**^{pc}**π**, -entur **Mm**^{ac}**KV**

360–361 (VOCISQVE) REPENS (SINGVLTVS APERTVM / INTERCEPIT ITER) ⟨repens⟩ et aduerbium potest esse temporis et nomen participiale. ostendit Phorbantem loqui intercepta singultibus uoce minime potuisse. 760

363 (O MIHI) SOLLICTVM DECVS quia illi cura est Antigones uirginitatis custodia. 765

364 (SERAS) TIBI DEMOROR (IMPROBVS VMBRAS) propter te seniles annos in uita demoror.

365 FORS EADEM (SCELERA ET CAEDES VISVRVS AVITAS) ut quomodo Laium sic eius nepotes aspiciam.

366 (DONEC TE THALAMIS HABILEM INTEGRAMQVE) RESIGNEM sicut accepi seruandam, integra nuptiis uirginitate restituam. 770

369 TRANSABIERE DVCES narratione elapsi sunt.

370 (SAXOSA) CARYSTE insula est iuxta Euboeum fretum, quam saxosam ideo ait quoniam ibi marmora nascuntur quae a loci uocabulo 'Carystea' dicuntur. unde Lucanus ⟨V 232⟩: 'qua maris angustat fauces saxosa Carystos'. 775

371 NON HVMILES AEGAS ualde [omnibus notas] ... (ALTVMQVE) CAPHEREA mons est altissimus naufragiis Graecorum omnibus notus in finibus Euboeae. 780

762 participiale] -pale **Mf** || **764** illi cura **f**π, illic cura **M**, illic ūra **E**[1]**mK** || **766** SERAS *inseruit Mombritius* || **770** INTEGRAMQVE *inseruit Mombritius* || **771** integra] -ram **S** (*uel* -a in *?*) **mA**[ac]**FbR** | uirginitate] -em **Sm** || **772** restituam] restitutam **MK** || **774** insula] *immo* oppidum, *errorem ex Lucano ipso deriuatum iudicauit Breese p. 105* || **775** saxosam] saxam **M**[ac]**f**[pc] || **778** omnibus notas *ex eo quod sequitur deriuatum seclusi et breuem lacunam posui*: altas *uel sim. exspectes* || **779** CAPHEREA *scripsi*, -AREA ω *edd.* | naufragiis] -gus **SV**

378 VLTRO non coacti. IVRASTIS iurare proprie est quotienscumque sacramento exercitus in aliquo bello conspirat siue quia legiones cum scribuntur ante in sacramenta militiae compelluntur iurare.

785 **386** HIC ERAT ET FRATER hostili animo, quasi iam non est, dixit.

388 (NEC SVM TIBI SAEVE) RELICTVS ut inuenias me carentem auxiliis et occidas.

393 (PERSPECVAS SIC) LVCE FORES siue adueniente die per-
790 spicuas siue ex cratibus factas quae raritate uirgarum conexae lucem admittunt.

394 DVM TERRA RECENS dum adhuc ros in gramine est, quo tempore gratiora sunt pecoribus pascua.

396–397 HVMVM TRACTVRA (PARENTVM / VBERA) lactis
795 pondere praegrauata.

397 SVCCIDVAS tardantes a succidendo, siue, ut feturae succedentem subolem demonstraret, succiduas dixit id est uicarias.

401–402 (PROPERATVR IN HOSTEM) / MORE FVGAE fecit
800 enim formido ueloces.

403 PRODIGIALE CANENS nescio quid prodigiale denuntians. (CERTI SORS) PRAEVIA FATI certa enim bellantibus sors est mortem sperare.

404 (QVIPPE SERVNT DIROS MONITVS) VOLVCRESQVE FERAE-
805 QVE hoc loco prodigiales res poeta describit.

789 PERSPICVAS SIC *inseruit Mombritius* || 795 praegrauata] granata **M**, grauata **S** || 796 feturae] futurę **M**^{ac}**K** || 805 prodigiales res] res prodigiales **MS**

405–406 SIDERAQVE ... / (INFESTVMQVE TONAT PATER ET MALA FVLGVRA LVCENT) ignota sidera apparere tempore belli certissimum est et frequentia fulmina fieri. (AVERSIQVE SVIS DECVRSIBVS) AMNES inter cetera prodigiorum genera fluuiorum etiam incrementa ponuntur tem- 810 pore incerto.

⟨**410** TVNC ET APOLLINEAE TACVERE ORACVLA CIRRHAE⟩ in Cirrha tantum prospera deorum dabantur oracula. nam cui exitium imminebat taciturnitate templi penitus damnabatur. 815

411 ELEVSIN ciuitas est Atticae regionis haud longe ab Athenis in qua regnauit Celeus, qui Cererem dum filiam quaereret liberalissime suscepit hospitio. in qua ciuitate Cereris sacra consueuerant uirginum ululatibus et saltationibus celebrari. 820

412–413 (ET TEMPLIS) SPARTE (PRAESAGA RECLVSIS / VIDIT AMYCLAEOS FACINVS CONCVRRERE FRATRES) apud Spartam aperto templo eodem tempore Castor et Pollux dimicare inter se uisi sunt. ex quo omine colligebant Eteoclen et Polynicen impia inter se bella gesturos. ⟨SPARTE PRAE- 825 SAGA⟩ quia Apollinis oraculum est illic et Hyacinthi Amyclaei. AMYCLAEOS ... (FRATRES) Amyclaei fratres sunt Castor et Pollux.

414–415 (ARCADES INSANAS LATRARE) LYCAONIS VMBRAS /

810–811 tēmpŏre īncērtō *scripsi*, incerto tempore ω ‖ **812** TVNC ... CIRRHAE *scripsi pro* CLAVSAEQVE DEORVM (*u. 407*) *in* ω ‖ **824** colligebant] -legebant **Mf** ‖ **825** Polynicen] -em **MS** ‖ **825–826** SPARTE PRAESAGA *scripsi pro* TEMPLIS RECLVSIS (*u. 412*) *in* ω ‖ **826** illic *om.* **fE**[1]**V** | et Hyacinthi *scripsi*, Hyacinthi et ω | Hyacinthi] iacincti **MS**

830 (NOCTE FERVNT TACITA) Lycaon pater Helicae ursae fuisse dicitur, qui dolore stupratae a Ioue filiae deos humanarum carnium cibis uiolauit. ob quam rem in formam lupi dicitur esse conuersus.

415 SAEVO ... CAMPO in quo uictor filiae sponsos solitus
835 erat necare.

[**416** OENOMAVM Atalantes patrem.]

416–417 (ACHELOON VTROQVE) / DEFORMEM CORNV cum uno cornu ante fuerit ab Hercule uiduatus. quare eum nunc poeta ambo amisisse describit ut omen diri belli
840 tradi possit quod utroque cornu Achelous truncatus uideretur, quod signum periturorum germanorum manifestissimum fuit.

419 (CONFVSVM) IVNONIS EBVR confusum dolore siue turbatum siue pudore uerecundatum.

845 **420** GEMINI MARIS (INCOLA) Corinthios dicit, qui Euripi incolunt partem. ut Horatius ⟨carm. I 7,2–3⟩:
'bimarisque Corinthi
moenia'.

[**421** PALAEMONA [PONTO] Palaemon deus marinus est qui
850 portubus praeest. cuius nota est fabula. Athamas post furorem a Iunone immissum cum occiso Learcho Melicertam, alterum filium suum, cum uxore sua Ino persequere-

836 OENOMAVM ... patrem *seclusi* (*sed cf. ad VI 563–565*) || **841** periturorum] peritorum **E**[1]**m** (-ur- *superscr.*) **K** || **843** CONFVSVM *inser.* **VQ** *Mombritius* || **845** Euripi] eripi **Mπ** || **849–856** PALAEMONA ... Leucothea *spurium iudicauit Funaioli p. 492, seclusi* (= *Seru. Aen. V 241*) || **849** PONTO *seclusi* || **851–852** Melicertam **SmQvk**, -a **Mf**(**E**[1]: mi-) **KVπ**

tur et se illi in mare praecipitassent, uoluntate numinum in deos uersi sunt: Melicerta in Portunum, qui Graece Palaemon dicitur, Ino in Matrem Matutam, quae Graece di- 855 citur Leucothea.]

422–423 (HAEC AVDIT PELOPEA PHALANX SED BELLICVS ARDOR / CONSILIIS OBSTAT DIVVM) PROHIBETQVE TIMERI quamuis imminentia mala etiam prodigiis nuntientur, ne caueant homines, numina credi uetant. 860

424–425 (IAM RIPAS) ASOPE TVAS (BOEOTAQVE VENTVM / FLVMINA) ⟨A s o p e⟩ Thebarum fluuius, cuius Aeginam filiam in aquilam mutatus Iuppiter uitiauit. [FLVMINIS] aduentus describitur Argiuorum.

427 ANIMOS incrementa. 865

428 SEV MONTANA (DEDIT NVBES) frequenter loca altiora abundant niuibus quae, cum aduentu ueris liquefiunt, addunt fluminibus incrementa.

437 ALTERA TELLVS ulterior ripa.

438–440 (AST VBI DVCTOR / TAVRVS INIT FECITQVE VADVM 870 TVNC MOLLIOR VNDA / TVNC FACILES SALTVS VISAEQVE) ACCEDERE RIPAE ad opinionem rettulit armentorum quibus transeunte tauro fluuii altitudo minor et latitudo breuior uidetur effecta.

441–442 (HAVD PROCVL INDE IVGVM TVTISQVE) ACCOM- 875 MODA CASTRIS / (ARVA NOTANT) positio castrorum describitur.

855 Matutam **M^{pc}VQvek**, -em **M^{ac}fSE^{1}mKA^{2}F^{2}**, mutatam **AFp**, -a **ψ** || **859** quamuis *scripsi*, quasi **ω** || **863–864** FLVMINIS (*u. 428*) (*quod seclusi*) ... Argiuorum *post* incrementa (**868**) *in* **ω** *ad locum restitui* || **866** altiora **K^{pc}π**, ditiora **fE^{1}mK^{ac}V**, *om.* **M** || **871** VISAEQVE *inser. Mombritius*

445–446 (NVLLIQVE ALIIS A MONTIBVS) INSTANT / (DESPECTVS) id est: nullus erat tam excelsus prope collis
880 cuius altitudo uel despectus castris esse posset incommodus.

446–447 NEC LONGA LABOR (MVNIMINA DVRVS / ADDIDIT) nec multo labore dicit castra munienda.

448 (IN VALLVM) ELATAE RVPES in murorum uices rupes
885 naturae beneficio uidebantur aequatae.

449 PINNAE castrorum excelsa munimina.

450 CETERA DANT IPSI quae deerant munitioni castrorum, manu opere claudebantur.

451 EREPSIT egressus est et sine sensu transiit.

890 **456** (INVALIDAEQVE) AMPHIONIS ARCES prae timore [arces prae timore] somniantibus muri Thebani, quos Amphion exstruxerat, uidebantur inualidi.

457–458 (RVMOR VBIQVE ALIOS PLVRESQVE ADNVNTIAT HOSTES) / MAIORESQVE TIMOR maiora enim nobis uidentur
895 omnia quae timemus.

462–463 (MISERIQVE ROGOS ET CRASTINA) MANDANT / FVNERA commendant ut, si mortui fuerint, eorum sepulturas procurent.

463–464 SI TENVIS DIMISIT LVMINA SOMNVS / (BELLA

887 deerant **SV** *Mombritius*, erant **MfE**[1]**mK**, dederant **π** || **888** manu] -uum **Aψ** *Mombritius, edd.*; *sed* manu = artificiose; *cf.* urbs manu munitissima (*Cic. Verr.* II 2, 4) || **890–891** arces prae timore (**MmK**, arces **V**, *om.* **fE**[1]**π** *Mombritius, edd.*) *seclusi* || **894** nobis uidentur] uidentur nobis **SV** || **895** omnia *om.* **SV** || **899** DIMISIT] DE- **Q** *Mombritius, sed* dimisit *magis ad* laxauit a rigore uigiliarum *quadrat*

GERVNT) id est: ad soporem laxauit a rigore uigiliarum. si 900
leuis ergo somnus eos oppresserit, uidentur sibi bellare.

468 AVT VTRIQVE PATREM quia ambobus fuerat inimicus. ILLE Oedipus pater.

470 [IAM] GELIDAM PHOEBEN noctem. lunam enim pro nocte posuit. 905

471 HAVSERAT attenuauerat, absconderat.

471–472 TVMET (IGNE FVTVRO / OCEANVS) feruet, quia ipsum parturit Solem.

472–473 (LATEQVE NOVO TITANE) RECLVSVM / (AEQVOR ANHELANTVM RADIIS SVBSIDIT EQVORVM) ⟨reclusum⟩ ... 910
siue sedatum. oriente enim sole tempestas quiescit.

⟨**475–476** BRACCHIA PLANCTV / NIGRA FERENS⟩ nigro amictu tecta.

477 (EVMENIDVM VELVT) ANTIQVISSIMA Furiae addit insaniam, eam potissimum nominando quam crudeliorem 915
omnibus esse constabat. etenim Allecto antiquissimam quasi natu maiorem dixit. de qua Vergilius ⟨Aen. VII 327⟩: 'odere sorores'.

485–486 (TREPIDI VISAM) EXPAVERE MANIPLI / (AVDITAMQVE MAGIS) expauerunt armati Furiae habitum qui, ma- 920
trem si eminus cognouissent, poterant reuereri.

904 IAM *seclusi* || **907–908** quia ... solem *post* RECLVSVM (**909**) *in* ω, *quod Jahnke ad* TVMET (*u. 471*) *pertinere uidit, ad locum restitui* || **910** *lacunam unius uerbi* (reuelatum, *uel sim.*) *ante* siue *posui* || **912** BRACCHIA ... FERENS *scripsi pro* OBSITA (*u. 474*) *in* ω || **918** odere π *Mombritius*, audere ω

490 MONSTRAVERIT HOSTEM pro 'monstret'.

494–495 MATREM / MATREM *ἀναδίπλωσις.*

498 REX ARGIVE inuidiose dicit, quod deserta patria Ar-
925 giuis imperare maluerit.

501 QVEM NON PERMOVEAS interrogatiue. hoc est: quem non permoueas [aut] formidine tanti exercitus? aut: cui non misericordiam incutias, cum post exilium reuertaris ad patriam?

930 **506** (GENETRIX) IVBEOQVE ROGOQVE et personam seruat et tempus: iubet filio, exsulem rogat iure uenientem.

508 QVID AVFERS LVMINA interpositio est.

512 FAS OMNE aequitas siue iustitia seu consanguinitatis affectio.

935 **513** (VIX OEDIPODE) DVCENTE TIMERES quasi de scelerato patre dicit potuisse mali aliquid merito filium suspicari, qui occiso patre postremo matrem duxit uxorem.

515 (ET VESTROS ETIAMNVM) EXCVSO FVRORES defendo quasi iustos in nocentia⟨m⟩ mea⟨m⟩.

940 **522–524** (SI VOBIS HIC PARVO IN TEMPORE CARVS / SITQVE PRECOR) QVID ME ORO DECET (QVIDVE ISTA PELASGI / VBERA) id est: multo plus uobis ego illum diligere debeo quem peperi.

922 HOSTEM *seclusi* | monstret *scripsi*, -at ω || 927 aut *seclusi*, *om. Lindenbrog* || 928 non misericordiam **E**[1]**mKVφO**, non iam metum **M**, misericordiam **f**, non ad misericordiam **S**, misericordiam non **ψ** *Mombritius* || 938 FVRORES **MbRO**, -EM **fπ** || 939 iustos] -us **M** (*manu recentiore?*) **π** | in nocentia⟨m⟩ mea⟨m⟩ *scripsi*, in -a *separauit Vollmer*

524–525 (AB) HYRCANIS (HOC ODRYSIISVE TVLISSEM / REGIBVS ET SI QVI NOSTROS VICERE FVRORES) ⟨Hyrcanis⟩ Armeniis. hoc dicit: si hoc a ferissimis gentibus postulassem, potuissem mereri, ut, me media, fratrum discordia sopiretur. (SI QVI NOSTROS) VICERE FVRORES qui sunt nostris sceleribus saeuiores. 945

528 NVTANTES (... GALEAS) capitum motu trementes. 950

529–531 (QVALES VBI TELA VIROSQVE / PECTORIS IMPVLSV RABIDI STRAVERE LEONES / PROTINVS) IRA MINOR uictis enim comminus uenabulis leonum ira ⟨quiescit⟩.

540 NEC FRATER ERAM quasi Eteocles in fratrem, si potestas detur, crudelior sit futurus. 955

542 (FIDEI) PACISQVE SEQVESTRA sequester dicitur qui certantibus medius interuenit, apud quem cuiuscumque futuri certaminis pignora deponuntur. hoc uocabulum ab '[ob]sequendo' factum est, quod eius qui electus fuerit utraque pars fidem sequatur. 960

544 (NEMPE HAEC TRAHIS) AD COMMERCIA NATVM nudando uulnera quae in insidiis nocte susceperat et ostendendo perfidiam Eteoclis crudelitatemque fecit cunctis inuisam.

547 (HEV) NIMIVM MITIS (NIMIVMQVE OBLITE TVORVM) apostropha ad Polynicen. 965

944 AB *inser.* **Q** *Mombritius* || **948** qui sunt] q̅s̅ **Mf**, quasi **E**[1] || **952** uictis *proposuit Jahnke*, uincis **M**, uicis **fmE**[1]**K**, uisis **π** *Mombritius*, *om.* NVTANTES ... ⟨quiescit⟩ **(950–952) V** || **953** quiescit *inser.* **π** *Mombritius* || **954** fratrem] -um **MAFp** || **958** deponuntur **vek** *Lindenbrog*, se- **ω** || **959** [ob]sequendo *corr.* **QGOvek** *Jahnke* ((aliabus) sequendo *pro* (ab) obsequendo **p**) || **962** in *om.* **MSE**[1]**RGk** *Mombritius* || **964** HEV *inseruit Mombritius* || **965** Polynicen **KA**, -em **ω**

550 TENE ILLE interrogatiue.

552 ANTE HAEC EXCVSSO (FRONDESCET LANCEA FERRO) comparatio ab impossibili. ante, inquit, potest fieri ut haec hasta quam gero excusso ferro frondescat quam
970 Eteocles sit germano mitissimus.

555 (HAEC QVOQVE) CASTRA PATENT (NECDVM MERVERE TIMERI) dicit Tydeus etiam Argiua castra Eteocli patere. quare ad uisendum fratrem non ipse potissimum ueniat? nec aliquid quod in nostris castris timendum sit exstitit.
975 necdum enim aliquid hostile commisimus.

564 AD FLVMINA iuxta.

566 ERYTHRAEIS (... ORIS) Indicis. Graece dixit. a colore mar[mor]is rubri *ἐρυθρὰν θάλασσαν* uocant mare quod est inter Aegyptum et Indiam.

980 **567** MERITAS solutas iugo.

569 SANGVINIS OBLITAS mansuetudine feritate carentes. ut Lucanus ⟨IV 239⟩: 'atque hominem didicere pati'.

574 (QVIPPE NIHIL) GRASSATA (FAMES) quae nihil depraedando uastauit. MANVS OBVIA (PASCIT) unde mansuetae
985 dictae sunt ferae, id est: quae manu pasci consueuerunt.

576–577 VAGA RVRE (QVIES SI QVANDO ... / ... INIERE)

973 ueniat] -et **MS** || 977 colore] calore **MfE**[1] || 978 mar[mor]is *corr.* **Q** *Lindenbrog* | *ἐρυθρὰν θάλασσαν*] erytra thalassen **ω** || 983 GRASSATA **QFp** *Lindenbrog*, CRASSATA **ω** || 984–985 mansuetae] *ἔτυμον ex* manu ... consuetae || 985 consueuerunt **MKQψ** *Mombritius*, -suerunt **fSE**[1]**mVφO**

zeu⟨g⟩ma est: siquando uaga⟨ri⟩ rur⟨e et rur⟩a inire quies est. aut certe uaga [rure] pro 'ipsae uagae'.

585 IMPETE VASTO antithesin fecit. et Lucretius dixit 'impete' pro 'impetu' libro quinto ⟨uu. 913–915⟩: 990
'aut hominem tanto membrorum esse impete natum,
trans maria alta pedum nisus ut ponere posset
et manibus totum circum se uertere caelum'.
[item libro primo ⟨uu. 292–293⟩:
'quamlibet in partem, trudunt res ante ruuntque 995
impetibus crebris'.]

586 (NEC DEFVIT) OMEN quod ab auriga incipit.

⟨**587** IS PRIMVS⟩ qui cito moriturus.

589 PREMVNT insecuntur.

593 (MVLTVMQVE) HASTILE (RESVMENS) hoc est: multa simul sumpsit hastilia. 1000

603–605 (CVLTOR BACCHEVS) ACONTEA (PHEGEVS / ... / COMMINVS ENSE PETIT) hunc Acontea, qui tigres occidit, Phegeus ense percussit.

604 GEMINOQVE (IN SANGVINE OVANTEM) hoc est: duarum tigrium morte gaudentem. 1005

605 TEGEAEA (IVVENTVS) Arcadica.

987 zeu⟨g⟩ma *corr. Lindenbrog* | uaga⟨ri⟩ rur⟨e et rur⟩a *scripsi* | rur⟨e et rur⟩a] rure *Mombritius* || **988** quies est *Mombritius*, qui est **MfE**[1]**π**, quies **S**, quiete **K** | rure *seclusi* || **989** antithesin] antiptosin *Mombritius edd.* || **990** quinto *correxit Jahnke*, sexto (*uel* ui°) **ω** || **991** aut **MSπ**, haud **fE**[1]**mKV** || **992** ut] et **m**[ac]**K** | posset] iussit **ω** *Mombritius* (*uix Lactantii*) || **994–996** item ... crebris *seclusi* || **998** IS PRIMVS *inserui* || **1000** RESVMENS *inseruit Mombritius*

606 (AVXILIO) TARDI quia iam mortuo Aconteo auxilium ferebatur.

1010 **612** ITE AGE (NVNC PACEM SPERATE FIDEMQVE) increpans Tydeus. ut Turnus in Vergilio ⟨Aen. XI 459–461⟩:

'immo, ait, o iuuenes, arrepto tempore Turnus,
cogite consilium et pacem laudate sedentes;
illi armis in tecta ruunt'.

1015 **622–623** RETRO VEXILLA (TVBAEQVE / POST TERGVM ET LITVI BELLVM INVENERE SECVTI) ut ostenderet tumultuarie pugnari, peruersum ordinem exercitus monstrat. dicit retro post aciem esse uexilla, quae solent militum cuneos anteire.

1020 **631** [HORRENT] TYRRHENOS (... TVMVLTVS) tubarum cantus.

632–633 SIDONIVM (PTERELAN SONIPES MALE FIDVS IN ARMIS / RVMPENTEM FRENOS DIVERSA PER AGMINA RAPTAT) ⟨Sidonium⟩ Thebanum. nunc ergo poeta diuersorum
1025 mortes ueluti Musa monente describit. MALE FIDVS infrenis, qui timore armorum teneri non poterat. RVMPENTEM retro trahentem ut nimio conamine frena rumpere crederetur.

634 (VENIT HASTA) PER ARMOS equi scilicet. possumus
1030 enim scapulas hominum 'armos' dicere. ut Vergilius ⟨Aen. XI 644–645⟩:

'latos huic hasta per armos
acta tremit duplicatque uirum transfixa dolore'.

1012 iuuenes] ciues *Vergilius* || **1013** consilium] concilium *Vergilius* || **1014** tecta] regna *Vergilius* || **1020** HORRENT *seclusi* | TVMVLTVS *inseruit Mombritius* || **1029** VENIT HASTA *inseruit Mombritius* || **1033** transfixa] -i **M** (*ex* tranſixi) **f**

639 IN TERGA equina. ⟨RECVMBIT⟩ quasi dominus.

640–642 (STERNVNT ALTERNA FVRENTES / HIPPOMEDON SYBARIN PYLIVM PERIPHANTA MENOECEVS) / PARTHENOPAEVS (ITYN) diuersorum mortes Vergiliane poeta describit. MENOECEVS iste Thebanus est quem in catalogo Phorbas Antigonae monstrauit euntem inter duces. dixit enim ⟨VII 250⟩: 'quae noster signa Menoeceus'. 1035 1040

645 [DIVIDVVM a diuisione, dimidium a dimensione dicimus.] [hic ergo] DIVIDVVM in duas partes diuisum [posuit].

647 (IAM RAPIEBAT) ABAS hic Thebanus est qui uictor rapere spolia cupiebat. CORNV ... (ACHIVA) hasta Graeca. ut Vergilius ⟨Aen. IX 698⟩: 'uolat Itala cornus'. 1045

650 EMANSISSE pro 'emanere'.

651 (ADSVETVM BROMIO) MVTARE (FVROREM) ut sacrorum furorem bellorum insania commutares.

1034 IN TERGA fπ, INTEGRA MGk (intēgra O) | RECVMBIT *inseruit Varjás* | dominus *scripsi*, -i ω, dormitor *Varjás* (*cf. Mart. 10, 4, 4*) || **1036–1037** PARTHENOPAEVS diuersorum ... describit *post* Menoeceus (1040) *in* ω *ad locum restitui* || **1038** MENOECEVS **VQ** *Mombritius*, mōnesteus **M**, menechūs f, menocheus **m**, menetheus π || **1040** Menoeceus **MSE**[1]**Q** *Mombritius*, m(o)enechus **fmKA**, moeceneus **V**, monechus **Fp**, menetheus ψ || **1041–1042** DIVIDVVM ... dicimus (= *Don. Ter. Adelph. 241*[2]) *seclusi* (*quaesiuit 'ex Donato?' Wessner, sicut ad I 255 V 728*), *necnon uerba suppositicia* hic ergo *et* posuit *ad scholium adiungendum* || **1041** dimensione **V**ψ *Lindenbrog*, *Donatus*, dimidione **M**, dimeione **fSm**φ, (a)dime. id ne **K**, dimedione *Mombritius* || **1045** CORNV (... ACHIVA) hasta Graeca *scripsi*, CORNV hasta. Graece ω, CORNV hasta ⟨*συνεκδοχή*⟩ Graece *Breese*, CORNV hasta, Graece ⟨*κράνεια*⟩ *van de Woestijne* || **1048** FVROREM *inseruit Mombritius*

1050 **654** INSTITA [PILO] fasciola est quae imam uestem suo pingit ornatu. ut Horatius ⟨sat. I 2, 29⟩: 'quarum subsuta talos tegit instita ueste'.

655 (CRESCVNT) LANVGINE (MALAE) ad opinionem rettulit quia per pilos uidentur malae crescere.

1055 **656** (ET RVBET IMBELLIS) TYRIO SVB TEGMINE (THORAX) id est: sub ueste purpurea uidebatur splendor loricae.

657 VINCVLA PLANTAE calciamenta. ut illud ⟨Aen. VIII 458⟩: 'et Tyrrhena pedum circumdat ⟨uincula⟩ plantis'.

1060 **658** CARBASEIQVE SINVS carbasus, qua fluxi amiciuntur uel diuites, sericum est aut certe linum tenue. Vergilius ⟨Aen. XI 775–776⟩:

'tunc croceam chlamydem⟨que⟩ sinusque crepantes
1065 carbaseos fuluo in nodum collegerat auro'.

(ET FIBVLA) RASILIS AVRO ad luxuriam rettulit pulchritudinem fibulae. erat enim foraminibus multis exornata, quas uulgo 'interrasas' appellant.

660 VELOX CORYTOS hypallage pro sagittis uelocibus.

1070 **661** (PENDENTESQVE SONANT) AVRATA LYNCE (PHARETRAE) hoc est: lyncis pelle aurata tectam habuit pharetram.

1050 PILO *seclusi* || **1052** tegit] -at *Horatius* || **1054** quia **M**π, qua **fmKV**, quam **E**[1] || **1055** TEGMINE] TEMINE **VA** || **1058** circumdat] -data **V**π | uincula *inser.* **KQ** *Jahnke* || **1060** qua **vek** *Lindenbrog*, quo ω | fluxi *coni. Lindenbrog*, flusi ω, fusi *Ven. 1483 1490* || **1063** -que *inser. Jahnke* || **1063–1064** crepantes **fK** *Mombritius*, crebantes **Mm**π, crispantes **Q** || **1066** ET FIBVLA *inseruit Mombritius*

662 LYMPHANTE DEO hoc est: furiis incitante.

663–664 (HAEC OMINE DEXTRO / MOENIA CIRRHAEA MONSTRAVIT) APOLLO IVVENCA quia Cadmus Apollinis oraculo bouem secutus est et, ubi procubuit, illic condidit Thebas 1075 et ex bouis uocabulo regionem ipsam 'Boeotiam' nominauit.

665 (IN HAEC VLTRO SCOPVLI VENERE) VOLENTES ab Amphione factum, qui summa dulcedine testudinis Cadmo Thebas condenti in eo loco auxiliatus est ut saxa ultro per 1080 se applicarentur ad muros.

667 GRADIVVSQVE SOCER per draconem, Martis filium, qui a Cadmo dicitur interemptus. ex cuius sanguine multitudo nata est armatorum.

674 (PRAEDAM VIDET ET SVA) VVLNERA NESCIT maior cupi- 1085 ditas est praedae quam timor mortis. nec cauet ut uitet exitium sed festinat ut rapiat.

675 (CONGRESSV ... GAVISVS) INIQVO pedestri certamine urgetur. ⟨ut⟩ ⟨Aen. X 889⟩: 'pugna congressus iniqua'.

676 LIBRA⟨BA⟩T considerando ubi percutiat. CVPRESSVM 1090 hastam significauit.

678–679 (VTINAM IPSE VENIRET) / CVI FVRIS id est Liber, in cuius honorem furibundus aduenis.

681 RELIQVIT id est penetrauit.

682 CREPAT sonat. ut Vergilius ⟨Aen. XI 775⟩: 'sinusque 1095 crepantes'.

1089 ut *inserui*, ut Vergilius *Mombritius*, uirgilius **KQR** || **1090** LIBRA⟨BA⟩T *correxit Mombritius* || **1094** id est *om.* **SK**

683 ERVPTVS (... CRVOR) nimius sanguis siue multum fluens.

685 MARCIDA uino plena siue squalida. PLANXERVNT
1100 praeteritum pro futuro. ISMARA Ismarus mons Thraciae uitibus consitus.

686 TMOLVS mons Lydiae. (THESEA) NAXOS insula est in qua Theseus Ariadnen dormientem reliquit.

687 (ET THEBANA METV IVRATVS IN) ORGIA GANGES orgia
1105 triennalia Liberi sacra sunt quae dicit modo etiam Indos colere, postquam a Libero patre uicti esse noscuntur.

689 AD CIVES contra ciues.

691–692 AC MVLTO PVLVERE VERTIT / CAMPVM INDIGNANTEM quia excitus puluis notitiam loci commutat.

1110 **694** [CLIPEVM (GALEAM)QVE] INCENDIT illuminat.

695 SIDERE splendore uel gratia.

699–700 CERTVS ET IPSE NECIS (VIRES FIDVCIA LETI / SVGGERIT) quia augurio suam praeuiderat mortem. desperatione ergo uitae fortius dimicat. [**701** LAETIOR] aiunt
1115 enim futura sentire morituros. ut Vergilius ⟨Aen. X 740–741⟩:

'te quoque fata
prospectant paria atque e(a)d(em) m(ox) a(rua) t(enebis)'.

1102 Lydiae *proposuit Jahnke*, siciliȩ ω *Mombritius*, Ciliciae *Jahnke in textu, iam* Q || **1103** Ariadnen *scripsi*, -em ω || **1105** quae] qui **MS** || **1109** notitiam *uerbum suspectum* || **1110** CLIPEVM (GALEAM)QVE *seclusi*, GALEAM *inseruit Mombritius* || **1114** LAETIOR *seclusi*

701 EXPERIENTIA CAELI doctrina et scientia auguriorum. 1120

702 SI VACET liceat. Vergilius ⟨Aen. X 625⟩: 'hactenus indulsisse uacat'. (MORTI) CONTERMINA uicina morti.

704 SVPERBIT uictoriae felicitate fit laetior.

706 DIVERSVS dissimilis.

[**710–711** IMMOLAT VMBRIS / (IPSE SVIS) quasi uictimam, 1125
ut in sacris ipse consueuerat. nam hoc uerbo poeta ad sacerdotis nomen allusit. aptum est enim occidenti sacerdoti tale uerbum. Vergilius de occiso sacerdote dixit ⟨Aen. X 540–541⟩:

'lapsumque superstans 1130
immolat'.

hic de occidente sacerdote ita dixit.]

712–713 (FALCATO CLONIN ET CHREMETAONA) CVRRV / COMMINVS (HVNC STANTEM METIT) solent enim in axibus curruum falces exstare quae incurrentes hostilem popu- 1135
lum caedant.

715 SACRVM consecratum.

716–717 INVITVS (IAM FRAXINEVM DIMISERAT HASTAE / ROBVR ET EXCVSSIS APPARVIT INFVLA CRISTIS) ostendit quomodo i n u i t u s. dicit enim: ante dimiserat telum 1140
quam Lycorea agnouisset Apollini consecratum.

720 SCRVTATOR AQVARVM piscator.

1125–1132 IMMOLAT ... dixit *seclusi* (IMMOLAT quasi ... allusit = *Seru. Aen. X 541* (in sacris ipse] ille *Seruius*), *cum additamento satis inepto*) ‖ 1127 allusit π *Mombritius, Seruius,* e- ω ‖ 1133 FALCATO *inser.* Q *Mombritius* ‖ 1141 agnouisset **SKQψ** *Lindenbrog,* -ent **MfE**[1]**AFp**, cognouisset V *Mombritius*

724 AVERTERE ad se conuertere.

725 HAVD IPSE MINVS non minus Hypseus Amphiarao.

1145 **725–726** TIRYNTHIA (FVNDENS) / ROBORA ⟨robora⟩ agmina. id est: Nemeaeos iuuenes et Graecam uastabat aciem.

726–727 (SED VISO PRAESENS MINOR) AVGVRE SANGVIS / (ILLVM ARMIS ANIMISQVE CVPIT) id est: cupiens cum Am-
1150 phiarao confligere ceteros quasi ignauos contemnebat occidere.

727–728 PROHIBEBAT INIQVO / (AGMINE CONSERTVM CVNEI LATVS) id est: prohibebat Hypseum multitudo quae stipauerat Amphiaraum.

1155 **728** INDE de ipso cuneo.

730–732 (AONIDVM DIVES LARGITOR AQVARVM / CLARE GIGANTEIS ETIAMNVM) ASOPE FAVILLIS / (DA NVMEN DEXTRAE) fluuium inuocat quem dudum ⟨ad VII 315⟩ a Ioue diximus fulminatum, qui indignatione ereptae filiae Ioui
1160 intulit bellum. quo facto igni diuino percussus est et, ut infamia eius excepti fulminis in aeternum maneret, dicitur hodieque illo tempore quo ictus est prunis ardentibus fluere.

734 COLLATVS bello comparatus.

1165 **736** INDVLGERE VOLENTEM concedere cupientem.

741–742 VVLNERA CITRA / (MORS TREPIDIS IGNAVA VENIT) sine uulneribus solo terrore Amphiarai moriebantur. IGNAVA sine ferro.

1159 indignatione] -em **M**^{ac}**f** || **1160** igni] igne **KV** || **1167** Amphiarai] *deestne* currus *an* (*ut uoluit Barth*) *legendum sit* Apollinis *ex contextu corruptum?*

742–743 DVBIVMQVE TVENTI / (PRESSERIT INFESTOS ONVS IMPVLERITNE IVGALES) dubium erat uidentibus utrum onere tardatus esset Amphiarai an uelocior factus. 1170

746 (DESILIT HORRENDVS) CAMPO TIMOR montis ruina quae de alto saltibus cadit.

752–753 (IPSE SEDENS) TELIS PARITER(QVE MINISTRAT HABENIS / DELIVS) armigeri et aurigae Apollo implebat officium. 1175

753–754 (ADVERSAQVE FLECTIT / SPICVLA) FORTVNAM(QVE HASTIS VENIENTIBVS AVFERT) casum felicem siue euentum feriendi hastis contra Amphiaraum uenientibus detorquebat. 1180

757 INFAMIS malae famae siue notus parricidio.

759 DEDIT immisit.

761 RIMANTVR TERRAS rimas agunt id est scrutantur. r i m a r i enim proprie dicuntur sues, cum pascentes cibi gratia terram uertunt. 1185

761–762 (OMNISQVE) PER ARTVS / (SVLCVS ET INCISIS ALTVM RVBET ORBITA MEMBRIS) ⟨p e r a r t u s⟩ cadauerum membra. haec omnia signa erant hiatus futuri.

766–767 NEC INSISTI MADIDVS (DAT TEMO ROTAEQVE / SANGVINE DIFFICILES) abundantia sanguinis maiorem Amphiarao currendi lapsum faciebat. 1190

1171 uelocior] uelociter **Mf** || 1173 alto] -is **fO** *Mombritius, om.* **M** || 1174–1175 -QVE ... HABENIS *inser.* **Q** *Mombritius* || 1183–1185 rimari ... uertunt *post* futuri (1188) *in* ω *ad locum restituit Lindenbrog* || 1189 INSISTI **mV**, -IT **Mfπ**

⟨**767–768** TARDIOR VNGVLA FOSSIS / VISCERIBVS⟩ graues nimietate sanguinis equorum gressus.

771 SVMMVM ad ultimum aut summum deum.

1195 **773** ⟨MORS⟩ INREVOCATA quae reuocari non potest. futurorum epitheton diligenter seruauit poeta.

780 ⟨QVIS TANTVS⟩ MISERIS HONOR parenthesis. humiliter enim dixit se non fuisse dignum tanto honore numinis.

784–785 ⟨ACCIPE COMMISSVM CAPITI DECVS ACCIPE 1200 LAVRVS / QVAS EREBO⟩ DEFERRE NEFAS scelus esse dicit ornamenta infularum et sacras laurus secum ad inferos ferre.

788 ⟨PVLCHRVM NATI⟩ COMMENDO FVROREM quia in occidenda matre pro pietate peccabit.

1205 **791–793** ⟨NON ALITER CAECO NOCTVRNI TVRBINE CAVRI⟩ / SCIT PERITVRA RATIS ⟨CVM IAM DAMNATA SORORIS / IGNE THERAPNAE FVGERVNT CARBASA FRATRES⟩ parenthesis est: non aliter scit peritura ratis. sic et Apollo sciebat periturum Amphiaraum et se subuenire non posse. ⟨DAMNATA⟩ 1210 SORORIS / IGNE quia nautae, cum stellam Helenae uiderint – quae Vrania dicitur, cuius tanta uis est incendii ut malum cauet et nauis ima pertundat ut, etiam si aes fuerit, hoc calore soluatur – ergo si haec stella naui insede-

1192 TARDIOR ... VISCERIBVS *scripsi pro* DIFFICILES (*u. 767*) *in* **ω** || **1197** QVIS TANTVS *inseruit Mombritius* || **1198** dixit se] dixisse **Vπ** || **1204** pro pietate *scripsi cum* **QFk**, proprietate **ω**, propria *Mombritius* (*id quod Jahnke in apparatu suo profert*, propietate **MP** (= **pk**), *de* **Mp**, *ut saepissime, falsum est*) | peccabit *scripsi*, -uit **ω** || **1206** SCIT **mVA**^{pc}**QbR**, SIT **fπ**, SVE **M** || **1207** est *om.* **Sπ** || **1211** Vrania **M**^{pc}**V** *Mombritius*, orania **M**^{ac}**E**^{1}**mK**, orna **f**

rit, sciunt se nautae sine dubio perituros. econtra Castorum sidera sunt nauigantibus salutaria. THERAPNAEI Therapnae Laconicae ciuitas est. 1215

795 (TERRAE / SVMMAQVE) TERGA [QVATI] superficies terrae.

799–800 (IAM) FRONDEA NVTANT / (CVLMINA IAM MVRI) iam siluis et cacuminibus arborum et muris dabatur cum hiatu ipsius terrae confusio. 1220

801 EXCIDERVNT IRAE transitum est a causa bellorum.

805–806 BENIGNA / (TEMPESTAS) benignam tempestatem dixit quia naualia certamina prohibentur.

808 (TALIS ERAT CAMPO) BELLI FLVITANTIS (IMAGO) naualis certaminis speciem titubantibus militibus fecerat terrae motus. 1225

809–816 SIVE LABORANTES (CONCEPTO ... FRATRIBVS) dubitabant quae causa esset tremoris illius, credentes terram mole et ui uentorum fuisse laxatam, qui per cauernas terrae discurrunt, ⟨uel⟩ hiulca⟨m⟩ uetustate soluisse uel 1230

1214 econtra **SE¹mKVe**^ac, *necnon coniecit Jahnke*, et contra **Mπ** *Mombritius*, contra **f** *Lindenbrog* || **1214–1215** Castorum] castrorum **fK** || **1217** SVMMAQVE *inseruit Mombritius* | TERGA **O**^ac *Mombritius*, TERRA **ω** | QVATI *seclusi* || **1223** TEMPESTAS *inseruit Mombritius* || **1224** quia] quae **M** (*corr. in* qua*?*) **S** || **1225** naualis **SE¹mKQbRGO**^pc**vek**, -ilis **MfφcO**^ac || **1226** speciem *scripsi cum* **Q**, sociem **ω**, faciem *Mombritius* || **1228** CONCEPTO ... FRATRIBVS *scholium de omnibus quae inter haec uerba sunt intellegendum* || **1228–1229** dubitabant] -tant **KVφGvek** || **1230** laxatam **Qbve** *Jahnke*, lassatam **ω** | qui **SQψ** *Mombritius*, quae **ω** || **1231** uel *inseruit Mombritius* | hiulca⟨m⟩ *correxi*

situ aquae in solutionem uertisse, aut certe elemento oppressa⟨m⟩ maris undarum cessisse uirtutibus aut ipsam terram fratribus perituris tremores ad omen fecisse.

1235 **811–812** (FERENDO) / VNDA LATENS dicunt enim quidam terram aqua fulciri uel ferri.

817 (INQVE VICEM TIMVERVNT) SIDERA ET VMBRAE aduersitate sua terrentur. sidera timuerunt ne erumperent manes, umbrae ne admissa luce proderentur. ut Vergilius

1240 ⟨Aen. VIII 246⟩: 'trepidant immisso lumine manes'.

821 RESPEXITQVE CADENS (CAELVM) uel dolore morientis uel ut Apollinem quaereret utpote uates.

822–823 DONEC LEVIOR (DISTANTIA RVRSVS / MISCVIT ARVA TREMOR LVCEMQVE EXCLVSIT AVERNO) quia graui so-

1245 nitu solida disiunguntur nec tamen eodem fragore hiulca iunguntur.

1232–1233 oppressa⟨m⟩ *correxi* || **1236** uel ferri *om.* **MS** || **1240** trepidant] -ent *Vergilius*

LIBER VIII

Hic liber continet indignationem Plutonis apud inferos quod rupta terra uenisset Amphiaraus eiusque de Ioue conquestio⟨nem⟩ eo quod contra ius legitimi foederis descendisset, mittentisque Furiam eique praecipien⟨ti⟩s 5 diuersas regum Argiuorum mortes. responsio Amphiarai ueniam postulantis uxoremque deuouentis. nuntius Palaemon narrans Adrasto de hiatu terrae et morte Amphiarai. desperatio omnium post mortem Amphiarai cum eius laudibus. insultatio per noctem Thebanorum in excubiis. 10 epulatio, deinde electio Thiodamantis in locum Amphiarai eiusque placatio Terrae cum exsequiis Amphiarai et precibus. eruptio in bellum. hinc atque hinc diuersae mortes. Tydei maxima proelia. ... eius uerba et satisfactio apud Mineruam de aduerso fauore. mors Atyos, sponsi 15 Ismenes. ⟨conquestio Ismenes⟩ de morte sponsi Atyos et eius cadaueris in urbem relatio. Tydei insultatio Thebanis fugientibus et impetus contra Eteoclen. Melanippi ex

1–21 *argumentum libri VIII primus edidit Lindenbrog* || **4** conquestio⟨nem⟩ *correxi* || **5** eique **fKπ**, eiusque **MSmV** | praecipien⟨ti⟩s **M**^{pc}**Qψ** *Lindenbrog* || **7–8** Palaemon *Jahnke*, polimon **ω**, Palaemonis *Lindenbrog* || **11** epulatio *Jahnke*, -ans **ω** || **11** locum **Q**^{pc} *Lindenbrog*, -o **ω** || **13** bellum **k** *Jahnke*, -o **ω** || **14** *post* proelia *lacunam posui: non mentionem facit textus de proeliis Haemonis, et* eius = Herculis || **15** Atyos *Jahnke*, atoys **ω** || **16** conquestio Ismenes *inseruit Vollmer* || **17** Atyos *Jahnke*, atoys **ω** || **18** Eteoclen **fV** *Jahnke*, -ean **MmKAF**^{ac}**p**, -em **QF**^{pc}**ψ** *Lindenbrog* | Melanippi *Jahnke*, menalippi **ω**, menelappi **f** *Lindenbrog*

insidiis iaculatio. Tydei debilitas et conquestio de fragili-
20 tate corporis humani et quemadmodum exedit caput Me-
lanippi.

1 (PALLENTIBVS) INCIDIT VMBRIS uetus elocutio est per datiuum casum: incidit umbris pallentibus. Claudius ⟨sc. Quadrigarius; hist. 75* Peter⟩: 'herius recedens ues-
25 peri Numantinis incidit'. at Terentius ⟨Phorm. 175⟩ per accusatiuum protulit: 'ergo in eum incidit' tamquam in rem periculosam.

5 CORPVSQVE NOVVM id est uiuum, siue non deposita apud superos carne.

30 **5–6** (NEC ENIM IGNIBVS ARTVS / CONDITVS AVT MAESTA NIGER ADVENTABAT) AB VRNA Plato ⟨Gorgias 498a–b?⟩ inducit scelera hominum in urna uersari. et urna dicitur in qua mortuorum hominum ossa conduntur. hic ergo ab urna dixit in qua mortuus ponebatur. et hoc isto sensu
35 expediuit poeta: non Amphiaraus mortuus ab urna in qua eius condita fuerant membra ueniebat.

9–10 (NECDVM ILLVM AVT TRVNCA LVSTRAVERAT) OBVIA TAXO / EVMENIS quia taxus uenenosa est, propterea ad perfectionem feritatis ex hoc ligno faces Furiae dicuntur
40 ⟨gerere⟩.

20–21 Melanippi *Jahnke*, menalippi ω ‖ **22** PALLENTIBVS *inseruit Mombritius* ‖ **24** herius] heri *Mombritius* (*quod 'satis incredibile' iudicauit Buecheler*) ‖ **26** ergo] ego *Terentius* | incidit] -i *Terentius* ‖ **28–29** apud superos carne] carne apud superos **SV** ‖ **35** non] nam **V** *Mombritius* ‖ **36** membra **E**[1]**V**π, corpora **M** (*superscr.*) **m**, *om.* **fK** ‖ **38** taxus **MfSV**ψ, -os **E**[1]**mK**φ | arbor *inser. post* est **SVQ** ‖ **40** gerere *inseruit Mombritius, quod exempli gratia retinui,* habere **SBV**, arripere **Q**

10–11 (AVT FVRVO PROSERPINA) POSTE NOTARAT / (COETIBVS ASSVMPTVM FVNCTIS) asserunt enim poetae mortuorum capita et Furiarum lampade lustrari et eorum nomina a Proserpina in inferorum poste conscribi.

14–15 [ET] SECVRI ... / (ELYSII) id est qui Elysium inhabitant manes. securi idcirco, quia sunt ab sceleratorum suppliciis alieni. Elysii ergo pro his qui in Elysio habitant posuit.

16 ALTERA NOX id est caligo deterior.

17 VSTAEQVE PALVDES nigrae aut calentes.

18 SVLCATOR PALLIDVS Charon, qui subuectando corpora Stygem consueuit cumba sulcare.

24 VARIAEQVE EX ORDINE MORTES una quidem communisque omnibus mors est, sed uarietate poenarum dissimilis.

⟨**26** FERVNT⟩ absoluunt.

27 VINCIT OPVS Parcarum stamina mortium multitudine superantur. ut Lucanus ⟨III 19⟩: ‘lassant rumpentes stamina Parcas’.

31 ARGVIT prodit siue probat. (SVPERA) COMPAGE [SOLVTA] terrae superficie.

33 (IVCVNDAQVE) OFFENSVS LVCE iucunda superis, indebita manibus. et ideo luce Plutonem dixit offensum.

45 ET *seclusi* | id est *om.* E^{1}A || 52 cumba fSVφ, cymba (*uel* ci-) M^{pc} (*ex* cubare) E^{1}mKQψ || 54 est *suppl. post* dissimilis SVπ || 55 FERVNT *scripsi pro* DAMNANT (*u. 26*) *in* ω; *sed cf. ad uu. 91–93 infra* || 56 mortium M^{ac}KV, -uorum M^{pc}SmQO^2, -uum fE^{1}π || 59–60 SOLVTA *seclusi* || 61 iucunda *om.* SE^{1}m

34 QVAE SVPERVM LABES uiolentia siue ruina. labes a 'labendo' dicta.

65 **36** (VTER HAEC MIHI) PROELIA (FRATRVM) utrum Iuppiter an Neptunus? conuenienter proposito carmini a Thebanorum odio germanorum inducit de regno et fratres caelestes dissensisse.

37–38 (PEREANT AGEDVM DISCRIMINA RERVM) / NAM CVI
70 DVLCE MAGIS quam mihi ut superi misceantur? id est: expedit minori per sortem confundere quae fuerint separata.

40–41 NEC ISTE MEVS (DIRISQVE EN PERVIVS ASTRIS / INSPICITVR) meus, inquit, mundus hic non est, si hunc rector perrumpit astrorum.

75 **44** MISERVMQVE PATREM miserum, siue quia amisit imperium, siue quia a poetis apud inferos Saturnus fingitur, quem unum uolunt esse de numero Titanum.

47 (STYGIO PRAETEXAM) HYPERIONA (CAELO) Hyperion Soli[s] aequus est. dicit enim immissis tenebris Solis se
80 Pluton numina turbaturum.

49–50 VTRVMQVE (TENEBO / TYNDARIDEN) Castoris et Pollucis talis est fabula: cum esset immortalis Pollux et e diuerso Castor morti teneretur obnoxius, pietatis intuitu Pollux morte uicaria fratrem redemit. unde Vergilius

66 carmini π *Mombritius*, -e ω | a π *Jahnke*, ad ω *Lindenbrog*, *om. Mombritius* || 67 odio π *Mombritius*, odia ω || 67–68 caelestes *proposuit Jahnke*, celeriter ω || 68 dissensisse *scripsi*, -cessisse ω || 73 si] sed π *Mombritius* || 75 miserum *om.* **SV** || 79 Soli[s] aequus *scripsi*, Solis equus ω *edd.* (*!*), equus Solis **SV** || 80 Pluton **fE**[1] **QV**, pulchra **M**, pluto **S**π, plutonem **m**, (se)pultor **K** | turbaturum] turbarum **K** (*superscr.* -tu-) π || 81 TYNDARIDEN] -EM *inseruit Mombritius, quod correxi*

⟨Aen. VI 121⟩: 'si fratrem Pollux alterna morte redemit'. 85
dicit ergo nunc Pluton retento Polluce, qui immortalis
fuerat, cum Castore germano mortali in utroque se
[mundo] posse regnare.

50–51 ⟨CVR AVTEM AVIDIS IXIONA FRANGO / VERTICIBVS
CVR NON EXSPECTANT⟩ TANTALON VNDAE si poenarum cul- 90
pas inspectes utrius⟨que⟩ id est Tantali Ixionisque, utro-
rumque supplicia uindictae Iouis a Plutone praestantur.
Ixion quippe Iunonem ausus est stupri iniuria compel-
lare, Tantalus uero Iouis consilia mortalibus prodidit in
eorum audita conuiuio. 95

52–55 ⟨ANNE PROFANATVM TOTIENS CHAOS HOSPITE VIVO /
PERPETIAR ME⟩ PIRITHOI ⟨TEMERARIVS ARDOR / TEMPTAT ET
AVDACI THESEVS IVRATVS AMICO / ME FERVS ALCIDES⟩ con-
queritur his inferos patuisse qui infanda cupiebant ut ad
se aut amator aut raptor intraret. haec Pirithoi fabula talis 100
est: Pirithous cum Proserpinam rapere suo matrimonio
induxisset in animum, huius tam scelerati consilii The-
seum participem fecit. quem cum amicitiarum intuitu
Theseus ad inferos Proserpinam pariter rapturus secutus
fuisset, graui sunt utrique damnati supplicio. unde Vergi- 105
lius ⟨Aen. VI 617–618⟩:

'sedet aeternumque sedebit
infelix Theseus'.

85 fratrem Pollux] pollux fratrem **SV** ‖ **86** Pluton] pluto **SQ GO**[pc] (*ex* plus) **vek** *Mombritius* ‖ **88** mundo *seclusi*, *om.* **SV** ‖ **91** inspectes *scripsi*, ex- **ω** | utrius⟨que⟩ *corr.* **E**[1] *Mombritius* (utrisque **k**) | Ixionisque *proposuit Jahnke*, pirithoique **ω** ‖ **96** VIVO *inser.* **R** (*cum* HOSPIPE (*sic*)) *Mombritius*, VIVI **Aψ** ‖ **97** PERPETIAR ME *inseruit Mombritius* ‖ **102** animum **ψ** *Lindenbrog*, -o **ω** | tam] tamen **Mf**

58–59 (VIDI EGOMET BLANDA INTER CARMINA TVRPES) / EV-
110 MENIDVM LACRIMAS Orpheus Thrax peritissimus citharae fuit. is Eurydicen coniugem unico dilexit affectu. quae cum Aristaeum, Cyrenes Nymphae filium, pudicitiam suam attrectare cupientem fugeret, calcato serpente per-
empta est. hoc cum immoderate doleret Orpheus, confi-
115 sus peritia citharae inferorum secreta perrupit. cuius capti dulcedine ac miseratione lugentis manes feritate deposita Orpheo coniugem reddiderunt. dicit ergo nunc Pluton turpes uidisse ⟨se⟩ lacrimas Eumenidum. turpes ideo quia contra inferorum legem misericordiae lacrimae fun-
120 debantur. ITERATAQVE PENSA (SORORVM) propter reditum Eurydices quem concesserant ut denuo uiuentis [pensa] fata pensis traderent.

60 (ME QVOQVE SED DVRAE MELIOR) VIOLENTIA LEGIS quae iubebat Orpheum non respicere uxorem. melior ergo lex
125 me: scilicet ego dulcedine cantus uictus sum ut Orpheo coniugem redderem, ut concessam perderet inclementia legis obtinuit. hinc Vergilius ⟨georg. IV 489⟩: 'ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes'.

63 (INIVSTAEQVE) AB IOVE LEGES quia partiri annum Pro-

112 Cyrenes *Jahnke, iam Varjás,* euridicis **ω** || **114** autem *inser. post* hoc **SV** || **115** perrupit **Vπ**, -rumpit **MSE**[1]**m** | capti **SBQbR ve(k)**, -us **ME**[1]**mπ**, cantus *Mombritius* || **117** Pluton] pluto **SQ GO** *Mombritius* || **118** se *inseruit Lindenbrog* || **120–122** propter ... traderent *om.* **Vπ** *Mombritius* || **121** Eurydices *Lindenbrog,* -is **ω** || **122** pensa *cum notis deletionis supra quattuor primas litteras in* **ω** (*i. e.,* p̃ẽñs̃a) *seclusi, recognouit esse delendum Lindenbrog, om. Jahnke* || **124** iubebat **SE**[1]**mπ**, uidebat **MfKVO** || **125** ego] ergo **fπ** || **129–130** Proserpinae **V** *Mombritius,* -a **ω**

serpinae iussit et sex mensibus esse cum matre, totidem 130
cum marito. ita Ouidius ⟨met. V 564–567⟩:

'at medius fratrisque sui maestaeque sorori⟨s⟩
Iuppiter ex aequo uoluentem diuidit annum.
nunc dea, regnorum numen commune ⟨duorum⟩,
cum matre est totidem, ⟨totidem⟩ cum coniuge 135
menses'.

per lunam fieri manifestum ⟨est⟩, quae a ueteribus Proserpina nominatur.

64 ET SECTVM GENETRIX (MIHI COMPVTAT ANNVM) uidetur enim dimidium annum matrimonio eius Iuppiter abrogasse. penes matrem ergo est, ut eius cura statuto tem- 140
pore filia ab inferis reuertatur ad caelum.

69–71 ATQVE ADEO FRATRES ... / ... (FRATRES ALTERNA IN VVLNERA LAETO / MARTE RVANT) Eteocles et Polynices, qui mallent hoc nefas se potius implere quam Furiam.

69–70 (NOSTRIQVE HAEC) OMINA SVNTO / (PRIMA ODII) 145
Eteoclis et Polynicis interitus omen sit inter me et Iouem futuri certaminis.

72–74 (QVIQVE IGNE SVPREMO / ARCEAT EXANIMES ET MANIBVS AETHERA NVDIS) / COMMACVLET ut tabe soluantur corpora, non flamma pyrarum. nec interpositis urantur 150
ignibus, sed in solo terrae intemperie aeris membra depereant. sit mortuis de sepultura negata supplicium bello crudelius, ut solius caeli rogum possint habere communem.

132 at] ad **M**φ | sorori⟨s⟩ *corr.* **Q** *Mombritius* || **134** numen] nomen ω, *corr. Mombritius* | duorum *suppleuit Mombritius* || **135** totidem[2] *suppl.* **QFc** *Mombritius* || **136** est *inser.* **Qvek** *Mombritius*

155 **82–83** (NON FORTIVS ... / ... ASTRIFEROS INCLINAT) IVPPITER AXES hoc est: oratione Plutonis tremefacti sunt poli.

84 (AT TIBI) QUOS [INQVIT] (MANES) m a n e s pro 'poenis' posuit. id est: quos cruciatus patieris? ut Vergilius ⟨Aen. VI 743⟩: 'quisque suos patimur manes'. m a n e s ergo ideo
160 dicti sunt quia damnati aeterna apud inferos poena permanent.

85 SVBIT ILLE sequitur, ut ⟨Aen. II 725⟩ 'pone subit coniunx', aut certe finita praecedenti oratione subiungit.

86 VANESCENTIBVS in umbram desinentibus.

165 **87** IAM PEDES quia currus et equi cum quibus raptus fuerat uanuerunt.

91–93 (O) CVNCTIS FINITOR (MAXIME RERVM / AT MIHI QVI QVONDAM CAVSAS ELEMENTAQVE NORAM / ET SATOR) Ouidius ⟨met. X 32–34⟩:

170 'omnia debemus uobis paulumque morati[s]
serius aut citius sedem properamus ad unam.
tendimus huc omnes, haec est domus ultima cunctis'.

ordo ergo talis est: cunctis finitor rerum putaris, mihi uero etiam sator. (nam cum Plutoni constet terram conse-
175 cratam, dicit omnia membra resolui et de terra cuncta procreari. iuste ergo creator dicitur, a quo uniuersa gignuntur.) at ego, quia uates fui, noram uitae ⟨te⟩ esse

157 INQVIT *seclusi* || **159–161** manes ... permanent] *nota ἔτυμον* manes *a* permanere || **162–163** coniunx] coniux **Mf** || **165** IAM PEDES (**m**?) (I- **F**[2]) *superscr.*) *Mombritius*, LAMPADES **Mfπ** || **166** uanuerunt] e- *addid.* **SQ** *Mombritius* || **170** morati[s] *corr.* **QF**[pc]**bRvek** *Mombritius* || **172** cunctis] uosque *Ouidius* || **173** ergo talis *om.* **SV** || **177** te *inser. Lindenbrog*, *ante* uitę **S**

creatorem ex eo quod animas iterum mittis in corpora. ut Vergilius ⟨Aen. VI 751⟩: 'et incipient in corpora uelle reuerti' et idem supra ⟨Theb. VIII 26⟩: 'Fata serunt animas'. 180

96–97 NEC VENEREM (ILLICITAM CREDE HIS INSIGNIBVS AVSI / INTRAMVS LETHEN) nec Proserpinam rapiam. Thesei et Pirithoi hoc loco audaciam commemorat et ad testimonium pudicitiae ostendit infulas et insignia sacerdotis.

98 PROSERPINA dicta ab eo quod porro serpat. 185

106 ET NOSTRAE VENIVNT (QVOQVE FVNERA DEXTRAE) propter sui misericordiam dicit se pugnando multas inferis animas addidisse, pro quo beneficio petit sibi esse parcendum.

109–110 (DVM PER CAVA VISCERA TERRAE / VADO DIV PENDENS ET IN) AERE VOLVOR OPERTO id est: dum per illa spatia uado quae sunt sub terra inferorum. 190

112 VEL CAPTVM (THEBIS) optabilius fuit etiam capi me a Thebanis.

113 PARENTI Oecleo patri. 195

116–117 NEC DEPRECOR VMBRAM / ACCIPERE id est: nec refuto umbra esse. d e p r e c o r autem est 'refuto'. Vergilius ⟨Aen. XII 931⟩: 'equidem merui nec deprecor, inquit'. Lucanus ⟨IX 213–214⟩:

179 incipient] -ant *Vergilius* || **180** serunt] *cf. ad u. 29 supra* || **182** rapiam *Jahnke*, raptam **ω** || **185** PROSERPINA ... serpat *om.* **SV** || **191** ET IN *inser.* **m** *Mombritius* | VOLVOR OPERTO *Mombritius*, VOLVOR APERTO **M**, VOLVOS REPERTO **f**, V. O. **m**, VOLVO REPERTO **Kπ**, OPERTO **V** || **196** VMBRAM **π**, -A **Mfvek**, V. **mV** | nec] non **fS** || **198** equidem] et quidem **Mf** || **199** Lucanus *om.* **SV**

200 'non deprecor hosti
seruari, dum me seruet ceruice recisa'.

118–119 NAM TIBI PRAESAGI) QVIS IAM SVPER AVGVRIS VSVS / (CVM PARCAE TVA IVSSA TRAHANT) id est: possem rogare te ut apud inferos augur essem, si scirem et hoc mihi
205 apud inferos profuturum. uerum cum uideam ipsa quoque fata ad tuum arbitrium fila disponere, intellego augurio tibi nil opus omnino.

121–122 ILLI FVNESTA RESERVA / (SVPPLICIA) hoc est: coniugi meae quae mihi minaris reserua supplicia, quae salu-
210 tem uiri prodidit monili corrupta.

123 INDIGNATVRQVE MOVERI irascitur se in misericordiam flecti.

124 VT LEO MASSYLI (CVM LVX STETIT OBVIA FERRI) Massylia gens Africae mediterranea, leonibus plena.

215 **125** TVNC ARMA CITAT citat incitat. ARMA dentes et ungues, quibus se tuetur et uindicat. Vergilius ⟨Aen. XII 6⟩: 'tum demum mouet arma leo'.

132–133 (ATQVE AVIDAE TRISTIS LOCVS ILLE RVINAE / CESSAT ET INFERNI VITATVR) HONORE SEPVLCRI ad laudem
220 Amphiarai omne spatium campi sepulturae uatis concessum est, quia huic sepulcrum praeter morem hiatus praestitit terrae, quod infernum ... sepulcrum dixit.

141 STRINGIMVS educimus.

205 ipsa] -am **M**^{ac}**V** || **209** reserua supplicia] supplicia reserua **SV** || **215** citat *om.* **fmV** || **216** Vergilius *Jahnke*, Lucanus **ω** (*error autem fortasse Lactantii*; *cf. ad VIII 706–709*)

145 HEV [PRAESAGIS heu] interpositio est dolentis. PRAESAGIS ... ASTRIS futura denuntiantibus stellis. 225

146 (FRVSTRAQVE MANVS) CVM VOCE TETENDI petentum auxilia affectum expressit poeta, qui iactatione uel extensione manuum sibi supplicant subueniri. hoc Vergilius, ut raptae Cassandrae negatum fuisse monstraret, ait ⟨Aen. II 405–406⟩: 230

'ad caelum tendens ardentia lumina frustra,
lumina, nam teneras arcebant uincula palmas'.

153–155 (SPONTE AGMINA RETRO) / NON EXSPECTATO REVOCANTVM (MORE TVBARVM / PRAECIPITANT) nemo enim militaris legis sacramenta seruauit, ne ante pedem e proe- 235 lio retraheret quam receptui caneretur. sed tali legiones turbatae nuntio neglectis, dicit, praeceptis et re⟨li⟩gione militiae uertebantur in fugam.

155–156 (FALLVNTQVE RVENTES) / GENVA VIROS solutione pedum nimio timore genua languebant et negabant cur- 240 sum. ut Vergilius ⟨Aen. V 468⟩: 'genua aegra ⟨trahentem' et ⟨Aen. V 432⟩ 'genua⟩ labant'.

158 NEC TOLLERE LVMINA TERRA id est: tanto erant inclinati terrore ut oculos a terra leuare non possent.

224 PRAESAGIS heu *seclusi, om. Lindenbrog*, heu *om.* S *Mombritius, om.* interpositio ... PRAESAGIS[2] π *Mombritius* || 226 TETENDI **f**π, TENDIT **m**, T. V, *om.* **m**, TETENDIT **BRO**[pc]**vek** *Mombritius* | petentum] potentum **V**π || 233 EXSPECTATO **fmVQFpbRO**[2] *Mombritius*, -SPECTO **MA**ψ || 234 MORE TVBARVM *inseruit Mombritius*, M. T. V || 237 dicit *Mombritius*, -unt ω | re⟨li⟩gione *correxit Mombritius* || 241–242 trahentem et genua *inseruit A. Klotz p. 501*, aegra *om.* **vek** *Lindenbrog*

245 **160** FOEDERE PARVO interpositione pacis modicae.

162–163 QVAE TIBI (NVNC FACIES POSTQVAM PERMISSA GEMENDI / COPIA QVI FLETVS GALEIS CECIDERE SOLVTIS) admiratiue.

168 [ET] EFFLANTES expirantes animam. (INTERNECTERE) 250 PLAGAS insuere. metaphoram a medicis traxit, qui solent letalia uulnera suturis adnectere.

169–170 (MENSAS) ALIMENTAQVE BELLO / (DEBITA NEC PVGNAE SVASIT TIMOR) ut cibo reficerent uires propter futuram pugnam.

255 **175–176** HOC ANTRA LACVSQVE / (CASTALII TRIPODVMQVE FIDES) subaudis 'Amphiarao praestiterunt'.

177–178 QVIS MIHI (SIDEREOS LAPSVS MENTEMQVE SINISTRI / FVLGVRIS AVT CAESIS SALIAT QVOD NVMEN IN EXTIS) hoc est: quis mihi profert in om⟨i⟩nibus? aut certe: pro- 260 dit uoluntatem deorum augure interempto? SINISTRI propitii, dictum a 'sinendo'. sic et Vergilius de bono augurio s i n i s t r u m dixit ⟨ecl. IX 14–15⟩:

'quod nisi me quacumque nouas incidere lites
ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix'.

265 [id est: a n t e s i n i s t r a propitia.]

245 FOEDERE π, FODERE **Mf** | interpositione **SmQO**[ac]**vek** *Mombritius*, -es **MfE**[1], -is π ‖ 249 ET *seclusi* | INTERNECTERE *inseruit Mombritius* ‖ 250 metaphoram **SQG**[ac?]**Ovek** *Mombritius*, -an **M**[ac]**fE**[1]**AFp**, -a **M**[pc]**mcbRG**[pc?] ‖ 251 suturis ψ *Lindenbrog*, suituris **MSm**, futuris **fφR** *Mombritius*, iuncturis **E**[1], securis **Q** ‖ 256 praestiterunt **fmAψ**, -int **ME**[1], -it **F(p)**, *om.* **Q** ‖ 259 om⟨i⟩nibus *corr. Lindenbrog* ‖ 261 dictum a sinendo] *nota ἔτυμον* ‖ 263 nouas] aues **M**[pc]**m** (*uel* -os*?*) ‖ 265 id est … propitia *seclusi*

186–187 ADVERSAQVE SIGNA VOCASTI / (STERNERE) id est: ultro hostes ad certamen uocasti.

⟨**189** ET NVNC TE QVIS CASVS HABET⟩ mirantur enim mortuum quem mortuum nemo conspexit.

191–192 (ANNE SEDES HILARES IVXTA TVA NVMINA PARCAS) / ET VICE CONCORDI (DISCIS VENTVRA DOCESQVE) et hunc libenter Fata susceperunt praecepturum. 270

193–194 (AN TIBI FELICES LVCOS) MISERATVS AVERNI / (RECTOR) miseratus quod dicit, non hoc ad indulgentiam ducas sed ad maximum Amphiarai ⟨decus⟩. nam ille nulli parcit. ut Horatius ⟨carm. II 3, 24⟩: 'uictima nil miserantis Orci'. 275

194 INSERVARE proprio usus est augurum uerbo qui, dum captant auguria, dicuntur caelum seruare. ut Lucanus ⟨V 395⟩: 'nec caelum seruare licet'. 280

198 BRANCHI Branchus Apollinis filius et ipse futurorum peritissimus deus. ut ipse alibi ⟨Theb. III 478–479⟩:

'patrioque aequatus honore
Branchus'.

Varro rerum diuinarum ⟨frg. 252 Cardauns⟩ ita refert de Brancho: ⟨Demo⟩clus quidam decimus ab Apolline cum 285

267 uocasti] pro- *addid.* **SV** || **268** ET NVNC ... HABET *scripsi pro* ALIAQVE (*corr. in* ALTAQVE *Mombritius*) ERVMPERE TERRA (*u. 190*) *in* ω || **269** mortuum *om.* **SV** || **274** miseratus quod dicit] quod dicit miseratus **SV** || **274–275** hoc ad indulgentiam] ad indulgentiam hoc **SV** || **275** decus *suppleuit Mombritius, quod exempli gratia retinui,* honorem *ante* Amphiarai **Q** || **278** augurum **Q** *superscr. Jahnke, iam Varjás, cf. schol. ad V 641 VI 935–936,* -ii ω, -is **vek** || **283** aequatus honore] aequalis honori *Statius?* || **286** ⟨Demo⟩clus *corr. Knaack ex Conon. narr. 33,* branchus **M**, clus **fE**[1]**mφGO**, eius (S?), ciuis **V**, elus **Qψ**, Olus *Mombritius,* Cius *Jahnke ex Myth. Vat. I 80 Kulcsár II 85*

in peregrinatione pranderet in litore ac deinde proficisceretur, oblitus est filium nomine Smicrum. ille peruenit in saltum Patronis cuiusdam. et cum esset receptus, coepit
290 cum suis pueris capras pascere. aliquando prenderunt cygnum et illum ueste cooperuerunt. dum ipsi pugnant uter illum patri munus offerret, cum essent fatigati certamine, reiecta ueste mulierem inuenerunt. et cum fugerent, reuocati ab ea moniti sunt ut Patron unice Smicrum
295 diligeret puerum. illi quae audierunt Patroni indicarunt. tunc Patron Smicrum pro suo filio nimio dilexit affectu eique filiam suam ducendam locauit uxorem. illa cum praegnans ex eo esset, uidit in somniis per fauces suas introisse solem et exisse per uentrem. infans editus ideo
300 Branchus uocatus est quia mater eius per fauces sibi uiderat ⟨solem in⟩ uterum penetrasse. hic cum in siluis Apollinem osculatus fuisset, comprehensus est ab eo et

288 Smicrum *Knaack* (*ex Conon.*) *Jahnke*, smiarum (*corr. in* sminarum) **M**, sinicrum **ftV**, smiarum (*superscr.* ł sinicrum) **S**, spinicrum **E**^{1}, smicronem **m**, simc̣rum **A**, sincrum **Q**, sunerũṭ **F**, simerum **p** *Mombritius*, sucrum **ψ**, Synichronem *Myth. Vat. I II* (-on- *ex* Patron *interpolatum?*) ‖ **292** essent] -et **MS** ‖ **293** ueste] -em **MAp** ‖ **294** Patron **Mm**, -nus **fVπ**, -num **S**, patrem **E**^{1} | Smicrum *Knaack* (*ex Conon.*) *Jahnke*, -s mic(h)ronem (*uel* smi-) **Mmπ**, sinicronem **fV** *Myth. Vat. I II*, sinicrum **St**, spinicronem (so-*?*, -anem*?*) (**E**^{1}*?*), simerum *Mombritius* ‖ **295** audierunt] -ant *?* (*ex Myth. Vat. II 85*) (*Bode*: -unt *Kulcsár* (*101*) *et cod. B Myth. Vat. I* (= *Vat. Reg. Lat. 1401*) *secundum Bode* (*81*) (*alias Kulcsár*)) ‖ **296** Patron **fE**^{1}**m** *Knaack Jahnke*, -onus **M** (*ex* -onem) **Vπ**, patri (**S**?), potronus *Mombritius* | Smicrum *Knaack* (*ex Conon.*) *Jahnke*, ^{s}michronem **M** (*corr.* **M**^{2}?), sinicronem **fV**, sinicrum **St**, simicronem **E**^{1}, smi- **m**, su- **π**, Simerum *Mombritius*, Synichronem *Myth. Vat. I II* ‖ **299** exisse per uentrem] per uentrem exisse **SV** ‖ **300** Branchus uocatus est quia] *ἔτυμον ex βραγχός* (= *raucus*) ‖ **301** solem in *inser. Knaack* ‖ **302** est *secludendumne?*

accepta corona uirgaque uaticinari coepit et subito nusquam comparuit. templum ei factum est quod Branchi[a]don nominatur. et Apollini et filio pariter conse- 305
crata sunt templa, quae ab osculo Branchi siue certamine puerorum 'Philesia' nuncupantur.

199–200 NEC CLARIAS (HAC LVCE FORES DIDYMAEAQVE QVISQVAM / LIMINA NEC LYCIAM SVPPLEX CONSVLTOR ADIBIT) et apud Clarium et apud Didymaeum Apollinis est 310
oraculum. quod autem ambos colant Apollinem Dianamque, ideo 'Clarii' uocabulo nuncupantur. ut Vergilius ⟨Aen. III 360⟩: 'qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis'. Lycia autem Asiae ciuitas est Apollinis sedes, quam post Amphiarai interitum dicit esse tacituram. de qua 315
Vergilius ait ⟨Aen. IV 143⟩: 'qualis ubi hibernam Lyciam'. Clarium ergo ciuitas est in qua tres dii id est Iuppiter, Neptunus, et Pluton mundum dicuntur fuisse sortiti. in hac Apollo maxime oracula mortalibus dare consueuerat. 320

303 uaticinari **Mψ** *Mombritius*, -re **fSE¹mVφ** ‖ **304–305** Branchi[a]don] *corr.* (*proposuit* Branchidarum *uel Βραγχίδων*) *Bode ad Myth. Vat. I 81* (*80 Kulcsár*), branciaden **SV** ‖ **305** et filio *Jahnke*, filesia **ω** (-io **π**) | pariter *om.* **SV** ‖ **306–307** siue ... puerorum *delendum esse credidit Barth*; *ex certatione de amore* (*φιλία*) *Patronis recte intellexit Fontenrose* ‖ **307** Philesia] *ἔτυμον ex φιλία uel φιλεῖν* (= *amare, osculari*) ‖ **310–320** et apud ... consueuerat] *scholium et corruptum et fortasse interpolatum credo* ‖ **310** Clarium *scripsi* (*cf. Seru. Aen. III 360*), -am **ω** | Didymaeum *scripsi*, -am **ω** | Apollinis est] est apollinis **fE¹V** ‖ **312** Clarii] Didymaei *Barth* | Clarii uocabulo nuncupantur] *sc. et Apollo Clarius et Diana Claria* ‖ **314** Lycia ... est] *urbs est Patara in regione Lycia* | Asiae ciuitas est] ciuitas est asię **Sm** ‖ **317** Clarium *scripsi*, -ia **ω** | id est *om.* **SV** ‖ **318** Pluton] pluto **SV** | mundum dicuntur] dicuntur mundum **SV** ‖ **319–320** dare consueuerat] consueuerat dare **SV**

201 (CORNIGERI) VATIS NEMVS quia in Syrtibus in eo tantum loco ubi Iouis Hammonis templum est, nemus inuenitur. ut Lucanus ⟨IX 525–526⟩:

'solus nemus abstulit Hammon.
325 siluarum fons causa loco'.

201–202 (MOLOSSO) / QVERCVS (ANHELA IOVI) quam Chaoniam dicit hoc est Epiroticam, Molossia enim est in Epiro, ubi solebant columbae sub quercu responsa dare. a n h e l a ergo dixit per similitudinem uatum, qui deo 330 pleni et anhelantes responsa dant. ut est ⟨Aen. VI 48–49⟩:

'sed pectus anhelum,
et rabie fera corda domat'.

203 IPSI AMNES Apollini sacri, quorum haustus uates fa-335 ciunt et poetas [non tamen omnes].

204 SAGIS diuinis. unde 'praesagia' praediuinationes mentis. ut Vergilius ⟨Aen. X 843⟩: 'praesaga mali mens'.

206–207 IAMQVE ERIT ILLE DIES (QVO TE QVOQVE CONSCIA FATIS / TEMPLA COLANT REDDATQVE TVVS RESPONSA SACER-340 DOS) ciuitas enim in eo loco est post condita in quo hiatus terrae Amphiaraum recepit, quae Ampharma uocatur, ut Homerus ⟨Il. II 499⟩ ait, quod illic currus, quem Graeci *ἅρμα* appellant, deciderit. in qua etiam oraculum est, quod Amphiareon uocatur.

322–323 nemus inuenitur] inuenitur nemus **fm** || **327** dicit] -unt **SV**, -itur **M** || **327–328** est in Epiro **Mm**, in epiro est (**f**: *leg.* -rio) **SE^{1}BVπ** || **330** pleni *om.* **Mf** | et *om.* **MfE^{1}Q** || **333** domat] tument *Vergilius* || **335** non tamen omnes *seclusi* || **337** mali mens] mens mali **MS** || **340** enim] postea **SV** | post *om.* **SV** || **341–343** Ampharma] *ex ἀμφ' Ἅρμα haud recte coniuncto*

212–214 (SIC FORTES MINYAS SVBITO) CVM FVNERE TIPHYS / (DESTITVIT NON ARMA SEQVI NON FERRE VIDETVR / REMVS AQVAS IPSIQVE MINVS IAM DVCERE VENTI) ⟨Minyas⟩ accusatiuum casum posuit Minyas aut Argonautas, qui se mortuo Tiphy gubernatore priuatos esse dolueri⟨n⟩t. 345

215–216 (IAM FESSI GEMITV PAVLATIM ET CORDA) LEVAVIT / (EXHAVSTVS SERMONE DOLOR) per sermonis enim uarietatem et luctus leuatur et labor decrescit. Vergilius ⟨Aen. VIII 309⟩: 'uarioque uiam sermone leuabant'. 350

218 DIVERSA hostili. Lucanus ⟨III 654⟩: 'diuersae rostris iuuenem affixere carinae' id est contrariae. 355

220–221 (IPSAEQVE AD MOENIA) MARCENT / (EXCVBIAE) ebrietate aut somno. moenia pro 'muris' posuit. ut Vergilius ⟨Aen. III 255›: 'sed non ante datam cingetis moenibus urbem'.

221 IDAEAQVE TERGA Cretensia tympana. 360

222 (ET MODERATA SONVM) VARIO SPIRAMINE (BVXVS) tibiam significat uarie foratam. Vergilius ⟨Aen. IX 618⟩: 'biforem dat tibia cantum'.

223 ALVMNVM nutritum. alumnus enim ab 'alimentis' dicitur. 365

224 PAEANES pro 'laudibus' posuit. nam paeanes uersus sunt in honorem Apollini dicti propter exstinctum Pytho-

348 Minyas aut Argonautas, qui se] minea autem arigon aut aquis ω, *corr. Jahnke*, Minyas autem Argonautae, qui cum *Varjás* ‖ **349** priuatos *Jahnke*, -us ω, -i fuissent *Varjás* | dolueri⟨n⟩t *corr. Jahnke, iam Varjás* ‖ **353** leuabant] -bat *Vergilius* ‖ **367** honorem *Jahnke*, -e **M**^{pc}**m**, homero **M**^{ac}**fSE**^{1}**V**π

nem. omnis laus Graece dicitur paean ab admiratione. ἐπαινεῖν etenim Graece 'laudare' dicitur. Vergilius ⟨Aen.
370 VI 657⟩: 'laetumque choro paeana ⟨canentes' et ⟨X 738⟩ 'laetumque paeana⟩ secuti'.

224–225 (VBIQVE / SERTA) CORONATVMQVE MERVM secundum Homerum ⟨Il. I 470 et saepius⟩ dixit, qui ait crateras in quibus uinum est coronari. Vergilius ⟨Aen. I 724 uel
375 VII 147⟩: 'crateras longe statuunt et uina coronant'.

231–232 (FETOSQVE CRVENTI) / MARTIS AGROS propter eos dixit qui satis draconis dentibus fuerant nati.

232–233 (TYRIAM REPTANTIA SAXA) / AD CHELYN id est ⟨ad⟩ Amphionis citharam, cuius dulcedine⟨m⟩ secuta
380 saxa exstruxere muros Thebanos.

235–236 ET MVLTA DEDVCTAM (LAMPADE FRATRVM / HARMONIAM) ⟨fratrum⟩ suorum scilicet Cupidinum et Amorum.

237 (GEMMIFERVM ...) HYDASPEN optima enim ibidem
385 sunt lapidum genera.

⟨**242** EXISSE ... VVLTV .. SERENO⟩ ex laetitia prouenisse.

368 dicitur paean **Mf**, pean dicitur **SE¹mVπ** ‖ **369** ἐπαινεῖν] me penes **ω**, epinan *Mombritius*; *corr., ut uidetur, Jahnke, iam Veenhusen* ‖ **370–371** canentes ... paeana *inserui*, canentes *pro* secuti **Qvek** *Mombritius* ‖ **372–374** secundum Homerum ... coronari] *ἔτυμον ex ἐπιστέφεσθαι* (= *ad summum impleri*), *haud recte intellecto* ‖ **374** coronari *scripsi*, -ant **ω** ‖ **375** longe] magnos *Aen. I 724*, laeti *Aen. VII 147* ‖ **379** ad *inser.* **cbR** *Mombritius* | dulcedine⟨m⟩ *corr. Mombritius* (**M** *ualde incertum*; *per manum recentiorem correctum, ut uidetur*): -em **G**ᵃᶜ ‖ **381** DEDVCTAM **AbR**, DEDVCTA **MfFpψ**, D. **Q** ‖ **386** ex laetitia prouenisse *post* motus (**398**) *in* **ω** *ad locum restitui et lemma* EXISSE ... VVLTV ... SERENO *suppleui*

246 QVIN HAVSISSE (DAPES) etiam hoc fecit. ⟨QVIN⟩ confirmantis est.

246–247 INSICCATVMQVE CRVOREM / (DEIECISSE GENIS) inhaerentem caecitatis suae cruorem genis eluisse. 390

250 CAVSA LATET latet causa laetitiae, quia uult poeta crudele esse quod gaudet. quare sit ergo commutatus ad gaudium Oedipus, ignorabant Thebani. erat autem illi causa laetitiae quod dimicat aduersum se ferro germanitas. 395

252–253 (SED PRIMOS COMMINVS ENSES / ET SCELERIS TACITO RIMATVR) SEMINA VOTO id est: tacito uoto auribus menteque captabat hostium motus.

254 INDE EPVLAE (DVLCES IGNOTAQVE GAVDIA VVLTV) hac utique causa perspecta. 400

255 (POST LONGAE PHINEVS) IEIVNIA POENAE Phineus enim propter proditionem sacrorum supplicium meruit Harpyiarum, a quibus prohibitus ne dapes attingeret longo est ieiunii cruciatu uexatus.

262 QVAMQVAM AEGER SENIO senium est morbus senectutis. 405

262–263 (SED AGIT) MISERANDA POTESTAS / (INVIGILARE MALIS) quia maior potestas grauiori semper malo uexatur.

266 (IAM MALE) PERVIGIL IGNIS id est non peruigilans, quia contemptu Argiuorum Thebani uigilias non curabant. 410

387 QVIN *inserui* || **391** causa *om.* **Mf** || **392** sit ergo] ergo sit **SE**[1]**Vψ** || **394** ferro *om.* **Sm** || **402** propter **fmE**[1], *om.* **M**, *om.* enim ... Harpyiarum **π**, *om. schol.* **SV** || **408** malo *scripsi*, laude **ω** *nescio unde*

270 (INSCRIPTAQVE) DEVS QVI NAVIGAT ALNO deum, tutelam nauis, intellegimus cum gubernatore nauigare. habent enim uel sculptos uel pictos praesules suos, quorum
415 nominibus nuncupantur et naues.

271–272 (TEMPVS ERAT IVNCTOS CVM IAM SOROR IGNEA PHOEBI) / SENTIT EQVOS poetice dictum. ceterum non est ut luna solis inueniatur semper aduentu. hic lunam pro nocte posuit.

420 **273** MVGIRE ardore solis stridere.

276 PRODITA deserta.

277 ORBVM uiduatum hoc est sacerdotio carens.

282 (SIMILEM) IVXTAQVE SECVNDVM ut Vergilius ⟨Aen. V 320⟩: 'proximus huic, longo sed proximus interuallo'.

425 **283** (ILLVM INGENS) CONFVNDIT HONOS quia uictus est uerecundatur, id est iudicii ipsius gratia grauatur.

⟨**285** SEQVE ONERI NEGAT ESSE PAREM COGIQVE MERETVR⟩ recte ergo quod uerecunde excusabat dignus erat qui cogeretur.

430 **286–287** [SICVT] ACHAEMENIVS (... / ... PVER) Achaemene Parthorum seu Medorum ciuitas.

414 sculptos *scripsi*, scriptos ω ‖ **425** uictus *Mombritius*, luctus ω ‖ **425–426** uerecundatur **SVπ**, -at **MfE**[1]**m** ‖ **427** SEQVE ... MERETVR *inserui* (*hanc ad lineam glossa* **S**) ‖ **428** qui] quam **M**[ac]**m** ‖ **430** SICVT *seclusi* | Achaemene] achamene **M**, -mone **m** ‖ **431** post ciuitas (*et scholium ad u. 297 interpolatum quod uide infra*) *inser.* **Vπ** Achaemenius patrium est, id est Chaldaeus. Achaemenia ipsa est Chaldaea, uocata ita a quodam crudelissimo rege, de quo in Sedulio ⟨*I 184–185*⟩ legitur: 'cuius Achaemeniam rabies accenderat iram plus fornace sua.' non enim poterat eius ira placari nisi humano sanguine, *quod Jahnke seclusit*

288 (INCERTA FORMIDINE) GAVDIA LIBRAT laetitiae gaudium metu pensabat utrum posset implere quod sumpserat.

289 AN FIDI PROCERES id est: siue recordatione paternae 435 gratiae fides a sociis etiam filio seruaretur.

290 [CVI] CASPIA (LIMINA) Caspiae portae sunt in Armeniorum finibus constitutae. unde Lucanus ⟨VIII 291⟩: 'Caspiaque immensos secludunt claustra recessus'.

293 (NEC ADHVC) IMPLERE TIARAN id est: nec capitis ro- 440 bore diadematis implere mensuram. ipso enim † uelut particulae † ambitu antiqui pro diademate utebantur. tiara enim dicitur pilleum quod in capite gerit sacerdos Martis. unde Vergilius ⟨Aen. VII 247⟩: 'sacerque tiaras'.

294 VBI INTORTO SIGNATVS VELLERE CRINEM infulis tortis 445 caput coronatum fuisse sacerdotis ostendit.

295 CONVENITQVE DEIS placuit. id est: dignus hoc sacerdotio a numinibus iudicatus est.

299 ARBORIBVS VIVIS semper uirentibus ut cupresso aut lauro, aut certe uiridibus id est nuper abscissis. 450

301 INTEGER ANNVS pro parte anni.

303 (HOMINVM DIVVMQVE AETERNA) CREATRIX Tellus.

435 siue *scripsi cum* **f**, sine **ω** || **437** CVI *seclusi* || **439** secludunt] seducunt *Lucanus* || **441** ipso] ipse **Vπ** || **441–442** uelut particulae *obelis distinxi* || **445** infulis] insulis **MS** || **448** *post* ciuitas **(431) Vπ** *inser., quod ad locum restituit et seclusit Jahnke,* NEC FVTILE (*u. 297*) futile uas est quoddam ... bonus in consiliis (= *Seru. Aen. XI 339*) || **449** uirentibus **ψ** *Lindenbrog*, uiuentibus **ω**

304 ANIMARVM (ET SEMINA MVNDO) secundum Pythagoram, qui omnibus crescentibus [uel arescentibus] licet in-
455 sensibilibus animas tribuit.

309 (ET VOLVCRVM) REQVIES uolatus in aere est requies auium terra.

309–310 (FIRMVM ATQVE) IMMOBILE MVNDI / (ROBVR INOCCIDVI) quia sola terra immobilitate fulcitur.

460 **310–312** (TE VELOX MACHINA CAELI) / AERE PENDENTEM (VACVO TE CVRRVS VTERQVE / CIRCVIT) qui[a] mundum opinantur aeternum, terram aiunt pendere aere succinctam. unde Lucanus ⟨I 89–90⟩:

'dum terra fretum terramque leuabit
465 aer'.

CVRRVS VTERQVE solis et lunae, quam antipodarum ... ut Vergilius ⟨Aen. VI 641⟩: 'solemque suum, sua sidera norunt'.

312–313 INDIVISA(QVE MAGNIS / FRATRIBVS) quia commu-
470 nis est Ioui, Neptuno, et Plutoni. etenim cum caelum, mare, inferos inter se sortis euentu diuiderent, sola terra indiuisa permansit.

314–315 SVBTERQVE [SVBTERQVE] AC DESVPER (VNA / SVFFICIS) quae nobis, antipodis, inferisque una eadem
475 sufficis.

453 ANIMARVM *ut lemma recognoui* || **454** uel arescentibus *seclusi* || **456** in *scripsi*, enim **ω**, auium est **S**, auium **V** | aere est *scripsi*, acre *ex* are **M**, aer et **fS** (*inser.* est *post* requies) **mKV**, aerem **A** (*an* -e?) **p**, aer est **QFψ** || **461** qui[a] *corr. Mombritius* || **466** *post* antipodarum *lacunam posui*, uocant *inseruit Mombritius* || **469** -QVE MAGNIS *inseruit Mombritius* || **473** SVBTERQVE[2] *seclusi, om.* **VbRGvek** *Mombritius* (*om., inser. in marg.* **Q**)

320 OMNE HOMINI NATALE SOLVM omnibus est habitabilis terra et generans homines, ut uult opinio sapientum, quamuis imperiti putent rotunditatem in omni circuitu habitari non posse. siue quia omne solum sapienti patria est.

320–322 (SAEVO) / TAMQVAM HVMILI[S] (POPVLOS DECEAT DISTINGVERE FINE / VNDIQVE VBIQVE TVOS MANEAS COMMVNIS) duplex sensus est: tamquam humili populos deceat distinguere fine. et alter sensus: undique ubique maneas communis. 480

331 CEV TE CIRRHAEO (MERITVM TVMVLARET HIATV) monte Parnasso, quia in Cirrha parte montis ipsius hiatus terrae est ubi responsa Delphica dabantur. ut Lucanus ⟨V 95–96⟩: 485

> ‘totius pars magna Iouis Cirrhaea per antra
> exit et aetherio trahitur conuexa Tonanti’. 490

335 PRAESAGA quibus diuinare possis id est sacrificio denuntia⟨re⟩.

338 (QVO RVIS) ILLE ADYTIS MELIOR (LOCVS) id est, ille locus responsis dandis est dignus ubi hiatu terrae sumptus est Amphiaraus. 495

341 [ET] VATI (MORTIS SIMVLACRA REPENDIT) id est: Amphiarao imaginarium funus exsoluit. ut Vergilius ⟨Aen. VI 505–506⟩:

> ‘tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem
> constitui’. 500

478 habitari Q *Lindenbrog*, -re ω ‖ **480** HVMILI[S] *correxi* ‖ **482–483** sensus *bis*] *i. e., sententia, περίοδος* ‖ **490** conuexa] conexa *Lucanus* ‖ **491–492** denuntia⟨re⟩ *correxit Mombritius* ‖ **496** ET *seclusi* | ET VATI *bis* fφ | id est *om.* SV

346–347 (STVPET INSOLITO CLANGORE) CITHAERON / (MARCIDVS) horruit tubarum sonitu mons qui ante consueuerat sacrorum uoces audire. ut Vergilius ⟨Aen. IV 303⟩: 'nocturnusque uocat clamore Cithaeron'.

505 **347** MARCIDVS aut maerore squalidus aut tactu Tisiphones foedatus. (ET TVRRES) CARMEN NON TALE (SECVTAE) ⟨carmen⟩ tubarum. sensus: stupent turres Thebanae sonitum Tisiphones, quae Amphionis fuerant carminibus fabricatae.

510 **353–357** OGYGIIS (IT SORTE CREON ... STIPAT DIRCAEA MENOECEVS) omnium Thebanae ciuitatis portarum nomina eleganter poeta monstrauit: ⟨Ogygias, Neistas, Ho⟩moloidas, Proetias, Electras, Hypsistas, Dircaeas.

358–361 (QVALIS VBI) AVERSI (SECRETVS PABVLA CAELI /
515 NILVS ET EOAS MAGNO BIBIT ORE PRVINAS / SCINDIT FONTIS OPES SEPTEMQVE PATENTIBVS ARVIS / IN MARE FERT HIEMES) ⟨auersi⟩ meridiani id est Aegyptii. Nilus enim Aegypti fluuius est septem capitibus fluens, unde a Graecis *ἑπτάστομος* dictus est. quae omnia eius ostia his nomini-

502 sonitu] -um **SV** || **505** maerore squalidus] squalidus maerore **SV** || **505–506** Tisiphones] -is ω, *corr. Mombritius* || **507** carmen *inserui* | tubarum **Mfπ**, *om.* **SE**[1]**mV** | turres *Vnger 1845*, urbes ω || **508** Tisiphones] -is ω, *corr. Mombritius* || **510** CREON ... STIPAT] *omnia quae inter haec uerba iacent sunt hic intellegenda* || **512** Ogygias, Neistas *inseruit Jahnke* (neistam *post* dirceam **E**[1]) || **512–513** ⟨Ho⟩moloidas *corr.* π *Mombritius* || **513** Proetias *scripsi*, pretercam **M**, proeteum **f**, -am **E**[1]**Vπ**, proeciam **m**, proticias *Mombritius*, Proetides *Jahnke* | Electras *Mombritius*, -am ω | Hypsistas *Mombritius*, -en ω | Dircaeas *Jahnke*, -am ω || **518** est *om.* **M** (*inser. superscr.*) **S** || **519** *ἑπτάστομος* **bRvek** *Lindenbrog* (*επτασμως* eptasmos *Mombritius*), epastomas **MS**, -us **f**, epastmos **E**[1], eptastomos **V**, septastomos **π**

bus nuncupantur: Pelusi⟨ac⟩on, Taniticon, Mendesi[ac]on, 520
Pathmeticon, Sebennyticon, Bolbitinon, Canop⟨ic⟩on.
PABVLA CAELI imbres enim secundum physicos alimenta
sunt fluminum. ⟨EOAS MAGNO⟩ BIBIT ORE PRVINAS bibit
accipit. id est: Aethiopum niues colligit quas praestat
Oriens id est Aegyptus. siue Eoas pruinas bibit se- 525
creto fonte quo Aegyptii regnant. HIEMES aquarum in-
crementa qualia fluminibus hiems solet inferre.

362 DVLCI ... PONTO Nilo specie maris uenienti.

364–365 PRAECIPVE ELEAE ⟨LACEDAEMONIAEQVE COHOR-
TES / ET PYLII⟩ in catalogo horum meminit qui ad auxilia 530
uenerant Amphiarai ⟨IV 237–238⟩:

'auget resupina maniplos
Elis', ...

520 Pelusi⟨ac⟩on *scripsi* | Taniticon *Jahnke*, -aticon ω | Mendesi[ac]on *scripsi* || **521** Pathmeticon *scripsi* (Phatmeticon *Jahnke*), fata mediacon (*corr. in* factameticon) **M**, factamicon **f** *Mombritius*, fatāticon **S**, factamiticon **E**[1]**mV**π | Sebennyticon *Jahnke*, se uenienti **M**, seueniticon **fE**[1]π, seuenitiaon **m**, seuenicticon **V**, *om.* **S**, seueneticon *Mombritius* | Bolbitinon *Jahnke*, conuoluetion **M**, uolueticon **f**, uoluetion **SV**π *Mombritius* | Canop⟨ic⟩on *scripsi* || **523** fluminum **MSVFp**ψ *Mombritius*, fulminum **fE**[1]**mAQG** || **524** id est *inser. post* bibit **SV** || **525** Oriens *Mombritius*, -nti ω || **525–526** secreto] sacrato **M**[pc]**m** || **526** quo] quos **SV**φ || **530** catalogo (**M**)**SVQbRGO** *Mombritius*, -lago **fE**[1] **m**π || **530–531** ad auxilia uenerant] -int (*an* -it? **S**, -unt **V**) in auxilium **SV** || **531** Amphiarai **SV**π, *om.* **MfE**[1]**m** || **533** Elis *Statius*, *Jahnke*, edis **M**, eolis **fE**[1]**m**ψ, aeas **A**, seol' **F**, (-o) solis **p**, *om.* -s Elis et **Q** (*om. schol.* **SV**), Aeoli *Mombritius* | *quod hic nihil dicitur de Lacedaemoniis, de quibus uersus et hic Statii et in catalogo IV 227–236 mentionem faciunt, lacunam posui*

et Pyliorum meminit ⟨IV 224⟩: 'quos Pylos et dubiis Ma-
535 lee ditata carinis'.

365 SVBITVM inopinanter illis praepositum.

366 ACCESSERE REGENTI animum commodauerant. ut Lucanus ⟨III 214⟩: 'accedunt Syriae populi'.

368–369 MINOR ILLE (PER ALAS / SEPTIMVS EXSTAT APEX)
540 Thiodamas sex ducibus minor erat.

370 (PARRHASIIS ...) [SI DETRAHAT] ASTRIS quoniam Helice et Cynosura filiae Lycaonis Arcadis fuerunt. ergo de Septentrionibus dicit.

372 [ET] INCERTI (NVMERANT SVA SIDERA NAVTAE) dubitan-
545 tes, cum sex uideant sidera, utrum ipse sit Septentrio[n]. in Septentrionali Plaustro septem sunt stellae.

374 MAIORQVE (CHELYN MIHI TENDAT APOLLO) id est: non talis qualis solet in lyricis inuocari carminibus aut certe in aliis operibus quae ad res bellicas pertinere non solent,
550 sed m a i o r furiosior[que], qui bellica tuba sit dignus, ut ipse superius ⟨I 45⟩: 'atque alio Capaneus horrore canendus'.

380–381 (CRVENTO) / ANGVE NOTAT dedicat morti.

381–382 (IAMQVE IN MISEROS PENSVM OMNE SORORVM) /
555 SCINDITVR ita enim factum est ut multorum uita pariter finiretur.

534 Pyliorum] filiorum **ω**, *corr. Jahnke* || **537** commodauerant] -unt **Sψ** *Mombritius* || **541** SI DETRAHAT *seclusi* || **542** Arcadis] -es **SV** || **545** septentrio[n] *correxi cum* **Q** || **549** non solent *scripsi*, mos -et **ω** || **550** -que *seclusi, om.* **Qc** *Mombritius* || **551** horrore **SVQψ**, honore **MfE**[1]**mφR**

385 ABOLET(QVE DOMOS CONVBIA NATOS) delet memoriam suorum ac desiderium illis ex animo. et a toto transit ad partes dicendo conubia, natos.

396–397 (ET SPATIIS VTRIMQVE AEQVALIBVS ACTI / ADVENTAT MEDIVMQVE VIDENT) DECRESCERE CAMPVM accessione utriusque exercitus medium quod erat minuebatur spatium. ita enim fuerant uicinitate densati ut campus qui medius fuerat interiret. 560

400 (PARITER) SVSPIRIA FVMANT ex pluri⟨um⟩ ore utique uicinorum sibimet repugnantium. 565

401 (ADMOTAEQVE NITENT ALIENA) IN CASSIDE CRISTAE splendorem galearum inuicem uicina arma reddebant.

402 CONI cacumina galearum.

405 (NONDVM DEFORME) CRVORIBVS AVRVM necessitas enim belli aurum aut perdit aut mutat. 570

406 VITAE PRODIGA (VIRTVS) mortem non curans. Horatius ⟨carm. I 12, 37–38⟩:

'animaeque
prodigum Paulum'. 575

408 SOLIDA NIVE definitio est grandinis.

411 (CVM) LIBYAE BOREAS (ITALOS NIGER ATTVLIT IMBRES) flante enim aquilone hic serenum est, pluit in Africa. unde Lucanus ⟨IX 423⟩: 'et nostris reficit sua rura serenis'. 580

562 quod] qui **Mf**, quia E[1] || **565** pluri⟨um⟩ ore *Varjás*, pluriore **MfmE**[1] *fr. Plimptonianum*, puluere **SV**, -olere **φGO**, olore **Qc**, dolore **bRvek**, ardore *Mombritius* || **574** animaeque] animaeque magnae *Horatius*

415–416 ET MVTVA PERDVNT / (VVLNERA) concursu telorum utrimque frustrabantur.

418 (FORMIDANDAE) NON VNA MORTE SAGITTAE quae et ferro perimant et ueneno.

585 **421–422** NVNC TVRBA RECEDIT / (NVNC PREMIT AC VICIBVS TELLVREM AMITTIT ET AVFERT) modo pelluntur, modo resistentes occupant locum quem amiserant.

428 (PRINCIPIVM PVGNAE ... ASOPIVS) HYPSEVS hic est qui fuit principium pugnae.

590 **432** HIC ET MENTE LACON (CRVDI TORRENTIS ALVMNVS) Lacones potentissimos dicit esse uirtutis. ideo hunc Menalcam fortem memorat tam gente quam mente. crudi autem quia incolae Eurotae fluminis plagis praedurantur ad patientiam agonici certaminis. unde Horatius ⟨carm.
595 I 7,10⟩: 'nec me tam patiens Lacedaemon'. agon ipse *διαμαστίγωσις* dicitur.

434 NE PVDOR IN TERGO hoc ⟨est⟩: hastam pectori infixam retrahit, ne post tergum exeundo uulnus infame uideretur.

600 **436–437** (DILECTA GENIS MORIENTIS OBERRANT) / TAYGETA id est: ⟨Men⟩alcas moriens Tayget⟨a⟩ imaginatur. Taygeta

586–587 resistentes] sistentes **MS** ‖ **588** ASOPIVS *inseruit Mombritius* ‖ **590–591** Lacones] -nos E^{1} (i *supra* n), -nos **mVApψ** ‖ **592** crudi *Mombritius*, -um **ω** ‖ **595** nec me] me nec *Horatius* ‖ **597** hoc *om.* **Sπ** *Mombritius* | est *inseruit Mombritius* ‖ **601** ⟨Men⟩alcas ... imaginatur *scripsi*: alces (*ex* ales **M**) mortans tayget imagine uatum **Mf**, *om.* **Sπ** *Mombritius*, *testes deficiunt* **mK**, *om. schol.* **V** ‖ **601–602** Taygeta autem **M**, taygeta (autem *non lego*) **f**, autem **π**, *om.* **S**

autem mons Laconum est Libero et Apollini sacer.
LAVDATAQVE VERBERA MATRI Tauricae, quam Orestes de
Scythia transtulit. consueuerat humano cruore placari. 605
cuius cum simulacrum in Laconiam delatum fuisset, ne
quod piaculum nasceretur intermissione sollemnis sacri-
ficii neue crudelitati Graeciae populus oboediret, inuen-
tum est ut inter se impuberes pueri de sustinendis uerbe-
ribus contenderent ac se in hanc patientiam prouocarent 610
et super aram Dianae impositi flagellis uerberabantur tam
diu donec ex humano corpore sanguis flueret qui instar
esset sacrificii. hi autem pueri appellantur *βωμονῖκαι.*

440 (ET CERTI NONDVM) TACET ARCVS AMYNTAE celeritas ia-
culantis expressa est ut ante peremptus occumberet quam 615
sonus de arcus tensione cessaret.

445–447 (IPHIN ATROX ACAMAS ARGVM FERVS IMPVLIT
HYPSEVS / STRAVIT ABANTA PHERES) DIVERSA(QVE VVLNERA
FLENTES / IPHIS EQVES PEDES ARGVS ABAS AVRIGA IACE-
BANT) tres occisi diuerso mortis genere sunt, quos poeta a 620
tribus dicit esse prostratos.

448–452 INACHIDAE GEMINI (GEMINOS E SANGVINE
CADMI / ... ERRASSE QVERVNTVR) Graeci gemini geminos
Thebanos aggressi sunt quodam casu per errorem belli et,

603 Tauricae *coni. Lindenbrog* (*immo* Dianae Tauricae), centaurica **ω**, centaurorum **ψ** (-iorum **Fp**) *Mombritius*, Centauricae *Lindenbrog*, Taurica *Jahnke* || **604** cruore] sanguine **fvek** *Mombritius* || **605** Laconiam **MSF**^{pc}**ψ** *Mombritius*, -icam **ftφ**, -am **V** || **606–607** sollemnis sacrificii *Lindenbrog*, -i -cauere **ω** || **607** crudelitati **ψ** *Jahnke*, -te **ω** || **610** impositi] -is **SV** || **612** *βωμονῖκαι*] suouominice **ω**, *recogn. Lindenbrog, iam* bomonice **Q**, -as *Rhodiginus* || **622** CADMI ... ERRASSE *omnia quae inter haec uerba iacent sunt hic intellegenda*

625 cum eos occidissent geminos per ignorantiam, querebantur quoniam et geminos esse se meminerant.

450–452 (SED DVM SPOLIA OMNIA CAESIS / ERIPIVNT VIDERE NEFAS ET MAESTVS VTERQVE / RESPICIT AD FRATREM PARITERQVE) ERRASSE QVERVNTVR nam nudatos armis
630 agnouerunt.

453–455 (CVLTOR ION PISAE CVLTOREM DAPHNEA CIRRHAE / TVRBATIS PROSTRAVIT EQVIS HVNC) LAVDAT AB ALTO / (IVPPITER HVNC TARDVS FRVSTRA MISERATVR APOLLO) uictum minoris dei posuit sacerdotem, ne potio-
635 ris meritis derogaret.

456–457 (INGENTES FORTVNA VIROS) ILLVSTRAT VTRIMQVE / (SANGVINE IN ADVERSO) Tydeum et Haemona[m] dicit, quorum uirtus in alternis belli partibus pro deorum fauore laudatur.

640 **465** (PONTOQVE NEGANT DESCENDERE) MIXTI ne alter alterius nomen incurrat.

472 (SAEVOS) NE DIXERIS ARGOS quasi tibi negauerint sepulturam.

473 (IGNE TVO THEBANE ROGVM CONCEDIMVS) ARDE tuo
645 tibi telo concedimus sepulturam.

477 MAERA SACERDOS Maera nomen est proprium sacerdotis.

624 occidissent **Q** (occidisse st (*sic*) **c**, occidisse se (**t**: ceci-) **bR** (**G**: *om.* se) **Ove** (**k**: -isset se) *Mombritius*, occisis sese **ω** || **625** et **Me** *Mombritius*, etiam **fE**[1]**Vπ** | se *om.* **Mf** || **633** uictum *bis* **Mf** || **636** Haemona[m] *corr.* **Q** *Jahnke* || **641** negauerint] denegauerit **S**, -int **V**

478 PROHIBENTE DEA excusauit cur illis Venus auxilium ⟨non⟩ tulerit.

479 (IT SAEVAS ETIAMNVM) MATER AD ARAS orans pro uestra salute. 650

483 PLEVRONIS ALVMNOS Pleuron ciuitas Aetoliae, apud quam cum mortem Meleagri suae sorores deflerent in aues dicuntur conuersae. ut supra ⟨IV 103⟩: 'fletaque cognatis auibus Meleagria Pleuron'. 655

485 OBVERSVM obstantem ab aduersa parte.

488–489 (FINDVNTVR) VTRIMQVE / TEMPORA (DIVIDVIQVE CADVNT IN BRACCHIA CRINES) ex utraque parte diuisum est caput.

490–491 NON HOC METVENS (INOPINO LIMITE VITAE / EXSILVIT) insperato et nouo mortis genere periit. INOPINO LIMITE (VITAE) quia uitae limes semper est incertus. 660

493 SAEVVS VTERQVE DEVS quia neuter adiuuat decertantes.

502–504 FIDA SOROR (QVAENAM HVNC BELLI CALIGINE NOBIS / CONGRESSVM FORTVNA TVLIT NVM REGIA IVNO / HOC MOLITA NEFAS) nouerca enim sorori uult Herculem repugnare. 665

506 (GENVS HVIC) SED MITTO AGNOSCERE subaudis: 'genus huic magnum nobileque'. sed ἀποσιώπησιν fecit. ut Vergilius ⟨Aen. I 135⟩: 'quos ego –! sed motos praestat componere fluctus'. 670

648 non *inser.* π *Mombritius* || **661** uitae limes] limes uitę **SV** || **663** *post* decertantes *inser.* **V**π et Apollo et Liber

506–509 (SED MITTO AGNOSCERE QVANDO / TV DIVERSA FOVES NEC SI IPSVM) COMMINVS HYLLVM / (TYDEOS HASTA
675 TVI STYGIOQVE EX ORBE REMISSVM / AMPHITRYONA PETAT) ⟨Hyllus⟩ et Amphitryon Herculis et Omphales filii. hic autem Haemon genus tantum Herculis ducit. hoc autem dicit: tanta mihi tui est reuerentia ut contra uoluntatem tuam nec pro liberis repugnarem.

680 **509–511** (TENEO AETERNVMQVE TENEBO) / QVANTVM HAEC (DIVA MANVS QVOTIENS SVDAVERIT AEGIS / ISTA MIHI) docet poeta ingenio uirtutem cedere. nam id agit oratio Herculis blandientis.

514 TV PATREM CAELVMQVE (MIHI) dicit se Mineruae auxi-
685 lio ad caelum usque perductum monstra uincendo.

518 VVLTVS decor quem paulo ante ira mutauerat.

519–520 (SENSIT ABESSE DEVM LEVIVS CADMEIVS HAEMON) / TELA ROTAT (NVLLOQVE MANVM COGNOSCIT IN ICTV) quia iam Haemon tela irrita iaciebat.

690 **522–523** (CEDENTEM ...) / IMPETIT composuit sibi uerbum 'impeto te'. VNI SIBI (MISSILE TELVM) quod ipse solus possit excutere.

675 Hyllus *inser.* π (*Mombritius*) | Omphales filii *Lindenbrog* (*ex* -e -ii *Mombritius*), onfalę -ius **Mfm**, onfalesii **A**, -su **Fp**, omphales ψ, *om.* **Q** ‖ 677 tanta] -um **VφRk**, tamen **Fψ** | mihi tui est **fmπ** *Mombritius*, mihi est tui **M**pc**S**, est mihi tui **E**1**V** | tui] tua **M**ac**AQ** ‖ 681 agit] ait **Sπ** ‖ 682 *post* fratribus (751) *sequitur in* **Vπ** Aegis (*u. 511*) id est ego sub aegide id est pelle leonis constitutus quotiens laborauerim. supple 'tu nosti et exilium mihi praebuisti.' aegis proprie est pellis Amaltheae caprae, quam Iuppiter fertur tenere. sed hic posuit pro pelle leonis, quam ferebat Hercules, *quod Jahnke ad hunc locum spectare recognouit, om. Mombritius edd.* ‖ 683 MIHI *inseruit Mombritius*

524 MARGINE PARMAE extremitate scuti.

527 [HVMERI] LIB[R]ARE perstringere aut leuiter tangere.

534–535 IN LATVS IRAS / (FRANGIT) Horatius ⟨carm. III 22, 7⟩: 'oblicum meditaris ictum'. 695

536–538 (ECCE DVCEM TVRMAE) CERTA INDIGNATVS (IN HOSTEM / SPICVLA FELICI PROTHOVM TORQVERE LACERTO / TVRBIDVS OENIDES) certa ... spicula mortem peragentia, siue quae possent ferire. indignatus Tydeus est Prothoum felici lacerto in hostem spicula certa torquere. 700

545 GAVRANO (DE MONTE) Gaurus mons Campaniae ulmis uitibusque contextus.

546 VTRVMQVE NEMVS suum et uitis.

549–551 (STYGII CVI CONSCIA PENSI / IPSA DIV POSITIS LETVM PRAEDIXERAT ASTRIS) / VRANIE letum eius Vranie praedixerat Musa et conscia uicinae mortis eius astra monstrauerat. 705

556–557 (SOCEROS NEC) TRISTIBVS (ACTIS / AVERSATVS ERAT) propter incestum et parricidium Oedipi. 710

559–560 (IPSE QVOQVE EGREGIVS NEC PECTORA VIRGINIS ILLI / DIVERSA INQVE VICEM SINERET FORTVNA) PLACEBAT ut ille transiret in feminam.

562–564 (RVIT PRIMIS IMMIXTVS ET AGMINA LERNAE / NVNC PEDES ENSE VAGO PRENSIS NVNC CELSVS HABENIS) / 715

693 HVMERI *seclusi* | LIB[R]ARE *correxi ex scholio interpretato* || 695 meditaris] -antis *Horatius* || 705 LETVM ... ASTRIS *inseruit Mombritius* (*leg.* ARIS *pro* ASTRIS, *quod corr. Ven. 1483 1490*) || 711 PLACEBAT] -BANT *Statius Jahnke, sed Lactantius* diuersa, *ut uidetur, 'in forma' intellexit*

CEV SPECTETVR (AGIT) sic pugnabat quasi uirtutis suae ⟨a⟩ iudice spectaretur.

565 SVRGENTES (... VMEROS) crescentes, quia adhuc puer erat.

720 **567** CONIVGE Ismene scilicet.

568 PRESSERAT sculpserat siue caelauerat.

569 TALIBVS non ualidis, sed pulchris.

570 GRASSATVS exstinguendo saeuiens.

572 [SIC] HYRCANA ... VMBRA Arabicae siluae. et est Ara-
725 bia inhospitalis. ut Vergilius ⟨Aen. IV 367⟩: 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres'. (LEO) CASPIVS [subaudis] Armenius.

574 MAGNI ... SANGVINIS tauri aut hominis.

577–578 (MOX IGNOTVM ARMIS AC) SOLO CORPORE
730 (MENSVS / TYDEA NON TIMVIT) non uirtute Tydeum permensus est, sed corporis paruitate.

586 HAVSIT penetrauit siue percussit.

587 HAVD DVBIVM FATI procul dubio periturum.

589–590 (PROCVL) ARCEAT IPSVM / (FERRE PVDOR) se ip-
735 sum dicit pudore tardari, ne sic turpes delicatas⟨que⟩ de hoste exuuias domum referret.

590–591 (VIX SI BELLVM COMITATA RELICTIS / DEIPYLE THALAMIS ILLI) ILLVDENDA (TVLISSEM) ostendit arma mo-

715 AGIT *ut partem lemmatis recognouit Varjás* | a *inserui* || 723 SIC *seclusi* || 725 subaudis *seclusi* || 729–730 Tydeum permensus est] permensus est tideum SV || 734 -que *inseruit Mombritius*

rientis ita cultu ipso fuisse deformia ut mulieribus ad illudendum tantummodo apta uiderentur. 740

597–598 (AT NON SEMIANIMI CLAMORE MENOECEA LAPSVS) / FALLIT ATYS ordo: lapsus Atys non fallit Menoecea clamore semianimi.

599–600 (INSTABAT PVBES TEGEAEA IACENTI) / NEC PROHIBENT TYRII spoliabant Atyos cadauer Arcades nec repugnabant Thebani. 745

601 TERRIGENAS (MENTITA PARENTES) quia degenerastis ab illorum uirtute qui dicuntur draconis dentibus satis de terra progeniti.

604 PIGNORA TANTA coniuges liberosque. 750

608–609 (PAR ALIVD MORVM MISERIQVE) INNOXIA PROLES / (OEDIPODAE) dissimiles fratribus ac per hoc moribus bonis eruditae quae se non oderant. ut alibi ⟨Theb. VII 479⟩: 'hinc atque hinc natae, melior iam sexus'. ad mores meliorem sexum rettulit, non ad naturam. 755

610 NEC MALA (QVAE IVXTA) id est bella praesentia.

614–615 NVTAT (VTROQVE TIMOR QVEMNAM HOC CERTAMINE VICTVM / QVEM VICISSE VELINT) dubitabant germanae cui magis fratrum timerent.

615 (TACITE PRAEPONDERAT) EXSVL Polynici tamquam exsuli plus fauebant. 760

744 Atyos *scripsi*, atys *uel* -yis ω (atius S), Atyis *Jahnke* || **746** MENTITA *inseruit Mombritius* || **747–748** de terra *om.* **SV** || **751** *post* fratribus (*et scholium interpolatum ad u. 510 quod uide supra*) *inser.* **V**π SIC PANDIONAE (*u. 616*) uolucres dicit propter Prognen et Philomelam, quae filiae Syrii erant Pandionis, *quo remoto ordo in codicibus scholiorum seruatur* || **753** iam (?) *del.* (?) **M**, *om.* **mV**

619 (TRVNCVM AC FLEBILE) MVRMVR confusus sonitus lacrimantium et sine significatione uerborum.

623 QVAE DECEPTA FIDES fides est in somniis quia uidi-
765 mus, decepta quia falsa sunt quae uidimus.

625–627 (ECCE EGO QVAE THALAMOS NEC SI PAX ALTA MANERET) / TRACTAREM SENSV (PVDET HEV CONVBIA VIDI / NOCTE SOROR) excusauit quia illa uidere dicimur in somniis quae habemus in uoto.

770 **629** (DVM MEA) NESCIO QVO (SPONDENTVR FOEDERA PACTO) eleganter affectum uirginis expressit poeta. dicit enim se nuptiarum ordinem ignorare.

630 (RESPEXI) NON SPONTE SOROR dicit se casu aberrantibus respexisse oculis.

775 **637** RECEPTVS ab hostibus liberatus.

639–640 (DEPENDET LANGVIDA CERVIX / EXTERIOR) CLIPEO nam super clipeum ferebatur.

645 SAEVVS PVDOR qui officium prohibebat.

646 SVMMVM ultimum.

780 **647–649** (QVATER IAM MORTE SVB IPSA / AD NOMEN VISVS DEIECTAQVE) FORTITER ORA / (SVSTVLIT) cum ei diceretur praesens esse Ismene eius sponsa.

651–652 (POSITVSQVE) BEATA / MORTE (PATER) qua faciente funus filii non potuit cernere.

763 quia] qua *Lindenbrog*, quae *Jahnke* || **766** TRACTAREM] -RE **V**π || 775 clipeum] -o *proposuit Jahnke*, *iam* **Q**[ac]**O**[ac] || **782–783** qua faciente (= praeualente *uel sim.?*); *cf.* quo faciente *ad VII 112–113* || **782** qua] quia **fS** (*om.* faciente) **E**[1]

655 ALIIS SERPENTIBVS recentioribus, quasi primi defecissent. 785

658 LVCEAT ENSIS quasi purus sanguine.

663 ILLVM FVGIVNT(QVE TREMVNTQVE) Tydea scilicet, quem cuncti acriter formidabant.

665 (MAESTAMQVE) REPENDERE NOCTEM ⟨noctem⟩ restituere in qua quinquaginta insidiantes sibi Thebanos occiderat. 790

666–667 (ILLE EGO) INEXPLETIS (SOLVS QVI CAEDIBVS HAVSI / QVINQVAGINTA ANIMAS) ⟨inexpletis⟩ pro 'inexpletus'. ad caedem transtulit uel quod ad suum animum pertinebat, quem Thebanorum contentum caede tantorum ⟨negat⟩. 795

671–672 VBI AVTEM / (EGREGIVS DVX ILLE MIHI) sic dixit quasi in recordationem hominis illius casu inciderit.

673–674 (CAPITIS ... SVPERBI) / FVLGORE ornamento diadematis regii. 800

675 FLAMMIGER ALES aquilam dixit quae Iouis fulminibus seruit.

678–679 (IMVS) IN ARMA PALAM (TANDEMQVE OSTENDIMVS ENSES / AN NOCTEM ET SOLITAS PLACET EXSPECTARE TENEBRAS) tangit illud quod occulte illi insidiatus est, et dicit se aperta luce uirili modo uelle confligere. 805

793–794 inexpletus] -plebilibus *Jahnke*, -plicitis *Mombritius*, -plebilis **vek** *Lindenbrog* || **796** negat *supplendum proposuit Jahnke* || **798** hominis *scripsi*, nominis ω || **800** regii *om.* **SV** || **801** quae **SV**π, quare **Mfm**

686–688 (CRVDELIS ERINYS / OBSTAT ET INFANDO DIFFERT ETEOCLEA FRATRI / CVSPIS IN ARMIGERVM PHLEGYAN) PEC-
810 CAVIT elocutio speciosissima quae hoc significat: cuspis missa in Eteoclen peccauit in perniciem Phlegyae quem percussit.

691 NOCTE SVB ATRA in qua est molitus occidere.

694 ILLVM iuuencum.

815 ⟨**698** TRVNCIS SVA MEMBRA REMITTIT⟩ ad mortem tot homines quot membra sunt.

706 GENTILIS APER de ea gente, unde Tydeus fuerat, id est Calydonius[, qui a Meleagro occisus est]. et hic aprum pro 'pelle' posuit.

820 **706–709** NVSQVAM ARDVA CONI / GLORIA (QVIQVE APICEM TORVAE) GRADIVVS (HABEBAT / CASSIDIS HAVD LAETVM DOMINO RVIT OMEN INVSTA / TEMPORIBVS NVDA AERA SEDENT) ⟨Gradiuus⟩ in catalogo, dum arma ipsius poeta describeret, ait ⟨Theb. IV 111⟩: 'patrius stat casside Mauors'.
825 ⟨INVSTA / TEMPORIBVS NVDA AERA SEDENT⟩ decusso coni ornatu nudato uertice impressisque fragmentis galeae ossa sunt capitis calefacta. ut Lucanus ⟨VI 193–194⟩:

> 'et galeae fragmenta cauae compressa perurunt
> tempora'.

830 **710** (VERTICE PERCVSSO VOLVVNTVR) IN ARMA de capite in scuta cadebant.

810 Eteoclen *scripsi*, -em ω ‖ **814** TRVNCIS ... REMITTIT *scripsi pro* ILIA TORVI (*u. 697*) *in* ω ‖ **817** qui ... occisus est *seclusi* ‖ **824** INVSTA ... SEDENT *scripsi pro* NVSQVAM ARDVA CONI GLORIA (*u. 706*) *in* ω ‖ **826** Lucanus *Jahnke*, uirgilius ω (*error autem fortasse Lactantii; cf. ad VIII 124*) ‖ **829** VOLVVNTVR *inseruit Mombritius*

711–712 (IAM SAVCIA PROLVIT ATER / PECTORA PERMIXTVS SVDORE ET) SANGVINE TORRENS fluuium fecerat sudoris et sanguinis.

713–714 (PALLADA FIDAM / LONGIVS OPPOSITA CELANTEM) LVMINA PARMA quia erubescebat Minerua ⟨de⟩ficere uirtuti. 835

717 (TELI) NON EMINET AVCTOR non est ausus gloriari Melanippus se auctore [uirtutum] interemptum Tydea.

718–719 ASTACIDES (MELANIPPVS ERAT NEC PRODIDIT IPSE / ET VELLET LATVISSE MANVM) missor lanceae. hic descriptio ex insidiis iaculantis Melanippi. 840

⟨**724** RIMATVS⟩ eum intuen[te]s.

727 PERIT EXPRESSVS (CONAMINE SANGVIS) Lucanus ⟨III 679⟩: 'hostilem dum torserit, exeat, hastam'. 845

728 QVIS ARDOR exclamatio per interpositionem.

733–735 (SED ET IPSE) RECEDERE CAELVM / (INGENTESQVE ANIMOS EXTREMO FRIGORE LABI / SENSIT) ad opinionem rettulit morientium.

736–739 NON OSSA PRECOR (REFERANTVR VT ARGOS / AETOLVMVE LAREM NEC ENIM MIHI CVRA SVPREMI / FVNERIS ODI ARTVS FRAGILEMQVE HVNC CORPORIS VSVM / DESERTOREM ANIMI) non quaero ut membra mea onerent patriam 850

835–836 ⟨de⟩ficere uirtuti *scripsi*, facere -em ω ‖ **837** est ausus] ausus est SV ‖ **837–838** Melanippus *Jahnke*, menalippus ω | Melanippus se] se menalippus S, se menalippus se V ‖ **838** uirtutum *seclusit Jahnke*, *om. Lindenbrog* ‖ **841** Melanippi *Jahnke*, menalippi ω ‖ **842** RIMATVS *scripsi pro* PER OPPOSITOS (*u. 742*) *in* ω | intuen[te]s *scripsi* ‖ **844** dum] cum *Lucanus* ‖ **852** onerent] honorent **MbRG** *Mombritius*

sepulturam, non ut ossa tumulo humata seruentur. odi
855 enim corpus quod spiritum uirorum fortiter pugnantium deserit.

741 (NEC ME VIRTVS SVPREMA) FEFELLIT scio enim me certa in Melanippum tela torsisse.

742 ARGEI (... SANGVINIS) Argiui.

860 **743** HIPPOMEDON maritus Nealcis, Adrasti ⟨sororis⟩ filius.

⟨**743–744** O PRIMIS PVER INCLVTE BELLIS / ARCAS⟩ id est Parthenopaeus. ⟨ARGOLICAE CAPANEV IAM MAXIME TVRMAE⟩ quia Tydeo uiuente hunc secundum fuisse constabat.

750 CLAMANTIBVS cum admiratione fauentibus.

865 **751** (ERIGITVR TYDEVS) VVLTVQVE OCCVRRIT quia retentus uulnere toto non potuit corpore subleuari.

753 (SESEQVE) AGNOVIT IN ILLO id est: tam illum spirantem animam quam se.

755 GLISCIT irascendo in maius accenditur.

854 fortiter *proposuit Jahnke, iam* Q, fortium ω ‖ **857** Melanippum *Jahnke*, menalippum ω ‖ **858** ARGEI *Schrader*, ATREI ω. *Hippomedon aequalis erat aeuo Atrei* (*cf. IV 306–308*), *quocum non erat, quoad cognoui, genere conexus* ‖ **859** Nealces *scripsi*, -is ω (*A. Klotz p. 502 n. de seruando etacismo fortasse recte monuit*) | sororis *inser. Varjás*, *'fortasse alii malent scribere' Vnger* (*ad I 44*), frater Nesimachi *A. Klotz p. 502* (nepos *pro* filius *Barth*) | id est Parthenopaeum *post* secundum (**862**) *in* ω *lemmate instruxi, in* -us *correxi, et ad locum restitui* ‖ **861–862** ARGOLICAE ... TVRMAE *pro* ARCAS (*u. 744*) *in* ω (*Jahnke iam monuit maiorem scholii partem ad* IAM MAXIME *pertinere*), *scripsi*, CAPANEVS (*sic*) *Varjás* ‖ **862** uiuente *Grotius*, iubente ω

755–756 (TEPENTIS / LVMINA TORVA VIDENS ET ADHVC) DVBITANTIA FIGI quia his quibus recens mors est oculi uidentur errare. 870

762 NEC COMITES AVFERRE VALENT non ualent Tydeo caput tollere Melanippi.

765–766 (NEC PRIVS ASTRA SVBIT QVAM MYSTICA) LAMPAS (ET INSONS / ELISOS MVLTA PVRGAVIT LVMINA LYMPHA) scelera enim uisa aut igni aut aqua purgantur. ELISOS fluuius est. 875

873 Melanippi *Jahnke*, menalippi ω

LIBER IX

Eteoclis allocutio hortantis exercitum ut rapiant corpus Tydei. nuntius mortis Tydei ad Polynicen et eius lamentatio uel allocutio Hippomedontis. pro cadauere Tydei di-
5 micatio. factio Furiae auertentis Hippomedontem a defensione cadaueris. ablatio ipsius cadaueris. allocutio Hippomedontis ad equum Tydei et eius pugnae diuersae in Ismeno flumine. cuius cum nepotem occidisset nomine Crenaeum, matre lamentante et conquerente com-
10 motus fluuius coepit contra Hippomedontem undas mouere. mors equi Tydei. pedestre certamen Hippomedontis in fluuio. conquestio Hippomedontis quod in fluuio moreretur. Iunonis apud Iouem de hac re querela. mors Hippomedontis. mors Hypsei, Asopi fluminis filii, ducis The-
15 bani. somnium Atalantes praesagium de morte filii Parthenopaei. deploratio eius in templo Dianae. profectio ad auxilium Parthenopaei. occursus Apollinis et de eius morte uaticinatio. aduentus deae ad Thebas, et quibus artibus tutata sit puerum. indignatio Martis contra Dianam
20 Venere stimulante. Dryantis electio. mors Parthenopaei cum allocutione ad ⟨D⟩orceum, custodem suum.

3 Polynicen] -em **MVQψ** || 14 Asopi *scripsi* (*eum filium Asopi fuisse monstrauit Jahnke*) *ex contextu corruptum*, ismeni **ω** (*cf. schol. ad IX 398*) || 19 tutata] tuta **fπ** || 21 ⟨D⟩orceum *corr. Jahnke, iam* **Q**

1–2 (ASPERAT AONIOS RABIES AVDITA) CRVENTI / TYDEOS crudelitatis arguitur quia caput hostis moribundus absumpsit.

3–4 (CVLPANTQVE VIRVM ET RVPISSE QVERVNTVR) / FAS ODII quod ultra fas et illicita crudelitate in mortui hominis cadauer ita furit. 25

4–7 (QVIN TE DIVVM IMPLACIDISSIME QVAMQVAM / PRAECIPVVM TVNC CAEDIS OPVS GRADIVE FVREBAS / OFFENSVM VIRTVTE FERVNT NEC COMMINVS IPSVM / ORA SED ET TREPIDOS RETRO TORSISSE) IVGALES tanta crudelitas in scelere Tydei fuit ut etiam cruentum numen nefas horruerit. 30

11 VRNAE uasa, in quibus mortuorum ossa conduntur.

17 (PVLCHRI O) SOLACIA LETI *εἰρωνικῶς*. id est pulchri pro 'crudelis'. 35

19 FERRVM ... FACESQVE 'tenemus' subaudis.

23 (TERRAEQVE) FVGAM id est hiatum terrae.

24 (SVA ...) HVMVS solum patriae suae.

28 INCESTARVM AVIVM id est humano sanguine pollutarum, siue quia cadauera eminus sentiunt. 40

28–29 [AVRA] NOCENTEM / (AERA) id est mortibus uitiatum. ut Lucanus ⟨VII 830⟩: 'aera non sanum motum⟨que⟩ cadauera sentit'.

29 (SINE) FVNERE id est sine mortis officio.

22 ASPERAT ... AVDITA *inser.* **bRG** *Mombritius* || **31** RETRO TORSISSE *inseruit Mombritius* (RETRO T. $E^{2\ uel\ 3}$, TORSISSE **m**) || **33** ossa] corpora **SV** || **41** AVRA *seclusi* || **41–42** uitiatum *scripsi*, -am **ω** || **43** -que *inseruit Jahnke ex Lucano* | cadauera] -e *Lucanus?* || **44** SINE *inseruit Mombritius*

45 **37–38** (NIMIVM NAM COGNITA VIRTVS / OENIDAE CREDI LETVM) SVADETQVE (VETATQVE) suadere uult quod nimia uirtus faciat semper incautos. siue illud magis asserit quod interdum nimia uirtus consilio careat.

55–56 (GAVDIA) TANTI / EMPTA MIHI id est Tydei morte.

50 **61** PRIMAE ... NOCTIS sacrae.

68 TELAMONA hic Meleagrum dicitur unice dilexisse ut Theseus Pirithoum.

⟨**69** QVALIS⟩ quantus.

70 QVIS (TVVS HIC QVIS AB HOSTE) CRVOR quia [et] san-
55 guine fuerat Tydeus aspersus.

71–72 (NVM FALLOR ET IPSE) / INVIDIT PATER (ET TOTA MARS IMPVLIT HASTA) tantae uirtutis uult ostendere Tydeum fuisse ut etiam patris sui Martis tangeretur inuidia.

75 (TVNE MEOS HOSTES) HVC VSQVE (EXOSVS) usque adeone
60 furuisti ut inimicos dentibus suis absumeres?

75–76 VLTRA / SOSPES EGO tibi superstes sum? cum exprobratione dicitur. ut Vergilius ⟨Aen. X 849⟩: 'morte tua uiuo'.

⟨**89** CONLECTA ... PECTORA PARMAE⟩ sub scuto curuata.

65 **90** FIXERAT inhaeserat.

49 (GAVDIA) TANTI ... MIHI] QVANAM ... MORTE (*u. 61*) *Jakobi, fortasse recte* | Tydei *Jahnke, iam* **m**, etheoclis **M**π *fr. Plimptonianum* (*ceteri testes deficiunt*) || **50** PRIMAE ... NOCTIS sacrae *non intellego* || **53** QVALIS *inserui et* quantus *post* CRVOR (**54**) *in* ω *ad locum restitui* || **54** et *seclusi, om.* **QR** || **58** etiam *om.* **SV** || **60** furuisti ... absumeres *scripsi* (-is ... as- *Varjás*), -ruit ... assumeret (*corr. in* ab- *Jahnke*) ω || **63** uiuo] -ens *Vergilius* || **64** CONLECTA ... PARMAE *scripsi pro* COLLATA (*u. 88*) *in* ω, COLLECTA *iam Damsté*

92 DE CAELO METVS tempestatum causa.

93 RIGENTEM duram.

95 (VALIDAM) SIMVL ELICIT HASTAM simul et uerba profert et ictus praeparat Eteocles.

96 NON PVDET HOS MANES id est cadauer intueri. 70

102–103 (NVLLAE ILLVM VOLVCRES) NVLLA IMPIA MONSTRA (NEC IPSE / SI DEMVS PIVS IGNIS EDAT) ita Tydeum Melanippi cadauere funestatum dicit ut corpus eius horreant etiam ferae consumere.

105 ORBE SECVNDO clipei. ostendit non unius tegminis 75 Hippomedontis scutum fuisse.

107 EXCELSO TERRORE pro 'excelsi terroris'.

109 INGLORIA indecora.

112 (PROFERT) RECIPIT(QVE) irruit in hostes recipitque se.

116 TVNC PRIMVM FETA in primo enim partu maior est fe- 80 tus affectio.

120–121 (POTESTAS) / REDDERE TELA (FVIT) in se ab hostibus missa in ipsos iterum retorquere.

122–123 (PISAEAQVE) PRAEPETIS (IDAE / TVRMA SVBIT) aut altissime posuit uolantis – ut Vergilius ⟨Aen. V 254– 85 255⟩:

'quem praepes ab Ida
sublimem'

– aut certe † augurem sequentis †.

67 duram *scripsi cum* S, -um ω ‖ 71 MONSTRA **M** (*del.*) π, *om.* **mV** ‖ 72–73 Melanippi *Jahnke*, menalippi ω ‖ 79 recipitque] -cepitque **fV** ‖ 88 sublimem] -en **M**π ‖ 89 augurem sequentis *obelis distinxi*

90 **125** CVNCTATA morata.

127 PHOCEA (... CYDONA) de Phocea regione. TANAGRAEVM (... PHALANTHVM) Arcadicum.

129 SPES pro 'metu'.

⟨**134–135** POSITVM ... / ... CAPVT⟩ id est Tydei cadauer.

95 **136** MINAE terrores hostium.

148–150 SED MEMOR ELYSII (REGIS NOXASQVE RECENSENS / TYDEOS IN MEDIOS ASTV SVBIT IMPIA CAMPOS / TISIPHONE) qui scelera solet ulcisci. non enim exciderant Tisiphone⟨s⟩ animo scelera quae Tydeus parricidio
100 perpetrarat. siue quod nuper Melanippi caput absumpserat.

153 (IVSSI) TENVERE SILENTIA (CRINES) Furiarum nullis crinibus sibilarunt angues.

155 BLANDA non horrore terribilis.

105 **156** ADMIRATVRQVE (TIMOREM) quia latebat causa mirabatur in se Hippomedon timorem.

166 LIBRABATQVE METVS dubitabat cui magis, Tydei cadaueri an Adrasto, ⟨subueniret⟩.

170 (RECIPIENS TAMEN ET) REVOCENT (SI FORTE PARATVS)
110 utrum se socii sui quasi inualidi reuocent ad protegendum Tydei cadauer.

94 POSITVM ... CAPVT *scripsi* (CAPVT *iam Mombritius*) *pro* PRENSO CRINE (*u. 135*) *in* **ω** || **98–99** Tisiphone⟨s⟩ *corr.* (**Q**: the-) *Lindenbrog*, -e **MVφ**, te- **fmψ** || **100–101** absumpserat *scripsi cum* **vek**, as- **ω** || **103** sibilarunt] -rum **MVψ** || **108** subueniret *inser.* **π** *Mombritius* || **110–111** ad protegendum ... cadauer *proposuit Jahnke*, *iam* **QO**^pc^ (*uel* -re*?*), a -o ... -e **ω**, ⟨PARATVS⟩ -o -i *Varjás*, *iam* -o ... -i *Barth*

174 (INNVMERI GALEAM RVPERE) CERASTAE quando ab armato milite in priorem transfigurata est formam.

178 VICTORQVE VLVLATVS quia est luctus et laetitiae ululatus. ut Vergilius ⟨Aen. IV 168⟩: 'summoque ulularunt uertice Nymphae'. 115

⟨**180** PRO DVRA POTENTIA FATI⟩ exclamatio per interpositionem.

181–183 (MODO CVI THEBANA SEQVENTI / AGMINA SIVE GRADVS SEV FRENA EFFVNDERET INGENS) / LIMES (VTRIMQVE DATVS) siue equiti siue pediti uia dabatur Tydeo a fugientibus hostibus. 120

184–185 (IVVAT ORA RIGENTIA LETO / ET FORMIDATOS) IMPVNE LACESSERE (VVLTVS) delectabat Thebanos secure insultare cadaueri. 125

⟨**194** DAMNAQVE COMMEMORANT⟩ rura ouiliaque uastauerat.

194–195 (SEV IAM SVB CVLMINE FIXVS / EXCVBAT ANTIQVO SEV PENDET) GLORIA LVCO de uenatione gloria aut de ferae magnitudine. luco uero aut Dianae aut Siluano. alia sunt quae figuntur, alia quae a pastoribus templorum tholis suspenduntur. dentes et cornua figuntur, pelles et alia 130

117 PRO DVRA *scripsit Jahnke* (*cui* POTENTIA FATI *addidi*), PRO DVRA POTENTIA V, *quod rectum iudicauit Funaioli p. 503 n. 2, pro* PRAECORDIA (*u. 179*) *in* ω | et *inser. post* exclamatio **SV** || **124** LACESSERE **fSmQGOvek** *Mombritius*, -SCERE **Mπ** || **126–127** rura ... uastauerat (**Mfm**, *om.* **SVπ** *Mombritius*) *post* magnitudine (**130**) *in* ω *scholium esse recognoui et cum lemmate* DAMNAQVE COMMEMORANT *ad locum restitui*; *deestne* quod *uel sim.?* || **129** ferae *Wowerius* (*iam* **Q**), ferrea ω || **130** luco **SVπ**, -io **Mfm**

suspenduntur. ut Vergilius ⟨Aen. IX 408⟩: 'suspendiue tholo aut sacra ad fastigia fixi'.

135 **201** SOLVTI aut fracti aut a frenis liberi.

202 IMPEDIVNT retardant. FEMVR Hippomedontis scilicet.

202–203 ⟨QVOD CVSPIDE FIXVM⟩ / REGIS ECHIONII supra ⟨uu. 104–105⟩ enim de telo Eteoclis dixit clipeum Hip-
140 pomedontis fuisse transfixum:

'quod in aere moratum
transmissumque tamen ⟨clipei stetit orbe secundo.⟩

207–208 ⟨FATORVM [I]GNARVM DOMINI SOLVMQVE⟩ FREMENTEM / ⟨QVOD VACET⟩ poetis licet equis humanos sensus
145 dare. dicit ergo poeta equum Tydei doluisse mortem domini. ut Vergilius ⟨Aen. XI 89–90⟩:

'post bellator equus positis insignibus Aethon
it lacrimans'.

208 ⟨INQVE ACIES⟩ AVDENTIOR ⟨ILLE PEDESTRES⟩ fretus
150 Hopleus auxilio equi audebat hostiles peditum cateruas impetere.

209 NOVA PONDERA Hippomedonta.

213 ⟨AETOLO⟩ SATIABERE CAMPO cursu uel pastu.

216 EXTORREM in exilio degentem, quasi cuius umbra ca-

139 clipeum *scripsi*, femur ω (*ex contextu interpolatum*) ‖ **142** clipei ... secundo *suppleui* ‖ **143** [I]GNARVM *scripsi ex sensu scholii* ‖ **149–151** ⟨INQVE ACIES⟩ AVDENTIOR ... impetere] *haud recte, ut uidetur,* ILLE (= *Tydeus*) *Lactantius intellexit*

reat patria sepultura. (NEV) TV QVOQVE (LAESERIS VMBRAM) ut ego eum relinquens laesi manes Tydei. 155

218–219 (AVDISSE ACCENSVMQVE PVTES HOC) FVLMINE RAPTVM / (ABSTVLIT) intellegi uult poeta exhortationes Hippomedontis equum sensisse, cum significat eum in uindictam domini tantae uelocitatis nimietate correptum. 160

219 SIMILES ... HABENAS non impares domini uiribus. habenas enim pro rectore posuit.

221 IPSVM partem Centauri quae hominem profert.

222 CAMPVS subaudis 'tremescit equinam partem semiferi'. 165

223 ILLE [SVPER] Hippomedon. NECOPINA quia maxima celeritate et subito necopinantes oppressit.

224 (LINQVIT TRVNCOS) POST TERGA CADENTES tanta celeritate fugientibus absiderat capita ut eo transeunte occisorum caderent corpora. 170

226 SIGNA MALI interpositio est. id est: haec erant indicia Hippomedontis exitii.

227 ILLA BREVIS REQVIES mora fluuii fugientibus Thebanis e tardatione Hippomedontis paruam requiem tribuit.

228–229 (STVPET) HOSPITA BELLI / (VNDA) noua cladibus, quae adhuc nullo fuerat belli cruore fuscata. 175

231 ADVERSAE contra positae.

155 NEV *inser.* **V** *Mombritius* ‖ **163** profert] pre- **SmE**[2 *uel* 3] *Mombritius* ‖ **164** tremescit] -iscit **π** *Mombritius* ‖ **166** SVPER *seclusi* ‖ **172** exitii **fQψ**, -u **MmVφ**, -us **S** ‖ **174** e **V**, et **MSπ** (et (ar-) **Fp**), est **f**, *om.* **Q** *Jahnke* ‖ **176** belli cruore] cruore belli **SV**

233 ATTONITIS Thebanis. LONGVM (DIMITTERE HABENAS) interpositio a mora.

180 **234** SICVT ERAT id est armatus.

234–235 (TANTVM VIRIDI DEFIXA PARVMPER / CAESPITE POPVLEO) COMMENDAT SPICVLA (TRVNCO) sua scilicet, ne eum in flumine impedirent.

237–238 (QVANTVM / TENDERE CONATVS ANIMAE VALVERE)
185 SVB VNDIS hoc est: quantum poterant eorum spiritus sub undis durare. Lucanus ⟨III 697⟩: 'animam seruare sub undis'.

239 TVRPE LATENT pro 'turpiter celantur'.

240 [SED] VINCLA [TENENT] calciamentorum stricturae.

190 **241** DEDVCIT PECTORA mergit aut trahit fluminis alueo.

245 TVRBA [LACVS] piscium multitudo.

247 EMICET id est delphinus. (VISIS MALIT CERTARE) CARINIS ut magis eligat carinis illudere quam insequi pisces.

250–251 (CONSVETAQVE CAMPO / FLVCTVAT ET MERSAS LE-
195 VIS VNGVLA) QVAERIT ARENAS titubat equus flumen ingressus et quaerit campum ubi firmos solet gressus infigere.

253–254 (EVASVRVMQVE) RELICTO / (AMNE) quia iam prope riuum euaserat fugiens.

254–255 (NI FATA VETENT ET) STAMINE PRIMO / (ABLATVM
200 TELLVRE MORI) id est: erat notio uel institutio Parcarum

180 id est *om.* SE[2 uel 3] ‖ 185 quantum Qψ *Mombritius*, quam ω ‖ 189 SED *et* TENENT *seclusi* | stricturae ψ *Lindenbrog*, structurae ω ‖ 191 LACVS *seclusi* ‖ 198 riuum (p) *Jahnke*, ripam ω

ut in fluuio potius moreretur quam in terra. ABLATVM negatum ⟨a⟩ Fatis.

257 (AMNIS) VTRVMQVE TIMET et Hypseum et Hippomedonta, quoniam uterque in flumine dimicabat.

260 REDEVNT aquarum impulsu reductae. 205

263 SVMMA [VAGIS] (... FLVMINA) superficies aquarum.

265 (EFFLANTESQVE ANIMAS RETRO PREMIT) OBVIVS AMNIS exeuntem spiritum aqua infusa gutturi retardabat id est non sinebat spiritum exire de corpore.

274–275 RESOLVTVS (... / EMERSISSE VADIS) amplexu fra- 210 tris liberatus flumen euadere.

277 NODATO GVRGITE quia astringit uertigo fluuii natantes et non dat spatium euadendi.

280 MILLE MODIS LETI (MISEROS MORS VNA FATIGAT) quia mori coeperat unusquisque. sicut Lucanus ⟨III 689– 215 690⟩:

'mille modos inter leti mors una timori est,
qua coepere mori'.

281 INDVIT totum pertransiit.

282 (NVSQVAM) AVCTOR (ERAT) qui uulnus inflixerat nus- 220

201 moreretur quam **m** *Mombritius*, quam moreretur ω ‖ 202 ABLATVM ... Fatis *post* Parcarum (200) *in* ω *ad locum restitui* | a *inserui* ‖ 203 et[1] **MFp** *Mombritius*, id est **SE**[2 *uel* 3], scilicet ψ, *om.* **fm(W?)VAQGO** | Hypseum] -us **M**[ac]**S** ‖ 203–204 Hippomedonta **m** *Mombritius*, -em ω ‖ 206 VAGIS *seclusi* ‖ 208 gutturi] in -e **SV** ‖ 212 NODATO] NVDATO ω, *corr. Lindenbrog* ‖ 214 MODIS **E**[2 *uel* 3]**WQ**[pc]**R** *Mombritius*, -OS ω ‖ 215 sicut **MfE**[2 *uel* 3]**W** *Ven. 1490*, sic **mVφGO** *Mombritius*, ut ψ

quam apparebat. Vergilius ⟨Aen. IX 748⟩: 'neque enim is teli nec uulneris auctor'.

282–283 ⟨CONCITA TRACTV / GVRGITIS⟩ EFFVGIENS ⟨INVENERAT HASTA CRVOREM⟩ hasta, dum impetu gurgitis trahere-
225 tur, inuenit ⟨cruorem⟩.

284 ⟨SONIPES⟩ AETOLVS Tydei equus quem Hippomedon sedebat.

290 CERTIOR id est fixior. sedens equum magis titubabat. siue c e r t i o r uelocior.

230 **291** ANTHEDONIVM[QVE] ⟨LYCETVM⟩ Anthedon ciuitas Boeotiae est.

293 PANEMO ex duobus geminis nomen alterius.

294 VIVE SVPERSTES e contrario ait Vergilius ⟨Aen. X 600⟩: 'et fratrem ne desere frater'. hic ut deserat fra-
235 trem hortatur.

295 NON DECEPTVRE PARENTES id est: ut in unius uultu desinant parentes ex similitudine filiorum errare. Vergilius ⟨Aen. X 393⟩: 'at nunc saeua dedit uobis discrimina

221 apparebat **Mψ** (com- **Q**), *om.* ap- **fSE**$^{2\,uel\,3}$**mWVφ** || 221–222 is teli] his telis **ω** || 224 hasta *om.* **S**(**E**$^{2\,uel\,3}$)**m** || 225 cruorem *inserui* || 230 -QVE *seclusi* | Anthedon **Q**^{pc} *Mombritius*, antedone **ω**, Anthedon est *Jahnke* || 230–231 Boeotiae est *scripsi, secutus A. Klotz p. 519* (*ex* (est) ciuitas Boeotiae *Jahnke*), oeubo ēē **MF** (occubo (*?*) esse **p**), deu boę ē (*uirgula erasa?*) **f**, est boetie **S** (*ex coniectura, ut uidetur*), est euboecie **E**$^{2\,uel\,3}$, euboe(e) est **mWQψ**, , oeubo(e) esse **φ**, est Euboeae *Mombritius* (Euboeae *ex scholio ad u. 307, ut uidetur, deriuatum*)

Pallas'. [Lucanus ⟨III 608⟩: 'et amissum fratrem lugentibus offert'.] 240

298–299 (NVDA NEC FLEBILIS VMBRA / STRIDEBIT VESTROS TYDEVS) INHVMATVS AD IGNES neque circa rogos uestros flebilis umbra Tydei et stridorem et lamenta dabit dolens quod ipsa non meruerit rogum.

300 (IBITIS AEQVOREIS CRVDELIA) PABVLA MONSTRIS ut 245 Vergilius ⟨Aen. X 560⟩: 'piscesque impasti uulnera lambent'.

301 (ILLVM TERRA VEHIT SVAQVE IN) PRIMORDIA SOLVET hoc est: cum corpus eius non fuerit concrematum, redigetur in puluerem et redi⟨bi⟩t in principium sui, quia om- 250 nis dicitur caro esse terrena. quam opinionem secutus Lucanus ait ⟨VII 845–846⟩:

'quam sol nimbique diesque
longior Emathiis resolutam miscuit aruis'.

307 (NIMBOSAM ...) CAPHEREOS ARCEM Caphereus mons 255 est Euboeae insulae iuxta quem Graeci propter cautes asperas passi sunt tempestates. ut ipse in Achilleidos ⟨I 93–94⟩:

239–240 Lucanus ... offert *ex Seru. Aen. X 392 interpolatum, ut uidetur, seclusi* | lugentibus] -ientibus **MAF** || **243** umbra *Lindenbrog*, unda ω || **248** SOLVET *scripsi ex interpretatione scholii*, -IT ω || **250** redi⟨bi⟩t *corr.* **O²vek** *Lindenbrog* (*uel lege* SOLVIT ... redigitur ... redit) || **254** Emathiis] thessalicis (*glossa suppositicia*) ω, *corr. Mombritius* || **255** CAPHEREOS **fVA**, -AREOS **MmQF(p)ψ** *Mombritius* | Caphereus **fVAcO**, -areus **MmQFp(bR)Gvek** *Mombritius* || **256** est Euboeae insulae **mV** *Mombritius*, eubō ēē insulę **M**, euboeę insulę est **fπ**, est insulę euboeę E[2 uel 3], Euboeae est insulae *Jahnke* | quem **cbR** *Mombritius*, quam ω || **257** Achilleidos] -e **Q** *Mombritius*

'⟨nocturnaque signa⟩ Caphereus
260 exseret et dirum pariter quaeremus Vlixem'.

310 HEV CVIVS NAVFRAGVS VNDAE exclamatio indignantis. perit in fluuio, qui marina naufragia saepe transierat.

312 DVM SOCIOS (PHARSALE PETIS) ad quos confugiebat auxilia petens.

265 **318** (IRE RETRO ET SENIVM) DEPELLERE FAMAE memoria praeterita repetere et obliuionis squalorem damnumque repellere.

319 (NYMPHAQVE) ISMENIDE (NATVS) ex Ismeni fluminis filia Ismenide natus.

270 **321** PRIMA DIES quando natus est.

[**324** ADVLANTEM adulat: alludit ac blanditur, interdum supplicat.]

326 SVBIT OBVIVS contra fluuium natat.

327 (PARITERQVE) REVERTITVR AMNIS cum natante puero
275 in originem suam recurrit.

328–329 (NON) ANTHEDONII (TEGIT HOSPITIS INGVINA PONTVS / BLANDIOR) ⟨Anthedonii⟩ Anthedon ciuitas Glauci, qui deus maris est factus gustata herba qua pisces

259 nocturnaque signa *suppleuit Lindenbrog pro* ultorque *in* ω (*ex IX 565* hoc ultor Capaneus) | Caphereus $E^{2\,uel\,3}V^{pc}$**φc**(**O**), -areus **MfmV**^{ac}**Q**(**bR**)**Gvek** || **260** Vlixem $E^{2\,uel\,3}$(**W**?)**Qψ** (*Mombritius: leg.* ulyssem), -en **Mfmφ**, -en *ex uel in* -em **V** || **264** auxilia petens **MW**, petens auxilia **f**($E^{2\,uel\,3}$: *leg.* petegis) **π**, petens auxilium **Sm** || **268** Ismeni **mWVπ**, -is **MfE**$^{2\,uel\,3}$**t** || **271–272** ADVLANTEM ... supplicat *scholium contra morem Lactantii scriptum seclusi* || **271** adulat] -tur (**m**?)**V** || **277** Anthedon **S** *Jahnke*, -os ω | est *inser. post* ciuitas **SmV**

mortui animam receperunt. INGVINA a qua parte fuerat transformatus. 280

331 TARDVM⟨QVE⟩ FERIT ⟨DELPHINA PALAEMON⟩ uerbere exagitat delphinum quo portabatur Palaemon.

333 CAELATVR ⟨ORIGINE GENTIS⟩ gentis suae siue generationis pictura nitebat.

337 IRE PVTES ⟨CLIPEO FLVCTVSQVE SECARE IVVENCVM⟩ ad picturae laudem poeta mobilitatem immobilibus dedit. ⟨ut⟩ ⟨Aen. VIII 691–692⟩: 285

'pelago credas innare reuulsas
Cycladas aut montes concurrere montibus altos'.

338 ⟨VNDA ... PELAGO⟩ NON DISCOLOR ⟨AMNIS⟩ non dissimilis mari multarum incremento aquarum. 290

341 LERNA palus est Graeciae in qua serpens plena capitibus eminebat.

342–343 DEVM⟨QVE⟩ / ALTRICES ⟨... AQVAS⟩ Liberi patris et Herculis. ergo numinum haec sunt fluenta. 295

344–345 ⟨OPPOSVIT⟩ CVMVLO ⟨SE DENSIOR AMNIS / TARDAVITQVE MANVM VVLNVS ⟨TAMEN ILLE RETENTVM / PERTVLIT⟩ ⟨cumulo⟩ aquarum multitudine in unum congregata. VVLNVS ... RETENTVM quod opposita mole aquarum conatus est fluuius retardare. siue uulnus hastam dixit. ut Vergilius ⟨Aen. II 529–530⟩: 300

281 -QVE *inser.* **O**[2] *Mombritius* || **283** ORIGINE *inseruit Mombritius,* GENTIS *Lindenbrog,* o. g. **Q** *in marg.* || **284** nitebat] -batur **MV** || **287** ut *inserui,* Vergilius **vek** *Jahnke,* ut uirgilius **WQ** || **292** est *om.* **fVπ** || **294** -QVE *inseruit* **O**[2] *Mombritius*

'illum ardens infesto uulnere Pyrrhus
⟨insequitur⟩.'

347 (SILVAE ...) VTRAEQVE ambae fluminis ripae.

305 **348** (GRAVIORA) CAVAE (SONVERVNT MVRMVRA RIPAE) quia naturaliter loca concaua grauius sonant.

349–350 (VLTIMVS ILLE SONVS MORIBVNDO EMERSIT AB ORE) / MATER (IN HANC MISERI CECIDERVNT FLVMINA VOCEM) cum extrema uoce moriens matrem uocaret, extre-
310 mum spiritum unda superueniens clausit.

351 GLAVCARVM (... SORORVM) uiridium Nereid[ar]um.

353 FVRIBVNDA attonita.

358–359 (QVA MIXTA SVPREMVM / ISMENON PRIMI MVTANT) CONFINIA PONTI id est: in qua parte se mari iungebat
315 Ismenos, mutans colorem et saporem.

360–362 (FLVCTIVAGAM SIC SAEPE DOMVM MADIDOSQVE PENATES) / ALCYONE (DESERTA GEMIT CVM PIGNORA SAEVVS / AVSTER ET ALGENTES RAPVIT THETIS INVIDA NIDOS) alcyones aues marinae quae hieme in mari nidificant et
320 pullos nutrire dicuntur qui dies septem tranquillissimum pelagus faciunt.

367 OBSTAT non sponte, sed limo et cadaueribus turbatus.

369–370 (PRONA) RECLINAT / (CORPORA) supinat ut uultus possit mortuorum rimari.

303 insequitur *inser.* Q *Mombritius* ‖ **309** extrema] -o **f**π ‖ **311** uiridium] -um **fSW** | Nereid[ar]um *correxi* ‖ **314** id est *om.* **SE**$^{2\ uel\ 3}$**m** ‖ **317** *post* ALCYONE *inser.* Ceyx ... alcyones (= *Seru. georg. I 399*) **SE**$^{2\ uel\ 3}$**V** *quod* (*unacum* ALCYONE, *per errorem?*) *seclusit Jahnke* ‖ **323** supinat] re- *addid.* **SV**

373 IMPVLIT retorsit ad fluuium. 325

376 (SEMIDEI ...) [TRIBVERE] PARENTES quia dicit Aristoteles ⟨frg. 679 Rose⟩ post annorum milia et Nymphas et Faunos perire.

383 VNDARVM propter Ismenon. NEMORVM propter Faunum. 330

⟨**386** ORANTESQVE TIBI SERVIRE NAPAEAE⟩ quia rogabant tibi in matrimonium sociari.

387 (MELIVS SAEVO) MANSVRA PROFVNDO melius fuerat in mari me tecum exstingui.

390 DVRE PARENS Ismene, immisericors pater. 335

397 (SVPREMAQVE) IVSTA [TVORVM] iusta dicuntur sollemnia funerum.

398 NON HIC SOLVM (ACCENSVRE NEPOTEM) habebis causam aliam lacrimarum propter Hypseum Asopi filium, quem postea Capaneus occisurus est. 340

401–402 (QVALITER ISTHMIACO) NONDVM NEREIDA (PORTV / LEVCOTHEAN PLANXISSE FERVNT) cum adhuc in

326 TRIBVERE *seclusi* || 326–327 Aristoteles **SmVQbRGOe**, -tiles **MfA**^{pc}**F**, -tales **A**^{ac}**p**, *abbreu.* **cvk** || 331 ORANTES ... NAPAEAE *scripsi pro* AMBITVS (*u. 386*) *in* **ω** || 333 quia *inser. ante* melius **SV** || 336 IVSTA **fVQψ**, IVXTA **MφG** | TVORVM *seclusi* || 339 Asopi *scripsi*, funerum **Mf**, -eum **SE**$^{2\ uel\ 3}$**mtV**, -e **π** *Mombritius, lacunam posuit Jahnke, quaerens an lateat nomen proprium* (funerum **ω**, *ex* Ismeni *corruptum, quod codex ex quo erat exscriptus pro* Asopi *ex contextu* (*sicut in praefatione ad librum nonum*) *substituit.* nepotem *ergo ambigue pro et Crenaeo filio filiae et filio fratris Hypseo scripsit Statius*)

Nympham minime fuisset mutata et fieret dea iuxta Isthmum ubi fuerat demersa.

345 **402–403** (DVM PECTORE ANHELO / FRIGIDVS IN MATREM SAEVVM MARE) REPPVLIT INFANS Palaemon uidendo flentem suam matrem [et] undas torsit quae illam ad se traxerunt. constat autem ⟨eam⟩ dolore praecipitasse ⟨se⟩ postquam inuita filium proiecit in mare.

350 **406** (MELIOR VENIT) ANNVS IN AGROS pluuiis meliora frugum incrementa proueniunt.

407–408 (VT LAMENTA PROCVL) QVAMQVAM OBSTREPIT IPSE (NOVOSQVE / ACCEPIT NATAE GEMITVS) quamquam aquarum strepitus impediebat auditum, tamen auribus filiae 355 lamenta percepit.

410 VRNA ita enim fluuiorum simulacra pinguntur quasi amnem urnis effundant. ut Vergilius ⟨Aen. VII 792⟩: ‘caelataque amnem fundens pater Inachus urna’.

411 SCRVPEA [LIMO] lapillosa loca circa mare uel flumina 360 scrupea dicuntur.

419–420 (MANVQVE GENAS ET NEXA VIRENTIBVS VLVIS / CORNVA) CONCVTIENS iracundiae signum.

422 (QVOD TOTIENS HOSPESQVE) TVIS ET CONSCIVS ACTIS quod recepi tua stupra et libidinum tuarum conscius fui.

344 Isthmum *scripsi*, Ismenum ω || **346** REPPVLIT *e scholio restitui*, RESPVIT ω | uidendo] -ens SV || **346–347** flentem suam matrem] matrem suam flentem SE[2 uel 3], flentem matrem suam mV || **347** et *seclusi*, *om.* Q *Mombritius* || **348** eam, se *inseruit Mombritius*, se *post* autem SE[2 uel 3]Q, *post* dolore O[2] || **350** enim *inser. post* pluuiis SV || **357** effundant] in- M[pc]m || **359** LIMO *seclusi* || **362** iracundiae signum] signum iracundię SV

423–424 FALSA (NVNC IMPROBA FRONTE / CORNVA) Antiopam, Nyctei filiam, stuprauit Iuppiter in Satyrum uersus, matrem Zethi et Amphionis. ideo falsa ... ⟨fronte⟩ cornua quia cornuti sunt Satyri quorum imaginem falsam sibi sumpserat Iuppiter. 365

424 (NVNC VETITAM CVRRVS) DISIVNGERE PHOEBEN hoc tunc contigit, cum Hercules nasceretur. nam tres a Luna continuatae sunt noctes. Lucanus in Catacthonio⟨n⟩ ⟨frg. III Hosius; Morel frg. 7⟩: 370

'Thebais Alcmene. qua dum frueretur, Olympi
rector Luciferum ter iusserat Hesperon esse'. 375

425 (DOTALESQVE ROGOS) DECEPTAQVE FVLMINA VIDI quia † indisposite † fulmen Semelen exstinxit. [primam ergo fabulam Europae dicit, secundam Alcmenae in qua tergeminata est nox, tertiam Semeles, quam fulmine suo Iuppiter incendit, quartam Ledae, quam Iuppiter prope flumen uitiauit mutatus in cygnum.] 380

426 PRAECIPVOSQVE (ALVI NATORVM) increpans dicit praecipuos se Iouis filios educasse id est Herculem Liberumque.

428 (HAC TIBI FLAGRANTEM BROMIVM RESTINXIMVS) VNDA cum Semele matre certum est Liberum fulminatum, sed a 385

366 uersus] con- *addid.* SV || **367–368** fronte *ante* cornua *inserui*, fronte *pro* cornua π *Jahnke*, *om.* VA || **372** Catacthonio⟨n⟩] catagonio ω, *recognouit Hosius*(?), *corr. A. Klotz p. 516 n.*, Catagogio *Vnger 1858* || **377** indisposite *obelis distinxi* || **377–381** primam ... cygnum *seclusi. congruit neque cum Lactantio ipso, qui Antiopam, non Europam, ex uu. 423–424 intellexit, neque cum Statio, qui de Leda mentionem nullam facit*

Ioue Mercurioque praeceptum et femini Iouis insutum ad nascendi esse tempora reseruatum.

429 (QVAE) FVNERA PORTEM cadauerum molem.

390 **434** CLAMATVS (SACRIS VLVLATIBVS) sacrorum clamore repletus.

⟨**435** BACCHAEAQVE CORNVA⟩ quibus Liberi caput ornatur.

437–438 STRYMONOS (IMPIA ... / STAGNA ... SPVMIFER ... HEBRVS) Thraciam dicit.

395 **439–440** (NEC TE) ADMONET (ALTRIX / VNDA TVASQVE MANVS) nec tibi in mentem uenit. ⟨nec⟩ bis accipiendum est, ut sit: nec te nec manus tuas.

440 (OBLITE) PARENTVM nutritorum immemor.

445 NI MORTALIS EGO si non est in me immutata natura.

400 **446** INFRENDENS minaciter dentibus sonitum dans. infrendere enim est proprie dentes irascendo quatere. unde et 'infrendes' dicuntur pueri sine dentibus.

446–447 (SPONTE FVRENTIBVS VNDIS) / SIGNA DEDIT furoris sui undis dedit indicia.

405 **447–449** (MITTIT GELIDVS MONTANA CITHAERON) / AVXILIA (ANTIQVASQVE NIVES ET PABVLA BRVMAE / IRE IVBET) ⟨auxilia⟩ fluenta niuium. Cithaeron Ismeno ni⟨uem⟩ in

387 femini **M**^{ac}**ftA**^{ac}**p** (semini **V**), femori (**M**^{pc}: -e) **mπ** || **390** SACRIS *inseruit Mombritius* || **390–391** repletus] repertus **S** *Mombritius* || **392** BACCHAEAQVE CORNVA *scripsi pro* THYRSOS (*u. 435*) *in* **ω**, CORNVA *iam Damsté* || **396** nec^2 *inserui* || **401** dentes **VQO**^{2}**vek** *Mombritius*, -ibus **ω** || **404** undis **Sm**, -e **MfE**$^{2\ uel\ 3}$**π**, -a *Lindenbrog* || **407** Ismeno ni⟨uem⟩ *correxi* (*uel leg.* -es)

uindictam filiae uelut auxilia misit exercitus. PABVLA BRVMAE eleganter niues brumae pabula dixit. certum est enim niuium incremento stridorem hiemis magis au- 410
geri.

449 FRATER (... ASOPVS) eiusdem prouinciae fluuius.

449–450 TACITAS (... / ... VIRES) uel sine stridore, quia dicitur Asopus lenis fluere, uel occultas per latentia spiramina terrarum uires suas fluuius refundebat. 415

453–454 (ATQVE AVIDOS TOLLENS AD SIDERA VVLTVS / VMENTES NEBVLAS EXHAVRIT ET) AERA SICCAT pluuiae enim ex nebulis conceptae terrae funduntur. dicit ergo aquarum semina omnia ad incrementa huius fluuii fuisse conuersa. 420

455–456 (VTROQVE ...) / AGGERE riparum altitudine.

460 (TEMPESTAS INSTAR PELAGI CVM) PLIADAS (HAVRIT) ista sidera cum occidunt grauissimas commouent tempestates.

461 NIGRVM (TREPIDIS IMPINGIT ORIONA NAVTIS) ⟨nigrum⟩ turbidum, tempestatem significantem. etenim si lucidus oriatur, serenitatem significat. ut Vergilius ⟨Aen. III 517⟩: 'armatumque auro circumspicit Oriona'. 425

463–465 (SEMPERQVE VMBONE SINISTRO / TOLLITVR ET CLIPEVM NIGRANTE SUPERVENIT) AESTV / (SPVMEVS ADSVLTANS) aquarum sonus ac fremitus Hippomedontis clipeum texit. 430

467 SERVANTIA possidentia.

408 filiae *scripsi*, -ii ω ‖ **413** uel *om.* $SE^{2\ uel\ 3}$ ‖ **414** fluere] currere **SV** ‖ **431** sonus ac fremitus *suspectum* | sonus] sonitus **SV**

473 FVGIENTE pedum nisu labente.

435 **475** SVBRVTA euersa id est subtereuntia. FALLACI ... LIMO qui creditos sibi gressus decipiebat et nutare faciebat.

478 IMBELLI FAMVLATE DEO debili Libero.

478–479 SOLVMQVE CRVOREM / (FEMINEIS EXPERTE CHO-
440 RIS) quem, cum bacchantur ac se lacerant, matres effundunt.

480 BVXVS tibia.

482 (TVRBIDVS ... GENAS) [ET] NVBE (NATANTIS ARENAE) id est natantis limi squalore sorden[ti]s. ad demonstrandam
445 uiolentiam torrentis fluminis fundo limum excitum in superficie aquarum rotare poeta monstrauit.

484 OPPOSITI Hippomedontis.

486–487 CONVERSA(QVE LENTE / TERGA REFERT) ut ostenderet uiri fortis constantiam, dicit eum tarde cessisse uel
450 numini.

488 GRANDINE FERRI telorum multitudine ut grando in terras rarius cadere putaretur.

490 QVID FACIAT (BELLIS OBSESSVS ET VNDIS) exclamatio.

491 [NEC] MAGNAE id est gloriosae.

438 FAMVLATE π, -ANTE M (*ex* FAB-) fQR *Mombritius* || 439 FEMINEIS *inseruit Lindenbrog* (*leg.* FORMINEIS, *quod correxit Jahnke*) || 443 ET *seclusi* | NATANTIS HARENAE *inseruit Mombritius* || 444 sorden[ti]s *correxi* || 448 -QVE ... REFERT *ut partem lemmatis recognouit Varjás* || 452 rarius *suspectum* || 454 NEC *seclusi* | gloriosae *Menkius*, glorię suę ω

492 CREPIDINE RIPAE crepido dicitur moles eminentior in ripis. 455

493 VNDARVM ⟨AC TERRAE DVBIO SED AMICIOR VNDIS⟩ incertum erat utrum haec arbor ultra fluuium esset fixa an in ipso fluuio. tamen melius in medio fluuio accipimus stare. 460

495 HVIVS arboris. NAM QVA TERRAS ⟨INVADERET⟩ interpositio per interrogationem.

496 NEC PERTVLIT ⟨ILLA TRAHENTEM⟩ non sustinuit arbor Hippomedonta trahentem.

497–498 ⟨SED MAIORE SVPER QVAM STABAT⟩ PONDERE VICTA / ⟨SOLVITVR⟩ tenentis uiri grauitate uulsa est. 465

499 ⟨DEMISSA⟩ SVPERNE desuper cadens.

502 HVC VNDAE COEVNT in locum stantis arboris unda successit. ut Lucanus ⟨III 633⟩: 'inque locum puppis cecidit mare'. 470

503 BARATHRVM uorago profunda.

504 SINVOSA VORAGO caenosae altitudinis motus.

506 PVDET interpositio increpantis.

508 TORRENTIS torrentia dicuntur flumina quae subiecta montibus facillime aquarum incrementis augentur. 475 INIQVIS magnis siue uim inferentibus.

⟨**514–517** EN MEVS HIPPOMEDON ... / ... / ... PELAGI

—

456 ripis V *Mombritius*, -as ω ‖ 459 melius *om.* SV ‖ 471 *post* profunda *inser.* aqua S, -arum π ‖ 475 aquarum incrementis] incrementis aquarum SV

CRVDELIBVS IBIT / PRAEDA FERIS quando⟩ Hippomedontis corpus fluctus abstulerint.

480 **517–519** (CERTE TVMVLOS SVPREMAQVE VICTIS) / BVSTA DABAS (VBI CECROPIAE POST PROELIA FLAMMAE / THESEOS IGNIS VBI EST) quia, cum uetaret Creon sepeliri, liberi occisorum ducum uxoresque eorum a Theseo rege Atheniensium meruere ut bello Thebanis in[ob]lato redderet
485 miseris sepulturam. inuidiose hoc Iuno dixit, quoniam Thebanorum [et] crudelitatem sine miseratione tolerare ⟨non⟩ pot⟨u⟩erit.

523–524 RESEDIT / (TEMPESTAS) peracta siue finita.

528–530 (TVNC VVLNERA MANANT / QVIQVE SVB AMNE DIV)
490 STVPVIT (CRVOR AERE NVDO / SOLVITVR) sanguis Hippomedontis qui frigore fluuii gelatus fuerat morte solutus aeris calore ⟨e⟩ uulneribus manat.

531 INCERTI titubantes.

534 LAXAT nudat siue liberum facit quem ante [de]texe-
495 rant rami.

478–479 Hippomedontis ... abstulerunt *post* quoniam (485) *in* ω *scholium esse recognoui, lemmate* EN ... FERIS *instruxi, et ad locum restitui* || **478** quando *inserui* || **479** abstulerint *scripsi cum* (c*?*), -unt ω || **484** in[ob]lato (*uel* il-) M^pc^S^pc^Qvek *Lindenbrog* || **486** et *seclusi, om.* Qψ *Mombritius* | sine miseratione *Barth*, nec -em ω || **486–487** tolerare ⟨non⟩ pot⟨u⟩erit *scripsi* (non *inseruit Varjás*), poterit tolerare ω || **488** est *inser. post* finita SV || **490** CRVOR *inseruit Mombritius* || **491** morte solutus] mox resolutus *coni. Lindenbrog*, ex more solutus *Barth*, mox autem solutus *Varjás* || **492** e *proposuit inserendum Jahnke* || **494–495** [de]texerant *correxi*, ob- π *Mombritius* || **495** rami *om.* SV

536 ORDINE [SILVAS] longitudine, quia ipsa post casum quercus extenditur.

⟨**537–538** NON TAMEN AVT ENSEM GALEAMVE AVDACIA CVIQVAM / TANGERE⟩ timore compressis.

541 (TORVOS) LAXAVIT (CASSIDE VVLTVS) nudauit galeam adimendo. 500

548–549 ADES O MIHI DEXTERA TANTVM / (TV PRAESENS BELLIS ET INEVITABILE NVMEN) ut Vergilius ⟨Aen. X 773⟩: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.

551 (VOTI ...) POTENTEM spoliorum dominum. 505

553 ANIMAM Hypsei.

557 (CVI) SVPER ASSISTENS Hypseo.

558 REFER HVC OCVLOS ad me respice.

565 (HOC VLTOR CAPANEVS OPERIT TVA) MEMBRA SEPVLCRO spolia super eum iecit quasi sepulcri uice. 510

572 (CRINE DATO PASSIM PLANTISQVE) EX MORE (SOLVTIS) quo more solita erat cum procis suis cursu certare.

574 VIVENTE perenni.

575 CVRARVM PONDERE magnitudine, quia illi maxime turbantur qui magnis curis urgentur. 515

578 EXTORREM exsulem. extorris enim dicitur exsul quasi 'exterris' id est extra terram.

496 SILVAS *seclusi* || **498–499** NON ... TANGERE *scripsi pro* ADSTRICTIS (φ, -VS **Mf**, AS- ψ) (*u. 539*) *in* ω || **504** dextra **mQψ** *Vergilius*, -tera **Mfφ** | quod] qui **M**[ac]**f** || **511** SOLVTIS] S. **mV** || **515** turbantur] -abantur **M**[ac]**f**

580 VIDEBAT ab inferiori sensu et supra ⟨576 sqq.⟩ 'uidebat' intellegendum.

520 **581** IPSVM filium. FLVXISSE cecidisse.

582 EFFIGIESQVE SVAS (SIMVLACRAQVE NOTA CREMARI) portendebatur ei filium moriturum qui est matris effigies.

583–584 PRAECIPVOS (SED ENIM ILLA METVS PORTENDERE VISA EST / NOX MISERAE) post alias noctes haec somniis 525 grauior uidebatur. (ILLA ...) NOX [MISERAE] in qua uidet somnium quod poeta dicturus est.

584 EREXIT excitauit sollicitudine.

585–586 (NOTA PER ARCADIAS) FELICI ROBORE (SILVAS / QVERCVS ERAT) ⟨felici robore⟩ fructiferi roboris. enar- 530 ratio somnii ultimae noctis.

589 ARMA dentes. ut Vergilius ⟨Aen. XII 6⟩: 'tum demum mouet arma leo'.

590 FIGERE Vergilius ⟨Aen. IX 408⟩: 'sacra ad fastigia fixi'.

535 **592** IMPEDIT adoperit.

593–594 (VT FORTE IVGIS LONGO DE)FESSA (REDIBAT / VENATV) somnio quod uidit.

597 QVAERENTI causam proscissae quercus.

598 (HOSTEM DIXIT SAEVISSE) LYAEVM per hoc portendeba- 540 tur Thebanis occidendum Parthenopaeum. nam Thebae Libero patri dicatae sunt.

525 MISERAE *seclusi* || **526** somnium] -um **fS** || **530** ultimae noctis **M**, noctis ultimae **fSmVπ** || **536** (DE)FESSA *correxit Jahnke* || **538** proscissae] -cisse **Mfm**[ac] || **540** puerum *inser. ante* Parthenopaeum **Mm**

600 ABRVPERE OCVLI (NOCTEM) exper⟨rec⟩ta est.

601 FALSOS quos in somniis passa est.

605 (RORE) SVB EOO matutino tempore.

606 QVERCVM quam uiderat fuisse proscissam. 545

608 (NON MOLLIA) SIGNA uenationis insignia.

609–610 (FREQVENTO) / MORE NIHIL GRAIO non Graecorum more delector.

610–611 (GENS) ASPERA (RITV / COLCHIS) ubi homines immolantur sacris. 550

612 THIASI chori uirginum et puerorum qui Libero hymnos canunt.

614 THYRSOS hastas pampineas.

615 TETRICIS seueris siue horribilibus.

616 SIC QVOQVE (VENATRIX ANIMVMQVE INNVPTA REMANSI) 555 cum uirgo esse desissem, in honorem numinis tui tamen uenandi studia non mutaui.

617 CVLPAM quod sum neglecta pudicitia uitiata.

618 OSTENDI subaudis 'tibi, Diana'. TREMENTEM mox natum. 560

619 CONFESSA innocentiae proximus est qui culpam fatetur.

542 ABRVPERE π, -RVBERE **Mf** | exper⟨rec⟩ta *correxit Geuartius* ‖ 549 ubi **RO** *Mombritius*, ibi ω ‖ 551 patri *inser. post* Libero **Mm** ‖ 555 SIC] HIC **Mm** ‖ 556 numinis *scripsi*, nominis ω ‖ 559 subaudis] -i F^{pc}ψ *Lindenbrog*

620–621 (INQVE MEOS REPTAVIT) PROTINVS ARCVS / (TELA PVER LACRIMIS ET PRIMA VOCE POPOSCIT) mox ut potuit ad
565 armorum nostrorum usus accessit.

622 QVID TREPIDAE NOCTES (SOMNVSQVE MINANTVR) interpositio cum interrogatione.

624–625 (DA VISERE BELLI / VICTOREM VEL SI AMPLA PETO) DA VISERE TANTVM ampla maiora. si uictorem non pos-
570 sum ⟨uisere⟩, restitue, quaeso, diua, uel uictum.

626 TVAQVE ARMA uenationis, id est sagittas.

626–627 PREME (DIRA MALORVM / SIGNA) compesce nefanda somniorum omina.

627–628 QVID (IN NOSTRIS NEMORALIS DELIA SILVIS / MAE-
575 NADES HOSTILES THEBANAQVE NVMINA REGNANT) ⟨quid⟩ quare. DELIA uocatiuus est. MAENADES Bacchae, quoniam in somnis quercum uiderat a Libero patre et Bacchis forte proscissam.

629 CVR PENITVS (MAGNOQVE INTERPRETOR OMINE
580 QVERCVM) quare me uehementer huc trahit suspicio ut putem orbitatem mihi significari arboris casu?

632 DICTYNNA ob id dicta Dictynna Diana: Britomartis, ⟨Iouis et Carmes⟩ filia, uirgo Cretensis Dianae dicata. huic cum rex Cretensium Minos stuprum uellet inferre,
585 illa se iecit in mare illataque est retibus piscatorum, quae Graece *δίκτυα* nominantur, a quibus huius corpus extrac-

569 DA VISERE TANTVM ampla maiora *scripsi*, AMPLA maiora DA VISERE TANTVM ω ‖ 570 uisere *inserui* ‖ 577 quercum uiderat] uiderat quercum SV ‖ 582 Britomartis *Barth*, Briton (Bryte *Myth. Vat. II 26*) Martis ω ‖ 583 Iouis et Carmes *inserui* (*iam* Charmes *Barth*) ‖ 586 *δίκτυα*] dictia ω | inuentum *post* corpus *inser.* SVπ

tum est. insula tamen Creta pestilentia laborauit quam euadere penitus nequiuissent nisi Dianae templum instituissent eamque Dictynnam uocassent a retibus. (PER TE MATERNOS MITIS DICTYNNA) LABORES deprecor te, 590
Diana, per maternos dolores: siue quibus tu edita es, siue per omnium parturientium gemitus.

636 (NIVEAE SAXVM) MADVISSE DIANAE tanta miseratione Atalante conquesta est ut uideretur etiam simulacro numinis mouisse lacrimas. 595

639 (IN MEDIIS ...) MAENALON ASTRIS tanta est Maenali altitudo ut cacumen eius astris uideatur insertum.

641–642 (INTERIOR CAELI) QVA SEMITA LVCET / (DIS TANTVM) diis eam tantum partem significat ad transitum datam quae supremum aerem infimumque coniungit, qui 600
locus est iuxta circulum lunae. de quo Lucanus ⟨IX 5–6⟩:

'qua niger astriferis conectitur axibus aether,
quaque patet terras inter lunaeque meatus'.

643–644 (PARNASSI ...) / COLLA Parnassi iuga. 605

647 (IRRVBVIT CAELI PLAGA) SIDERE MIXTO bene per occasionem figmenti poetici naturalem exposuit rationem. tunc enim eclipsis fit solis cum luna trigesima est et ad signum idem uenit et orbem eius obscurat.

588 nequiuissent] nequissent **fS** ‖ **596** Maenali *Jahnke, iam Mombritius*, -os **ω**, -ios *Lindenbrog* ‖ **603** aether] aer *Lucanus* ‖ **608** trigesima] -cesima **SV** ‖ **609** idem] id̄ (= id est) **M**[ac]**A**, id e- **QF**, uel e- **p** | idem uenit] uenit idem **fV** (*cum notis transpositionis*)

610 **650** LABDACIAS (... COHORTES) Thebanas [a patre Labdaco].

653–655 (EN IPSE MEI) PVDET IRRITVS (ARMA / CVLTORIS FRONDESQVE SACRAS AD INANIA VIDI / TARTARA) quia Amphiarao auxilium ferre non potui.

615 **656** COEGI coniunxi.

658 ANTRA ubi oracula Apollinis dantur.

663–665 (SED DECVS EXTREMVM CERTE) CONFVSA VICISSIM / (VIRGO REFERT VERAEQVE LICET SOLACIA MORTI / QVAERERE NEC FVGIET POENAS) interposuit suam poeta
620 personam. ordo ergo et sensus talis est: si mihi eum non licet de proelio liberare, certe extremum decus et solacia mortis ei concedam ne inultus occumbat. quae uerba Dianae posuit. ut sit parenthesis ex persona poetae: confusa uicissim uirgo refert.

625 **668–669** LIBANDAQVE FRATRI / (... ORA TVLIT) osculata est fratrem.

676 (NEC SE) VESTIGIA MVTANT nemo de eo loco in quo steterat pellebatur.

683 ILLVM Parthenopaeum.

630 **685** DISCOLOR maculosus. AMBIT operit.

610 LABDACIAS π, LAPDACIDAS **Mf** (*corr. in* -CIAS) | Thebanas] -os *Sm* (*ex* -as?) || **610–611** a patre Labdaco **Q**^{ac} *Jahnke* (*qui* a patre Lai(i) *coniecit*), *quod seclusi quasi interpolatum ex scholio ad u. 777*, a -e leti **Mf**, a -e lati **t**, a -e labdaci π, a laii -e labdaco **Q**^{pc}, a -e labdacio *Mombritius*, *om.* **SE**$^{2\ uel\ 3}$**m** || **619** suam poeta] poeta suam **mV** || **620–621** eum non licet] non licet eum **SE**$^{2\ uel\ 3}$**V** || **622** ei *Jahnke*, et ω, *om.* **SV** || **622–623** quae ... posuit *post* personam **(620)** *in* ω *ad locum restitui*

686 TIGRIS pro pelle tigridis. (ADVERBERAT) VNGVIBVS ARMOS currente equo mota pellis equi armos caedebat.

687 COLLA SEDENT NODIS plena sunt musculis. Vergilius ⟨georg. III 81⟩: 'luxuriatque toris'. CASTIGATA IVBARVM pexa et collecta iuba in ceruice equi sedebat ornata. 635

688–689 NEMORISQVE NOTAE (SVB PECTORE PRIMO / IACTANTVR) signa uenationis equo sub pectoris prima parte pendebant.

689 LVNATA in modum lunae curuata.

691–692 (HOC) NEVERAT VNVM / (MATER OPVS) interpositio. 640 et bene unum, quod nisi pietate uicta filii nunquam uenatrix feminea opera contigisset.

692 COLLECTVS cinctus siue constrictus.

697 (A CONO MISSAS IN TERGA) CATENAS a parte enim galeae descendunt catenae quae ab ictu colla sedentis de- 645 fendant.

704–705 (NEC FORMAE SIBI LAVDE PLACET) MVLTVMQVE SEVERIS / (ASPERAT ORA MINIS) supra praemissa Parthenopaei pulchritudine hic est uitanda laudatio: ipse tamen formae laudem aspernatur et, ut celet pulchritudinem 650 suam, irascitur.

706–707 (DAT SPONTE LOCVM THEBANA IVVENTVS / NATORVM MEMORES) INTENTAQVE (TELA RETORQVENT) contra Parthenopaeum parata aetatis misericordia reuocant tela.

637 pectoris prima parte] prima parte pectoris **SV** || **639** curuata **π**, cunata **MS**, cuniata **ft**, composita E$^{2\,uel\,3}$, conata **m** || **641** et *om.* **SV** | filii] -ium **SV** || **644** enim *om.* **MSV** (*inser.* est V) || **645** descendunt] dependent **B**, *Varjás approbante* (*cf. ad IX 795*) || **645–646** defendant] -unt M^{pc} (-u- *super* -ant) **f** || **647** MVLTVMQVE] VVLTVMQVE M^{pc}**m** || **649** hic **Q** *Jahnke*, his **ω**

655 **711** (TACITO DVCVNT SVSPIRIA) VOTO ut nubant ei aut uincat.

713–715 QVOD INQVIT / (NVNC TIBI QVOD LETI QVAERAM DEA FIDA PROPINQVI / EFFVGIVM) dubitantis est.

716 CRVDA immatura.

660 **722** ET NVNC ILLA mater scilicet Atalante.

723 (SVRDASQVE FORES ET) LIMINA LASSAT rogando fatigat. ut Horatius ⟨carm. I 2, 26–28⟩:

'prece qua fatigent
uirgines sanctae minus audientem
665 carmina Vestam?'

724 VLVLATA formidanda siue luctuosa.

725 (MISERAE TANTVM) MORITVRE PARENTI matri tuae tantummodo peries, cui soli morte tua ingeres luctum.

730 CORYTON [TELIS] coryton 'theca' arcus solius dicitur,
670 sicut 'pharetra' sagittarum et 'sagma' scuti. nunc ergo coryton pro 'pharetra' posuit.

⟨**734** IPSA⟩ ipsa est Hecate, quae inuocatur a magis.

735 (FERAS ...) HERBAS magicae disciplinae aptas.

739 GAETVLA Afra.

675 **741** VNGVES quibus nocet.

742 INDIGNATVR (ALI) cum leo unguibus aptum uenationi se iam senserit, indignatur matris uenationibus nutriri.

655 SVSPIRIA *inser. Lindenbrog* || **668** peries] -ibis *Mombritius* || **669** TELIS *seclusi* || **672** IPSA *scripsi pro* CONSCIA MISCET (*u. 733*) *in* ω

745 [PRIMA] TANAGRAEVM (... COROEBVM) Boeotium. Tanagra enim ciuitas Boeotiae est, ut ipse in catalogo ⟨VII 254⟩: 'mille sagittiferos gelidae de colle Tanagrae'. 680

746 (EXTREMO GALEAE PRIMOQVE IN) MARGINE PARMAE inter limitem scuti uel galeae.

748 SACRI exsecrabilis, seu quod Diana eius sagittas infecerit.

749 SAEVIVS EVRYTION subaudis: turbatus ⟨est⟩ aut periit. 685

750 CALLIDA (TERGEMINIS ACIES SE CONDIDIT VNCIS) ⟨callida⟩ insidiose facta. dicit ferrum sagittarum tres uncos habere ut infixum reuelli non possit.

753–754 (ALIO GEMINATVM LVMINE VVLNVS) / EXPLEVIT (TENEBRAS) ambos illius oculos obcaecauit. HOSTEM Parthenopaeum. 690

758 ADDIT occidit. ABANTIADAS Abantis filios, quos et supra ⟨VII 730⟩ memorauit: 'non ego Abantiadas'.

759 ET MALE DILECTVM (MISERAE CYDONA SORORI) quia dilectus inter eos non pietatis est, sed libidinis. notandum 695 ergo quod hic male 'scelerate' significat quia incestum ostendit. ideo quasi impii ipsius tantum mortem expressit.

768 PRAECEPS (EVBOEA) in praecipitio posita siue in montis latere aedificata. CANDIDA (THISBE) propter columbas. 700

678 PRIMA *seclusi* | Boeotium (*Barth?*), euboeum ω || **678–679** Tanagra *scripsi cum* Q(F?)(c?), -e ω || **679** Boeotiae *Barth, cf. ad VII 254,* euboeae ω || **685** turbatus] -tur fE[2 *uel* 3] | est *inseruit Mombritius* || **687** insidiose π *Mombritius,* -uidiose ω || **695** eos *scripsi,* uos ω

769 (HVNC VIRIDES) NON EXCIPIETIS AMYCLAE minime in suam patriam reuertetur. AMYCLAE ciuitas Laconicae regionis.

⟨**775** SOLO RESPICIT ARCV⟩ post terga sagittas mittebat fu-
705 giens sicut Parthi. Lucanus ⟨VIII 381⟩: 'et melior cessisse loco quam pellere uictus'.

777 LABDACIDAE a patre Labdaco.

778 AMPHION filius Amphionis, Zethi fratris. QVAE FVNERA quantas mortes.

710 **783** (IRAM ...) INFRA non dignus ira hostis, contemptibilis.

786–787 (QVODSI TE MAESTA SEPVLCRI) / FAMA MOVET si uis gloriose mori.

⟨**791–792** QVISNAM ADEO PVER VT BELLARE RECVSET / TA-
715 LIBVS⟩ dicit Parthenopaeus Thebanorum debilitati etiam puerilia arma sufficere.

793 [NOCTE] SILENTI epitheton noctis. seu quod sacra a Thebanis tacite colebantur.

702 suam patriam] patriam suam **SE**$^{2\ uel\ 3}$**V** | reuertetur] -uertur **FA** | Laconicae] -ię **mVFbRGOv(e)k** *Mombritius* || **704** SOLO ... ARCV *scripsi pro* QVIS CREDERET ARCVM (*u. 772*) *in* ω || **706** uictus] miles *Lucanus* || **707** Labdaco] lapdaco **fm** || **714–715** QVISNAM ... TALIBVS *scripsi pro* HIC EXERCITVS (*u. 790*) *in* ω || **717** NOCTE *seclusi*

795 [VERTICE] MITRAS mitra est incuruum pilleum de quo dependent buccarum tegmina. et oratorie crimen obiectum est ex habitus qualitate. Vergilius ⟨Aen. IX 616⟩: 'et tunicae manicas et habent redimicula mitrae'. 720

802 (FERRI) LVMINE DIRO conuenientis hastae siue aspero, quod lux ferri oculos terreat. 725

804 DEVIVS [HASTAM] a uia hastae motus. Vergilius ⟨Aen. X 646⟩: 'dato uertit uestigia tergo'.

807 (ANTE OCVLOS) OMNIS STETIT (OBVIA VVLTV) nihil deuia uultum mutauit in conspectu rectissimo.

808 PVDICO casto. 730

810 MANDAVERAT commendauerat.

811 DISSIMVLATA celata seu mutata.

813 (MISERAE IAM) PARCE PARENTI bene furenti filio nomen matris opposuit ut oblatio cari nominis puerum festinato suo retardaret interitu ut uel matri parceret, quippe quam pro gloria contemnere cupiebat. 735

818 CVLTVS spolia Amphionis.

719 VERTICE *seclusi* || 724 DIRO **f**, DVRO **Mπ**, D. V, DIVO **p**, om. **m** || 726 HASTAM *seclusi* || 728 deuia *scripsi cum* **Q**, -o **ω**, de uiuo **mψ** *fr. Plimptonianum Mombritius* || 729 uultum] -u **mψ** *Lindenbrog*

825 TEMPESTIVA opportuna. Horatius ⟨carm. I 23,11–12⟩:
'desine matrem
740 tempestiua sequi uiro'.

828 TEMPERET disponat aut ordinet.

839 (PLENAE TIBI PARVE) COLVS Parcarum. id est: finita est Parthenopaei uita.

840 (ABIT SOLO POST HAEC EVICTA) PVDORE subaudis: ces-
745 sit et auertit a Parthenopaeo faciem.

842–844 (HORRENDVMQVE DRYANTA MOVET CVI SANGVINIS AVCTOR) / TVRBIDVS ORION (COMITESQVE ODISSE DIANAE / INDE FVRIT PRIMVM) quia hic Dryas Orionis nepos fuit, qui immissu Dianae scorpionis ictu periit. turbidus au-
750 tem quia stella eius tempestatem mouet, siue fortis uel incontinens, quippe qui nimio amore Dianae flagrauit.

[**844** (INDE) FVRIT PRIMVM ex illa causa quia patrem eius Diana sagittis occiderat. unde Horatius ⟨carm. III 4,72⟩: 'uirginea domitus sagitta'.]

755 **845** ARCADAS comites Dianae.

849 (NEC) SERVAT VIRES dum hostes insequitur.

850–851 (VRGENT PRAESAGIA MILLE / FVNERIS ET NIGRAE)

738 opportuna **SmO**pc *Mombritius*, -e **MfE**2 *uel* 3 (*ex* -itas) **Vπ** || 741 aut *om.* **MS** || 748 nepos *scripsi*, filius **ω** (*ex contextu corruptum, ut uidetur, sed forsitan uel scholium totum uel primam eius partem* (*unacum* autem) *secludas. Dryanta Orionis fuisse nepotem Lactantium ipsum cognouisse ex scholiis ad VII 256–257 et IX 856–857, quae uetera esse clausulae fidem faciunt, satis constat*) || 749 immissu] -o **M** (*ex* -a) **m** || 752–755 (INDE) FVRIT … sagitta *seclusi* || 752 INDE *inseruit Mombritius* | quia] qua **MS** | patrem] *immo* auum

PRAECEDVNT NVBILA MORTIS circumuolant. id est: mens Parthenopaei turbabatur uicinae mortis aduentu.

852–853 VERVMQVE VIDEBAT / (DORCEA) non eum in quem Diana fuerat immutata. 760

856–857 (CVM TORVA CLIPEI METVENDVS) OBARSIT / (LVCE DRYAS) ⟨obarsit⟩ effulsit uel resplenduit. auus enim Drya⟨nti⟩s Neptuni filius fuit et Iouis [et Mercurii]. idcirco duorum numinum armis gerebat insignia. 765

859 (CVPIT) HISCERE RIPAM ut se submergat et fugiat aquilam.

864 EXPEDIT ad sagittandum parat.

867 (DVCIS) AONII Dryantis.

868–869 NERVIQVE (OBLIQVA) SONORI / (VINCLA SECAT PEREVNT ICTVS) arcus Parthenopaei inciso neruo, ictus quos Parthenopaeus parauerat perierunt. 770

873 FACILEM mollem seu penetrabilem ut pueri scilicet.

873–874 (SVBIT ALTERA CVSPIS / CORNIPEDISQVE FVGAM SVCCISO) POPLITE SISTIT per sedentis poplitem equum percussit. 775

875–876 (TVNC CADIT IPSE DRYAS MIRVM NEC VVLNERIS VMQVAM) / CONSCIVS (OLIM AVCTOR TELI CAVSAEQVE PATEBANT) a Diana intellegitur Dryas occisus, ut ipsa superius

759 turbabatur] turbatur **SWVQe** || **763** auus] *i. e. Orion* || **764** Drya⟨nti⟩s *scripsi cum* **Q**[ac] *Varjás* (*qui* Dryas. auus enim *pro* auus ... Dyma⟨nti⟩s *scripsit*) | et Mercurii *seclusit Varjás*; *cf. VII 255–257 et scholia ad loc.* || **765** armis gerebat] gerebat armis **MW** || **766** CVPIT *inserui cum* **V** || **775** poplitem] pob- **fSm**

780 ⟨u. 667⟩ promiserat dicens: 'et nostris fas sit saeuire sagittis'.

881–882 ET PRENSIS CONCVSSA COMIS (TER COLLA QVATERQVE / STARE NEGANT) nam morituris solent erigere capita comas[que] concutiendo siue uellendo quasi reuocent
785 illi[u]s sensum.

884 INCIDENTE irrumpente.

889–890 (NEV TV SVBITVS NEVE) ARMA TENENTI / (VENERIS) ne audita morte mea te aut se interficiat.

⟨**890–891** TANDEM CVM IAM COGERE FATERI / DIC⟩ id est:
790 statim ut ueneris, ne dicas me occisum fuisse.

891–893 DIC MERVI (GENETRIX POENAS INVITA CAPESSE / ARMA PVER RAPVI NEC TE RETINENTE QVIEVI / NEC TIBI SOLLICITAE TANDEM INTER BELLA PEPERCI) dic meae matri ex mea persona: merui occidi quia te reuocantem me ab in-
795 tentione belli non sum secutus. et merito poenas dedi [CAPESSE] quia te contempsi aut [PEPERCI] quia audacius quam aetas poscebat bella tractaui.

895 PONE METVS desine pro me esse sollicita.

⟨**900** ORBA PARENS orba⟩ orbata, quia filio priuaris.

800 **900–901** (DEXTRAQVE SECANDVM) / PRAEBVIT interpositio per poetae personam.

784 -que *seclusi* ‖ 785 illi[u]s *correxit Bernartius, ut uidetur* ‖ 789 TANDEM ... DIC *inserui* ‖ 796 CAPESSE *seclusi* | PEPERCI *seclusi* ‖ 797 bella tractaui] tractaui bellum SV ‖ 799 orbata ... priuaris *post* aut (796) *in* ω *lemmate* ORBA PARENS orba *suppleui et ad locum restitui* (*iam* ORBA autem orbata *R. Klotz*) | orbata *R. Klotz*, orbitatis ω (-tis *ex* -ris *in* priuaris *exortum, et exinde prorsus corruptum*)

902 (COMERE QVEM FRVSTRA) ME DEDIGNANTE SOLEBAS quia quasi uir fortis nolebat ornatibus decorari.

907 (INGRATAE) CRIMEN SVSPENDE (DIANAE) quae me non potuit inter bella protegere. 805

804 INGRATAE *suppleuit Lindenbrog* | CRIMEN] crimen **Mf**, crinem π *Jahnke*, *om.* **SE**$^{2\ uel\ 3}$**mV**. *ex usu codicum iudicaui* CRIMEN *melius lemmati scholii sequentis congruere* (crimen *coniecit Imhof, iam* **B**, *per correctorem recentiorem deletum, in textu Statii*, crinem **P**). *pro* CRIMEN *suppleuit* M. (*pro* MVNVS *in* ω *Statii*) *Lindenbrog* | DIANAE *inserui* (D. V) || **805** protegere] seruare **S**, seruare uel protegere **V**

LIBER X

Hic liber continet hortatus Eteoclis ut per noctem obsideant milites sui castra Argiuorum. inde per noctem officia uigiliarum et ducis. Argiuarum matrum deprecatio in
5 templo Iunonis et pepli oblatio. Iunonis praecepta per Irim ad Somnum ut Thebanos uigiles obruat. descriptio domus Somni et eius ad Thebas aduentus. exsecutio de his quae mandauerat Iuno. Thiodamantis sacerdotis subitus furor persuadentis ut inuadant[ur] Argiui. Adrasti gra-
10 tulatio et eruptio Thiodamantis et uastatio Argiuorum morientibus Thebanis. Dymantis et Hoplei comitum Tydei et Parthenopaei allocutiones de liberandis cadaueribus ducum. ipsorum cadauerum reportatio. superuentus Amphionis, ducis Thebani, et Dym⟨antis⟩ et ⟨Hoplei⟩
15 mors. fuga Amphionis, ducis Thebani, cognita suorum nece nocturna. Capanei … et ultra humanum modum dimicatio. uaticinatio Tiresiae quia Thebae non possent aliter uincere nisi unus se de draconteo semine deuoueret. deuotio Menoecei, Creontis filii, qui persuadente Virtute
20 in Mantus formam conuersa se de muro uulneratum pro

2 hortatus Eteoclis] eteoclis hortatus **MW** || 5 oblatio *Lindenbrog*, oratio **ω** || 9 inuadant[ur] *correxi*; *pro quo* Thebani *pro* Argiui *proposuit Jahnke* || 11 Dymantis] diadamantis (*uel* dy-) **Mm** || 14 Dym⟨antis⟩ et ⟨Hoplei⟩ *R. Klotz*, tumet **ω** || 16 *lacunam post* Capanei *posui* || 20 conuersa] -us **mG** *Mombritius* (-um **ψ**)

patria praecipitem dedit, cum non posset eum pater pia allocutione a uoluntate dimouere. Capanei ascensus in Thebanum murum et eius post diuersorum numinum indignantium querelas per fulmen interitus.

1 HESPERIA (... PORTA) occidentali. 25

2 PROPERATA festinata.

⟨**3–4** SED TRISTE TOT EXTRA / AGMINA ET IMMERITAS FERRO DECRESCERE GENTES⟩ hoc miseratus est Iuppiter triste esse perire illos qui nec Thebani fuerant nec Argiui, sed utrisque partibus auxilio uenerant. 30

5 PANDITVR (... CAMPVS) abscessu militum patefactus est campus quorum ante⟨a⟩ acie tegebatur. DEFORMIS SANGVINE horridus siue confusus.

7 ORBA ROGIS sepultura carentia.

8 LACERIS scissis. 35

9 INEVNTIBVS ARMA anastrophe pro 'euntibus in arma', hoc est ad bellum.

10 ANGVSTAE (POPVLIS) nimia multitudine. (LATAE CEPERE) REVERSOS quia pauci redierant.

11 PAR VTRIMQVE DOLOR quia utriusque partis magna clades exstiterat. 40

12 QVATTVOR ERRANTES (DANAVM SINE PRAESIDE TVRMAE) Amphiarai, Tydei, Hippomedontis, Parthenopaei.

22 dimouere] de- **M**^{pc}**W** || **27–28** SED ... GENTES *scripsi pro* MISERATVS OPES (*u. 3*) *in* **ω** || **30** utrisque] utriusque **KWQFp** || **31** abscessu] abcessu **F(S?)E**$^{2\ uel\ 3}$ || **32** ante⟨a⟩ *corr.* **π** *Mombritius* || **37** hoc] id **Kπ** *Mombritius* || **38–39** LATAE (LATE *edd., quod correxi*) CEPERE *inseruit Mombritius* || **40** quia] quod **SV**

13 VIDVAE MODERANTIBVS ALNI gubernatoribus destitutae.
45 MODERANTIBVS pro 'moderatoribus', participium pro nomine.

15 (INDE) ANIMVS (TYRIIS) ⟨animus⟩ audacia. hinc enim fiducia Thebanis accreuerat quod quattuor Argiuorum duces eximii exstincti fuerant sorte bellorum.

50 **16–17** (MYCENAS) / CONTENTI REDIISSE quibus sine gloria incolumibus patriam rediisse suffecerat.

17–18 DAT TESSERA SIGNVM / (EXCVBIIS) nuntius belli, quando per uigilias nunt⟨iat⟩ tessera dicitur.

18 VICES excubantium successiones.

55 **19** VLTRO uoluntate, non sorte cogente.

21 LVX CRASTINA quae nos uictores efficiet.

23 SECVNDIS fauentibus.

27 TVMET superbit.

29 IN MANIBVS MERCES in promptu est laboris praemium
60 nostri.

34–35 (PRAEDAM ADSERVATIS OPESQVE) / IAM VESTRAS ad incitandum uirorum fortium animos spem praedae monstrauit. ut Lucanus ⟨VII 738–739⟩:

'superest pro sanguine merces,
65 'quam monstrare meum est'.

38 VERTERE GRADVM ad Argiuos.

53 nunt⟨iat⟩ *Varjás* (*cf. Liu. VII 35, 1*), nunc ω | dicitur] datur *Vollmer* || **59–60** praemium nostri] nostri premium E$^{2\,uel\,3}$**m**Q || **61** PRAEDAM ... OPESQVE] PREDAM A. O. *pro* IAM VESTRAS **m**

40–41 (TVM FRONTEM) ⟨A⟩VERSAQVE TERGA / (PARTITI LATERVMQVE SINVS) excubiarum inter se officia diuiserunt.

43 SVB NOCTEM per noctem.

45 FAVCES luporum. 70

47 QVOD SVPEREST siquidem nihil aliud potest facere.

52–53 (FRIGIDA VVLTV) / SAXA TERVNT ita suppliciter humi procubuerunt ut uultibus suis templorum tererent limina.

56 PEPLVM ETIAM DONO peplum est uestis candida aureis clauis picta sine manicis quod simulacris fiebat. sed 75 hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum quod matronae suis manibus faciebant et inter triennium numinibus offerebant.

59 VBI in ipso peplo. FLORET splendet.

60 INCENDITVR splendet. 80

61 DESPONSA sponsa designata.

⟨**62** EXPERS CONVBII ET TIMIDE POSITVRA PVDOREM⟩ nam uirginitas cum pudore deponitur feminarum.

67 ⟨A⟩VERSAQVE *Jahnke* (ADVERSAQVE *Mombritius*), VERSAQVI **M**, VERSAQVE **fπ** | PARTITI] *glossa super* PARTITI *e. q. s.* **S** || **68** inter se officia] officia inter se **SV** || **71** nihil] nil **Kπ** || **72** humi] humiliter **SV** || **73** tererent **QF** *D'Orville anonymus Heidelbergensis*, tex- **ω** || **74** peplum] plep- **mAp** || **82** EXPERS ... PVDOREM *scripsi pro* LVMINE DEMISSO (*u. 63*) *in* **ω** || **83** *post* feminarum *inser.* **M** (*marg. sup.*) **m** POSITVRA SOROREM (*u. 62*) ideo dicit positura sororem, quia quasi pudorem deposuit, cum soror esse deberet, uxor Iouis effecta (est facta*? Jahnke*), *quod Jahnke post* designata (*scholio* nam ... feminarum *falso loco falso lemmate instructo*) *posuit*

68 TVMVLVMQVE REBELLEM συνεκδοχή: a parte totum. et
85 tumulum, in quo natus est Liber, rebellem contra Iunonem.

72–73 (OBVIA ...) / FORS [DEDIT] casus occurrens.

74 VALLVM Thebanorum.

77–78 GEMINOSQVE TONANTIS / (SECVBITVS VACVIS INDIG-
90 NARETVR IN ASTRIS) indignata est Iuno uacuis in astris geminos Iouis in Thebana urbe concubitus.

80–81 (SVAMQVE) / ORBIBVS ACCINGI (SOLITIS IVBET IRIN) Vergilius ⟨Aen. IV 701 uel V 89⟩: 'mille trahit uarios aduersa luce colores'.

95 **83** (IN TERRAS LONGO) SVSPENDITVR (ARCV) ⟨suspenditur⟩ curuatur. ut ipse alibi ⟨Ach. I 107⟩: 'et longo suspendit Pelion arcu'.

84 OCCIDVAE in occidentalibus partibus constitutae.

85 AETHIOPASQVE ALIOS Mauros dicit occidentales.
100 NVLLI PENETRABILIS ASTRO hoc est nullius sideris lumen admittens.

86 INERS quietus. GRAVE pigrum siue obscurum.

87 IT uadit. DESIDIS inertis.

93 ERRARE moueri.

84 REBELLEM π, -PELLEM Mf, R. m, *om.* V | συνεκδοχη] sine doche ω, *corr. Mombritius* || **87** DEDIT *seclusi* || **94** trahit] -ens *Aen. IV 701,* iacit (trahit *u. l.*) *Aen. V 89* | aduersa luce] -o sole *Vergilius* (-a luce *u. l. in Aen. IV 701*)

96 EFFVGIENS procurrens. 105

....

147 CAMPVS Thebanorum posuit terram.

148 SVMMISERE suppressere.

150 ERRARE dormitare.

153 (LASSIQVE CADVNT IN PECTORA) VVLTVS descriptio altius dormientis. 110

157 CASTRIS Argiuorum.

160 REPENS repentinus. LYMPHANTIBVS furentibus.

163 SIVE NOVVM (COMITEM BONVS INSTIGABAT APOLLO) quia Thiodamas in locum Amphiarai fuerat constitutus. 115

166 STIMVLI quibus premebatur a numine. NVDVS manifestus et euidentius patens.

167 STAT plenus est. ut Vergilius ⟨ecl. VII 53⟩: 'stant et iuniperi'.

167–168 (TREPIDAS) INCERTO (SANGVINE TENDIT / EXHAVRITQVE GENAS) ⟨incerto⟩ trementi, siue ambiguo quia modo rubor modo pallor eius ora mutauerat. ut Vergilius ⟨Aen. VI 46–47⟩: 120

'cui plurima fanti
... non uultus, non color unus'. 125

TENDIT inflat. Lucanus ⟨IX 792⟩: 'tenditque cutem pereunte figura'.

106 *post u. 96 lacunam 50 uersuum habemus, quae duas paginas in codice ex quo ω erat descriptus repraesentat, fortasse uersum primi folii et rectum alterius* || **114** COMITEM] C. **m** || **115** locum] -o **MS** || **124** plurima] talis *Vergilius*

169 (SERTAQVE MIXTA COMIS) SPARSA (CERVICE FLAGELLAT) rotata hac atque illac coma. ut Vergilius ⟨Aen. VI 48⟩:
130 'non comptae mansere comae'.

170 [SIC] PHRYGA (... CRVENTVM) quos in templo Matris Deum Gallos appellant. CRVENTVM cruentatum.

171 CONSVMPTA lacerata.

172 SCIRE VETAT quia dolorem furor sentire non patitur.
135 (SACRAS ...) PINVS consecratas faces.

174 RESPERSA[QVE] polluta sanguine quem furens laniato corpore suo fuderat. ut Vergilius ⟨Aen. VIII 645⟩: 'sparsi rorabant sanguine uepres'.

174–175 (CVLTRIX) / ARBOR pinus, quae colitur in sacris
140 Matris Deum, sub qua iacuit Attis, Matris Deum dilectus.

177 SIGNORVM militarium.

178 (RERVM EXTREMA) MOVENS animo reputans aerumnas.

179 SVBITI noui id est qui in locum peremptorum ducum fuerant constituti.

145 **181** SEQVE HVC CREVISSE (DOLENTES) id est: ad hos honores prouectos se dolebant ideo quod occisis ducibus per calamitatem prouecti sunt.

⟨**182** AMISSO ... PRAESIDE⟩ id est: ⟨a⟩ gubernatore deserta est.

131 SIC *seclusi, om.* **Q** | PHRYGA **ApGO**, -IA **MVbRvek**, -II **QF**, -IE **c** || **135** (SACRAS ...)PINVS *scripsi, iam* PINVS SACRAS *Mombritius* || **136** -QVE *seclusi, om. Mombritius* || **138** rorabant] roborant **KV** || **146** ideo quod *Lindenbrog*, ideoque **ω** || **148** AMISSO ... PRAESIDE *scripsi pro* FREGIT ITER (*183*) *in* **ω** | id est *om.* **SE**[2 *uel* 3] | a *inseruit Mombritius*

184 [AVT] LATERVM (CVSTOS) qui[a] nauis latera custo- 150
diendo seruabat.

186 (NEC ACCEDIT) DOMINO TVTELA MINORI hoc est: nouo
gubernatori qui in locum defuncti successit non minus
conseruandae naui⟨s⟩ sibi creditae crescit studium.

192 NOX FECVNDA (OPERVM PVLCHRAEQVE ACCOMMODA 155
FRAVDI) fraudibus opportuna.

196 MISERVMQVE DIEM quo uicti sumus.

196–197 (MORASQVE) / FRANGITE PORTARVM undique uos
fractis portarum claustris in hostes immittite.

197–198 (SOCIIS HOC SVBDERE FLAMMAS) / HOC TVMVLARE 160
(SVOS) ⟨tumulare⟩ sepelire. id est: poena[m] quam hos-
tibus temptamus inferre pro sepultura erit exstinctis so-
ciis nostris, quasi ultione gaudeant peremptorum manes.
EQVIDEM (HAEC ET MARTE DIVRNO) per ironiam dictum
est, id est: reuera haec opportunitas nobis etiam per diem 165
continget ideoque debemus differre. hoc est: ne faciendi
occasio pereat, differri non debet.

201 SECVNDAE prosperae.

202–205 (MODO ME SVB NOCTE SILENTI) / IPSE IPSE (AD-
SVRGENS ITERVM TELLVRE SOLVTA / QVALIS ERAT ... / AM- 170
PHIARAVS ADIT) ut fidem uaticinationis suae faciat, iterum
se ab Amphiarao ut haec dicat admoneri significat. [ut

150 AVT *seclusi* | CVSTOS *inseruit Mombritius* | qui[a] *correxi* || 154 naui⟨s⟩ *corr.* **QGO** *Mombritius* || 161 poena[m] *corr.* **O**^{2}**vek** *Jahnke* || 162 exstinctis] -us **K**^{ac}**Apcvek** || 165 opportunitas *Mombritius*, im- **ω** | diem] dies **M**^{ac}**S** || 171 uaticinationis **MSπ** *Mombritius*, -i **E**$^{2\ uel\ 3}$**mKV** *fr. Leodiense Lindenbrog* || 172 Amphiarao *scripsi*, apolline **ω** || 172–173 ut ... stimulat (*ex schol. ad u. 216*) *seclusi*, *om.* **S**

Vergilius ⟨Aen. IV 576⟩: 'ecce iterum stimulat'.] SOLVTA hiatu diuisa.

175 **204** (SOLOS INFECERAT) VMBRA IVGALES ipse quidem tam clarus erat quam fuerat uiuens. equi autem ipsius inferorum fuerant fuscati caligine.

205 (NON VANAE) MONSTRA QVIETIS Vergilius ⟨Aen. III 173⟩: 'nec sopor illud erat, sed coram agnoscere uul-180 tus'.

206–211 TVNE INQVIT (INERTES / ... / **211** NOS SALTEM) inuehentis uerba.

207–208 REDDE HAEC (PARNASSIA SERTA MEOSQVE / REDDE DEOS) interpositio.

185 **208** AMITTERE NOCTEM opportunitatem inuadendorum hostium perdere.

209–210 (VAGOSQVE) / EDOCVI LAPSVS auium uolatus ostendi[t].

213–214 (NON COMMINVS HOSTES) / STERNENDI non con-190 tra uigilantes comminus pugnabimus, sed contra dormientes.

216–217 (ITERVM ECCE) BENIGNAE / NOCTIS (AVES) demonstratiue. etenim dum loquitur ⟨fit⟩ iterum prosperum augurium. ut Vergilius ⟨Aen. IV 576⟩: 'ecce iterum stimu-195 lat'.

176 uiuens SmVπ, iuuenis ME[2 *uel* 3]K *fr. Leodiense* vek (-es bR), iuuens (f?) ‖ **178** NON VANAE *inseruit Mombritius* ‖ **181** INERTES ... NOS SALTEM *omnia quae inter haec uerba leguntur ad scholium pertinere iudicaui* ‖ **188** ostendi[t] *corr.* S *fr. Leodiense, coni. Jahnke* ‖ **193** fit *inserere proposuit Jahnke* (uidit *post* augurium *inser.* SV, uidet *fr. Leodiense*)

218 (ATQVE ADEO VENIT ILLE ET) QVASSAT HABENAS quasi denuo Amphiaraus reuertatur ad superos. ⟨QVASSAT HABENAS⟩ quod est irae indicium quia tardabant ire.

219 NOCTEM [EXTVRBABATQVE] quietem.

226 (SORTEM ALII CLAMANT SORTEM) VNDIQVE POSCVNT ut uel sorte exigant qui mittantur. 200

229 FETVRA equarum suboles.

231 CERTARE cursu contendere.

233 TERGA BONI sessioni utiles.

234 NATVS naturaliter aptus. 205

⟨**238–239** GENTIQVE SVPERSTES / SANGVIS⟩ genti scilicet nostrae, quae uirtutis erat plena.

240–241 (PVLCHRAQVE MEORVM) / SEDITIONE (FRVOR) quia certabant qui magis eligeretur.

248 (SPERANTIBVS) AEQVORA VENTIS in spe habentibus maria. 210

249 INSVPER super electos.

250 APTVS SVADERE aptus dandis consiliis.

197–198 QVASSAT HABENAS *inserui* || 198 quia **fV** *fr. Leodiense*, qua **MKπ**, qui **E**[2 *uel* 3], quȧ **mQ** || 199 NOCTEM *Mombritius*, -IS **ω** | EXTVRBABATQVE *seclusi* (-QVE *om.* **pψ** *Mombritius*) || 200 SORTEM[2] *inser.* **V** *Mombritius*, *om.* **Mπ** (*ceteri testes deficiunt*) || 201 mittantur **Q** *Mombritius*, -untur **ω** || 202 suboles] soboles **fS** *fr. Leodiense* **Qψ**, sobules **K** || 206 GENTIQVE ... SANGVIS *scripsi pro* AD ARGOS (*u. 237*) *in* **ω** | genti scilicet *Jakobi*, gentis **ω** || 209 eligeretur] -entur **fSV** || 210 SPERANTIBVS *inseruit Mombritius* || 213 SVADERE **Q** *Lindenbrog*, SEDERE **ω**

250–251 (HIC ROBORE) IACTAT / NON CESSISSE PATRI
215 ⟨iactat⟩ gloriatur. dat operam ne patri uideatur esse dissimilis. (COMITES TRIBVS) ORDINE DENI deni comites singulos duces sequebantur, ut cum his triginta proficiscerentur ad bellum.

⟨**252** HORRENDVM AONIIS⟩ quod Thebanis etiam per diem
220 potuissent horrorem inducere. (ET CONTRA STANTIBVS) AGMEN hi pauci etiam non dormientibus et e diuerso pugnantibus sine dubio suffecissent.

255 GREMIO hoc est fidei.

257 (LORICAM) GALEAMQVE SVBIT armatur.

225 **257–258** (MAGNO) / ENSE GRAVAT non dixit 'donat', sed grauat, quia ponderosus erat.

259 SVPEROSQVE SEQVI quasi impius.

260–261 QVID ENIM (FALLENTIBVS VMBRIS / ARCVS ET HERCVLEAE IVVISSENT BELLA SAGITTAE) interrogatiue.

230 **263** (NE GRAVIS EXCLAMET PORTAE) MVGITVS AENAE ne audirent hostes portarum stridorem.

265 PERACTI perfossi.

269 EXPOSITAS neglegenter abiectas.

270 HINE AVSI debiles et otio dediti.

214–215 NON CESSISSE PATRI ⟨iactat⟩ gloriatur *scripsi*, gloriatur. NON CESSISSE PATRI ω ‖ 219 HORRENDVM *inserendum putauit Jahnke, quod et* AONIIS *inserui* ‖ 220 horrorem *Mombritius*, errorem ω | inducere E[2 *uel* 3]vek *Lindenbrog*, indicare **M** (*corr. in* iudicare) **fm**, predicere (*corr. in* predicare) V, in- *fr. Leodiense* π *Mombritius* ‖ 221 e *om.* (S?)π *Mombritius* ‖ 231 portarum stridorem] stridorem portarum **SV**

271 SERVARE VIROS obsidere. ad emphasin dictum. ad hoc 235
enim uenerant Thebani ut Argiuos ne fugerent custodirent.

272 TRANSIT cito occidit.

273–274 (NOMINE ... / ...) SIGNARE [QVEAT] nomine definire. 240

277 HVNC TEMERE (EXPLICITVM STRATIS) neglegentem et sine cura aliqua dormientem. EXPLICITVM extensum. Lucanus ⟨IV 628–629⟩:

'et omnem
explicuit per membra uirum'. 245

277–278 (HVNC SERO REMISSIS) / GRESSIBVS ILLAPSVM CLIPEO hunc, qui sero, uictus somno, dum stabat, defecit ac corruit.

280 ACCLINES (CLIPEIS ALIOS) stantes aut incumbentes clipeis dormiebant. 250

286 DEBILE FERRVM non ferrum debile, sed qui occidendo utebantur ferro debiles facti sunt.

287 CALIGANTES ... IRAE incertae perturbationes siue sedatae.

288–289 CASPIA (... / TIGRIS) a mari Caspio, quod inter 255
Armeniam et Pontum est.

289 RABIES fames.

290–291 (CRASSO SORDIDA TABO) / CONFVDIT MACVLAS

239 QVEAT *seclusi* | nomine *scripsi*, numero ω (*ex u. 273* numeret) ‖ **247** hunc qui sero *om.* **SV** ‖ **249** id est *inser. ante* stantes **SV** ‖ **252** sunt] erant **SE**[2 *uel* 3]**V** ‖ **255** mari] mare **M**π

pulchritudinem macularum cruore perfusa turbauit.
260 SPECTAT SVA FACTA uicta fame respicit praedam.

291–292 (DOLETQVE) / DEFECISSE FAMEM dolet expletum fuisse desiderium comedendi.

294 INANES debiles, sine effectu.

296 (MAGNO) SATVS HERCVLE Agylleus.

265 ⟨**301–302** HAVD QVISQVAM VISVS AVT ORA IACENTVM / EREXIT⟩ in quem tela iactauerat Somnus.

303 (ET TANTVM MORIENTIA) LVMINA SOLVIT id est: ad mortem suam eorum oculos ⟨laxat⟩.

304–305 SVPREMA / (SIDERA) longa nocte aut illis ultima.

270 **307** COGENTE DEO premente Somno.

309 EXIGIT transadigit. CAVA TESTVDINE antiptosis pro 'cauae testudini'.

310 ET DIGITOS (INTER SVA FILA TREMENTES) poetice dictum ut morientis digiti citharae fila pulsarent. Vergilius
275 ⟨Aen. X 396⟩: 'semianimesque micant digiti ferrumque retractant'.

311–313 (VNDIQVE MANANT / SANGVINE PERMIXTI LATICES ET BACCHVS IN ALTOS) / CRATERAS PATERASQVE (REDIT)

260 uicta] uictima **Mmt** || **261** DOLETQVE *inseruit Mombritius* || **265–266** HAVD ... EREXIT *scripsi pro* VOLVITVR (*u. 301*) ($\mathbf{M}^{ac}$**V**π, SOLVITVR $\mathbf{M}^{pc}$**m**) *in* ω, *cui* in quem ... somnus (*notanda est clausula*) *post* oculos (**268**) *in* ω *suppleui* (*lemma falsum exortum est a nota tantum ad lineam, ut saepius, posita*) || **266** iactauerat *scripsi*, laxauerat ω (*Jahnke putauit* iacta erant *ante* laxauerat *excidisse*) || **267** LVMINA (*corr.* **Q** *Jahnke*, -e ω) SOLVIT *lemma recognouit Jahnke* || **268** laxat *suppleui, ex quo credo* iactauerat *corruptum fuisse*

inuersi crateres ⟨et paterae⟩ fuderunt merum quod, abundantia repulsum sanguinis, iacentes repleuit [crateres]. 280

314 IMPLICITVM (FRATRI THAMYRIN) dum dormiunt mutuis se tenentes amplexibus. HAVRIT perfodit, penetrat.

316 NESCIVS (HEV RAPITVR FATIS) quia dormiens morti dimittitur.

316–317 HILARIS(QVE SVB VMBRAS / VITA FVGIT) quia sine 285 sensu doloris in fata decessit.

320 PROFLATV anhelitu. Vergilius ⟨Aen. IX 326⟩: ⟨'exstructus toto proflabat pectore somnus' et ipse alibi ⟨Theb. II 76–77⟩:⟩

'anhelum 290

proflabat sub luce deum'.

322 INACHIVS VATES Thiodamas.

323 FRACTVMQVE PERIT (IN SANGVINE MVRMVR) ⟨fractum⟩ succisum, interruptum. uoluit enim aliquid proloqui, sed morte interueniente non potuit. 295

324 FORS ILLI (PRAESAGA QVIES) dubitando poeta dixit, quia coniectura erat potius quam ueritas quod dicebat.

327 CVM VACVAE NVBES toto rore uacuatae. HONOR NON OMNIBVS ASTRIS ⟨honor⟩ lux, quia serena nocte non omnes stellae aequali splendore fulgent. 300

328 (AFFLATVSQVE FVGIT CVRRV MAIORE) BOOTES Septentrionem dixit, qui hebescit solis aduentu.

279 et paterae *inserui* || **280** repulsum sanguinis] sanguinis repulsum S *Mombritius* | crateres *seclusi* || **282** tenentes] -ent S *Mombritius* || **287–288** exstructus ... alibi *scripsi ex A. Klotz p. 502* || **291** proflabat] -bant *Statius* || **294–295** proloqui Sπ *Mombritius*, pre- M(f)E[2 *uel* 3]mV || **298–299** HONOR NON OMNIBVS ASTRIS ⟨honor⟩ lux *scripsi*, HONOR lux. NON OMNIBVS ASTRIS ω

329 DEFECIT OPVS defecerunt mortes.

336 MADIDAS cruore perfusas.

305 **337** MONSTRATAE PRAEMIA NOCTIS quia supra ⟨uu. 188 sqq.⟩ dixit ⟨a⟩ deo se fuisse commonitum.

338 NONDVM ABLVTVS (AQVIS) qui nondum se sacerdotali purificauerat ritu.

340 SI NON DEDECVI (TVA IVSSA) si monitus tuos non inde-
310 center effeci siue non dehonestaui. TVLIQVE PREMENTEM pertuli urgentem, quia uatem receptum imprimit numen.

342 (NVNC TIBI) CRVDVS HONOS cruentus a nobis praebetur.

343–344 AT PATRIAS SI QVANDO DOMOS (OPTATAQVE PA-
315 EAN / TEMPLA LYCIE DABIS) si nos feceris ad patriam remeare.

345 (TOTIDEMQVE VOTI MEMOR) EXIGE TAVROS tot tauros immolabo, quot hostes occidi.

347 FATO urgente fato quia perituri sunt. HOPLEVS hic
320 Tydeo fuit et militia et amore deuinctus.

354 ASPERA MATER fortis.

⟨**355** FVNVS VBI⟩ interrogans uos, ubi sit funus filii.

306 a *inserui* || 307 qui] quia **MS** || 311 urgentem **fSE**[2 *uel* 3]**VQ bRGOvek**, urguentem **Mmφc** | uatem *scripsi*, -es **ω**, -i (... impertiit) *Varjás* || 314 AT **f**, AD **MQF**[pc]**ψ**, A **AF**[ac]**p** || 319 urgente **fS E**[2 *uel* 3]**mQRGOvek**, urguente **Mφ(c)b** || 320 deuinctus] -uictus **Mf** || 321 *ad uerbum* ASPERA *explicandum* fortis *scriptum iudicauit Schmitz* || 322 FVNVS VBI *inserui*

356–357 [SAEVIT INOPS TVMVLI] (QVAMVIS) PATIENTIOR ARTVS / (ILLE NEC ABRVPTIS ADEO LACRIMABILIS ANNIS) figurata locutio: quamuis patientiores artus habeat – 325 id est: Tydei membra dura sunt et non cito tabescunt – nec, adulescens peritus, multis sit lacrimis dignus (quia diu uixerit), Parthenopaeus autem immatura morte consumptus est.

361 ERRANTES insepultas. 330

362 IDEM ARDOR MISERO eadem ego quoque cupiditate succendor.

363 MENS HVMILIS debilitatus animus.

365 ARCANAE (MODERATRIX CYNTHIA NOCTIS) secretae noctis domina. 335

367 (IN SILVAS) ALIO DESCENDERE VVLTV quia dicitur Luna mutata ad siluas figura descendere, nam eandem etiam Dianam dicunt. ut Vergilius ⟨Aen. IX 405⟩: 'astrorum decus et nemorum Latonia custos'.

373–374 MALVS AETHERA FRANGIT / IVPPITER nociua tem- 340 pestas nubes collidit.

374–375 ABSILIVNT (NVBES ET FVLGVRE CLARO / ASTRA PATENT) ⟨absiliunt⟩ crepitant. ASTRA pro caelo. nam dissilientibus nubibus caelum patet.

375 (OCVLIS) OSTENDITVR ORBIS mundus apparet. 345

376 ACCEPIT RADIOS id est Dymas.

323 SAEVIT INOPS TVMVLI *seclusi* || **327–329** quia ... consumptus est *post* TVMVLI **(323)** *in* ω *ad locum restitui* || **340** FRANGIT] -ITVR **Mπ** || **344** patet **SE**[2 *uel* 3]**WQFvek** *Mombritius*, paret **M**[2]**fm Apψ**

376–377 EADEM PERCITVS HOPLEVS / (TYDEA LVCE VIDET) eadem luce qua radios acceperat Dymas.

377 DANT SIGNA significant sibi inuicem se quaesita inue-
350 nisse cadauera.

379 REMISSOS liberatos.

381 PROPE SAEVA DIES silentii causam exposuit.

381–382 INDEXQVE MINATVR / (ORTVS) aduentus diei raptorum cadauerum proditionem minatur.

355 **383** EXHAVSTAS finitas. PALLERE TENEBRAS lucis aduentu noctem finiri.

384–385 [ET] FORS INGENTIBVS AVSIS / (RARA COMES) inuiderunt uiris fortibus Fata, quibus semper rarus est felicitatis euentus.

360 **385** ANIMISQVE PROPINQVANT animorum cupiditate. licet adhuc non paruo disiungerentur spatio, tamen spe et properandi studio iam sibi castra uidebantur tenere.

386 DECRESCIT ONVS spe breuioris uiae minuebatur corporis magnitudo.

365 **391** (NESCIO QVID VISV DVBIVM) INCERTVMQVE VIDERI expressit quemadmodum in tenebris aliquid uideretur.

394–395 TIMENTQVE / NON SIBI mire poeta amantium cadauera expressit affectum.

397 AFFECTANS ERRARE MANVM non percutientis animo.

357 ET *seclusi* || 365 VIDERI] MOVERI *Statius* || 367 amantium] animantium **M**π || 369 percutientis] -ens **Sm**

399–400 (AT NON MAGNANIMVS) CVRAVIT (PERDERE IACTVS / AEPYTVS ET FIXO TRANSVERBERAT HOPLEA TERGO) ad hoc Aepytus miserat telum ut Hopleum occideret. 370

403–404 (FELIX SI CORPVS ADEMPTVM) / NESCIAT si non sentiat interuentu mortis amici sibi corpus auferri.

405–406 (AGMINA SENTIT) / IVNCTA DYMAS Amphioni et Aepyto qui praecesserant. 375

408 NEVTRI FIDVCIA (COEPTO) nec in ⟨armis nec in⟩ precibus spem salutis relictam uideba[n]t.

413 AD CAEDEM (IVXTA MORTEMQVE PARATVS) desperatione uitae et ad occidendum et ad moriendum erat paratus. 380

414 VT LEA simili comparatione usus est etiam in animositate Hippomedontis, dum Tydei cadauer ab hostibus defensaret ⟨IX 115–117⟩:

> 'imbellem non sic amplexa iuuencum 385
> infestante lupo tum primum feta tuetur
> mater'.

420–421 ET IAM LAEVA VIRO (QVAMVIS SAEVIRE VETARET / AMPHION EREPTA MANVS) iam manus sinistra Dymanti fuerat praecisa, licet hoc instantius prohiberet Amphion. 390

424 FVLMINEI (... BACCHI) id est fulmine excussi utero matris.

425 INOAMQVE FVGAM quia, cum Ino se praecipitaret in mare, meruit numen fieri. VESTRIQVE (PALAEMONIS ANNOS) ad incutiendam misericordiam hostibus per infan-

377 armis nec in *inserui* ‖ **378** uideba[n]t *corrigere proposuit Jahnke* ‖ **391** FVLMINEI f, -NE Mπ

395 tiam numinis adiurat ut Parthenopaei pueritiae parceretur.

427 HIC [PATER] apud uos.

428 IACENTIS / VVLTVS quia dixerat illum superius supinum trahi quemadmodum solent iacentes supplicare.

400 **431–433** IMMO AIT AMPHION (REGEM SI TANTA CVPIDO / CONDERE QVAE TIMIDIS BELLI MENS EDE PELASGIS / QVID FRACTI EXSANGVESQVE PARENT) adhuc ignorauit Amphion exstinctos uigiles suos.

438 NIL EMIMVS TANTI (NEC SIC VELIT IPSE CREMARI) pro-
405 ditione ciuium meorum nec uitam meam nec Parthenopaeo quaerimus sepulturam.

444 (EGREGIAS EFFLANT ANIMAS) LETOQVE FRVVNTVR in facto tali cum uoluptate pereunt.

446 MEMORES SVPERABITIS ANNOS uirtutis uestrae gloria
410 temporum longitudo uincetur.

448 ADMITTET suscipiet id est participes faci⟨e⟩t suae gloriae.

456 ARMA RVBERE sanguine perfusa rubescere.

458 (VOLVCRVM ...) RECENTVM pullorum.

415 **462** APERTA alis extensis. (AMANTIBVS) INCREPET ALIS percutiendo alas pullos suos a casu prohibeat.

463 OPVS ARCANVM quod perfecera⟨n⟩t in insidiis.

466 IVXTA similiter.

397 PATER *seclusi* || **404** EMIMVS V[pc] *Lindenbrog*, EMINVS **ω** *Mombritius* || **411** faci⟨e⟩t *corr.* **Qψ** *Mombritius* || **417** perfecera⟨n⟩t *correxi* (fecerat **mK**) | in *om.* **mK**

470 QVI TREMOR (ILLICITA CAELI DE LAMPADE TACTIS) tali tremore perculsus est, qualis solet inuadere fulminatos. 420 ILLICITA ex longinquo epitheton traxit, eo quod non liceat tangi loca ubi iaceant fulminati.

473–474 RETORTO / PVLVERE retro contorto. nam puluis illuc erigitur quo homines.

477 CONGERIE sanguinis collectione. SEMIANIMVM semianimorum. 425

⟨**478** EXTERIT ARTVS exterit⟩ extrahit, imminuit cadauera.

479 IMPEDIT AXES a cursu retardat.

482–483 (OCCVLTATA ...) / DELITVIT VIRTVS noctu per insidias pugnans. 430

484 PVLVERE certamine.

485 SVNT ET MIHI sicut Thiodamanti.

485–486 PROVIDA DEXTRAE / (OMINA) non auium aut deorum. ut Vergilius ⟨Aen. X 773⟩: 'dextra mihi deus'. 435

488 (SEQVITVR IAM) TRISTIOR AVGVR quoniam prodere non poterat futuram calamitatem.

491 SPECVLA feminino genere dixit.

493 (EST VBI) DAT VIRES NIMIVS TIMOR contingit ut nimius timor uires faciat esse maiores. 440

420 tremore] terrore **SV** || **427** EXTERIT ARTVS exterit *inserui*, EXTERIT *iam Jahnke* | extrahit *om.* **SmK** || **431** pugnans *Mombritius*, -at **ω** || **436** IAM *inser.* **V** || **436–437** prodere non poterat] non poterat prodere **SV** || **438** feminino] -ineo **MfQFp** || **439** ut] et ut **M**, ut et *Jahnke* || **440** esse **MmVπ**, *om.* **SE**[2 *uel* 3]**Kvek**

497 TAY⟨G⟩ETI mons Laconicae regionis.

497–498 RIGIDI ... / EVROTAE frigidi. Eurotas fluuius Laconicae regionis.

498 SPECTATE laudate.

445 **499** (NVPER) NEMEAEO IN PVLVERE FELIX modo in Nemeaeo agone uictoria celebratus. hic Alcidamas in agone quem in honore⟨m⟩ Archemori Adrastus celebrauit aduersus Capaneum caestibus dimicauit, ut superius ⟨VI 739–740⟩ poeta testatur:

450 'tandem insperatus nuda de plebe Laconum
prosilit Alcidamas'.

500–502 (PRIMIS QVEM CAESTIBVS IPSE LIGARAT /TYNDARIDES NITIDI MORIENS) CONVEXA (MAGISTRI / RESPICIS AVERSO PARITER DEVS OCCIDIT ASTRO) ⟨conuexa⟩ plaga
455 caeli in qua lucet stella Pollucis, quam refert poeta propter mortem cultoris sui numinis in occasum fuisse conuersam. unde superius ⟨VI 741–742⟩:

'sed socii fretum Polluce magistro
norunt et sacras inter creuisse palaestras'.

460 **503–504** LACAENAE / (VIRGINIS) Ledam dicit, quam Iuppiter compressit mutatus in cygnum.

441 TAY⟨G⟩ETI *corr.* **Qvek** *Mombritius*, TAGETI **f** ‖ **443** est *inser. post* regionis **SV**, *ante* **Q** ‖ **446** celebratus **π** *Jahnke*, -tur **ω** ‖ **447** honore⟨m⟩ **fQGe** *Mombritius*, -e **ω** ‖ **456** numinis *scripsi*, nominis **ω** ‖ **459** norunt] -ant *Statius* ‖ **461** compressit mutātŭs īn cȳgnŭ̄m *scripsi*, mutatus compressit in cygnum **Mfπ**, mutatus in cygnum compressit **SGvek**, mutatus compressit **m**, in cygnum mutatus compressit **Q** *Mombritius*

504 FALSO ... OLORI proprie dictum, quia non cygnus, sed Iuppiter in cygnum uersus ad Ledam uenerat.

506–507 (ET QVAE TE LEGES PRAECEPTAQVE FORTIA BELLI) / ERVDIIT GENETRIX (NIMIVM DIDICISSE QVERETVR) 465 quia mater Alcidamae Nympha fuit uenatrix quae sine dubio defleuit quod ita fortem, ita nutrierit bellicosum ut audacia uirtutis suae fretus occubuisset incautus.

510 IALMENIDES patronymicon.

511 TORSERVNT clauserunt. 470

512 PANGAEA mons Macedoniae [uel Maenala].

519–520 SOLVITVR INTEREA (VALLVM PRIMAEQVE RECVSANT / STARE MORAE) irruperunt Argiui Thebanorum uallum nec illos uis ulla potuit ab impetu retardare.

522–523 (IMMANE PAVENTES / ABRVPTVM) MIRANTVR AGI 475 agi se mirabantur equi a sedentibus per abrupta.

523–524 (NVNC IMPETVS IRE / MARGINE AB EXTREMO NVNC SPONTE) IN FRENA RECEDVNT ⟨in frena recedunt⟩ in uestigia redeunt. modo adeunt alacritate transeundi, modo timore altitudinis retrorsum redeunt. 480

527 REMOLIRI disrumpere, auellere.

532 NIGRAS semiustas.

463 OLORI f, -E **MmVQ**, COLORI π | proprie f *Mombritius*, post me **Mm**, prime **V**π || 467 ita² *om.* **Mm** || 469 IALMENIDES *Jahnke*, ALM- **M** *Mombritius*, ALCHEN- f, ALCM- (*uel* ALCIM-) π | patronymicon *Jahnke*, -nomicon **MmAp**, -on *uel* -um f, -um **SKQF**ψ, pater nomicum E$^{2\ uel\ 3}$, patronymicum **Ovek** *Mombritius* || 471 uel Maenala *seclusi* (*ex uaria lectione pro* Pangaea *cum quantitate falsa, ut uidetur*) || 479 adeunt *Jahnke*, ab- ω

533 ARSVRAS (CAELI PER INANIA) GLANDES nam sunt plumbeae. plumbum enim solet nimietate iactus calefactum li-
485 quefieri.

534–535 (SAXAQVE IN ADVERSOS IPSIS AVVLSA ROTABANT) / MOENIBVS pro euersione moenium ipsis moenibus pugnabatur.

535 EXVNDANT (SAEVO) FASTIGIA NIMBO scatent multitu-
490 dine iaculorum.

537 CERAVNIA montes excelsi Epiri qui illis propius nauigantes infestant. unde Lucanus ⟨V 652–653⟩:

'scopulosa Ceraunia nautae
summa timent'.

495 **541** VIRVM Argiuorum.

542 IMBER ATROX telorum densitas. etenim peculiare est poetis belli impetum caeli tempestatibus comparare.

544 FALCATO (... CVRRV) falces habente. hoc genus armorum etiam Sallustius ⟨frg. hist. III 21* Maurenbrecher⟩
500 describit.

547 OCREIS (RETINENTIBVS HAERET) ⟨ocreis⟩ crurum tegminibus quibus in curru haerentibus trahebatur.

548 MIRANDVM miserandum.

552 [AT] TVBA Argiuorum.

505 **553** AMARO terribili.

555 SVA DAMNA quia occidebantur.

490 iaculorum] telorum **fm** || **493** scopulosa] -o **MS** || **498** habente **V**π, -em **Mfm** || **504** AT *seclusi*

556 DIRA INTVS FACIES horrenda luctus species impleuerat ciuitatem.

557 (INSANIS) LYMPHATAM (HORRORIBVS VRBEM) timoris magnitudine furiatam. 510

562 (SAEVAS MENTE) ACCEPERE CATENAS prae timore illa uidebantur quae poterat inferre captiuitas.

563 CONSVMPSIT (VENTVRA TIMOR) peracta putabantur timoris magnitudine quae nondum euenerant sorte bellandi. 515

570–571 (NEC HABENT EXTREMA PVDOREM) / IPSAE TELA VIRIS (IPSAE IRAM ANIMOSQVE MINISTRANT) quia in calamitate nullus pudor est feminis prodire in publicum uel aliquo pro patria fungi officio.

573 (NEC PARVOS CESSANT) OSTENDERE NATOS ut uiros 520 suos ad pugnam ostendendo liberos acrius excitarent. Sallustius ⟨frg. hist. incert. sed. 9 Maurenbrecher⟩: 'ut res magis quam uerba agerentur, liberos parentesque in muris locauerant'.

575 ARMATAS aculeis. 525

581 SERIT dispergit, immittit.

583–584 (PERIIT) REVERENTIA REGIS / (SOLLICITIS) perturbationis magnitudine nulla reuerentia regiae personae apud sollicitos erat.

511 MENTE *inseruit Mombritius* | ACCEPERE **mVAψ**, -CIPERE **MfQ**, -CIPE **Fp** || 513 VENTVRA TIMOR *inseruit Mombritius* || 518 prodire] -ere $\mathbf{M}^{pc}$ (*manu recentiore*) $\mathrm{E}^{2\,uel\,3ac}$(**m**?) | in *Mombritius*, ad **ω** || 522–523 res ... uerba] re ... -o *Klotz in Maurenbrecher* || 525 aculeis **Sm** (*ex* aga-, *post quod* acu- *iterat*) *Mombritius*, aga- **Mfm**^{ac}**Kπ**, agil- $\mathrm{E}^{2\,uel\,3}$

530 **584** (PACTVMQVE HIC) COMPVTET ANNVM ut computato tempore exilii anno integro solus regnum Polynices teneret.

585–586 (PATRIAS ... / ...) TENEBRAS caecitatem patris.

587 NOXAE noxa est poena, 'noxia' culpa ipsa.

535 **588** INDE ALII (SERA ISTA FIDES IAM VINCERE MAVVLT) e diuerso alii contraria sentiebant dicendo: olim quidem istam fidem sequi debuimus ut Polynicen pelli minime pateremur, nunc uero semel coepto proelio est acriter dimicandum.

540 **592–593** QVIANE ANTE DVCI (BENE CREDITA NOSTRO / CONSILIA ET MONITVS CVM PERFIDA BELLA VETAREM) *εἰρωνικῶς:* cur et modo futura non dicam qui ante, cum uentura praedicerem, ita sum libenter auditus? DVCI Eteocli.

545 **594–596** (TE TAMEN INFELIX ...) PERITVRAQVE THEBE / (SI TACEAM NEQVEO MISER EXAVDIRE CADENTEM / ARGOLICVMQVE OCVLIS HAVRIRE VACANTIBVS IGNEM) ⟨perituraque Thebe⟩ notandum quia Thebe singulariter dixit. VACANTIBVS caecitate uacuatis. [**597** VINCAMVR 550 PIETAS] hoc est: decreueram quidem tacere, sed miseratione uictus patriae silere me futura non patior.

598 ACIEQVE SAGACI oculorum.

599–601 (SANGVINEOS) FLAMMARVM APICES (GEMINVMQVE PER ARAS / IGNEM ET CLARA TAMEN MEDIAE FASTIGIA

537 Polynicen] -e S E[2 uel 3] K V | pelli] -ere M[pc] m || 541–542 *εἰρωνικῶς*] hironicos ω || 543 praedicerem] -arem MS || 549–550 VINCAMVR PIETAS *seclusi*

LVCIS / ORTA DOCET⟩ hoc genus haruspicii καπνομαντεία dicitur, quia ex diuisione ipsius fumi futura monstrantur. ET CLARA TAMEN ⟨MEDIAE FASTIGIA LVCIS⟩ per medium splendentem apicem uictoria Thebana monstratur. FASTIGIA LVCIS summum culmen exortae flammae. 555

601 IN SPECIEM SERPENTIS serpentis specie flamma figurata mortem significat Menoecei, qui ex draconis semine trahebat originem. 560

602 ANCIPITI GYRO in utraque parte. VOLVI FRANGIQVE obscurari uel flecti siue rotari flammam in claram lucem. 565

603 DVBIO Tiresiae id est ignaro. per caecitatem nesciebat quae sacrificia signa monstrare⟨nt⟩. ⟨PATRIASQVE⟩ ILLVMINAT VMBRAS dat oculos caeco nuntiando signa quae facta sunt.

604 [ILLE] CORONATOS ⟨... IGNES⟩ siue flamma in coronam uersa siue quia arae omnibus sacrificiis coronabantur. 570

606–607 ⟨STANT TRISTES HORRORE COMAE VITTASQVE PREMENTES / CAESARIES⟩ INSANA LEVAT furore diuino sacerdotis crines horrebant. DIDVCTA patefacta.

608 CONSVMPTVM⟨QVE GENIS REDIISSE NITOREM⟩ senectute horridum uultum laetitia futurae uictoriae crederes immutatum in pristinum iuuentutis nitorem. 575

555 (h)aruspicii *Lindenbrog*, sacrificii **ω** || 556 fumi] ἔτυμον *nota*: καπνός = fumus | monstrantur **SmKVAFψ**, -atur **Mf E**[2 *uel* 3]**Qp** || **561** Menoecei] me n(e)octei **M**, me nectei f, mę nucei **E**[2 *uel* 3] || **567** monstrare⟨nt⟩ *corr.* **QbGvek** *Mombritius* (-et **π**) || **568** signa *om.* **SV** || **570** ILLE *seclusi*

610 EXTREMA LITAMINA (DIVVM) sacrificiorum signa post quae sacrificare iterum non licet. inter 'litare' enim et 'sa-
580 crificare' hoc interest: sacrificare est hostias immolare, litare uero per immolationem hostiarum impetrare quod postules.

611 SED LIMITE DVRO uictoriam nobis quidem numina pollicentur, sed dura sententia, quia aliter euenire non
585 poterit nisi se Menoeceus occiderit.

617–618 (MAESTVS ADHVC PATRIAE ET TANTVM) COMMVNIA LVGENS / (FATA CREON) quia adhuc patriae ruinas impatienter ferebat, necdum filii orbitatem.

621 (MONSTRAT ENIM) SVADETQVE (TIMOR) habet enim pro-
590 prias diuinationes in diuersis timor nimius. ut Vergilius ⟨Aen. X 843⟩: 'agnouit longe gemitum praesaga mali mens'.

[**623** LYDIO (... AESTV) Tyrrheno.]

624 CELERARE IVBENTEM mortem Menoecei.

595 **625–626** (NVNC HVMILIS GENVA AMPLECTENS NVNC) ORA CANENTIS / (NEQVIQVAM RETICERE ROGAT) Creon Tiresiam suppliciter rogabat ut funestam sibi deorum uoluntatem taceret, quia pro salute patriae unius hominis mors negari non poterat. poposcerant enim numina ut pro Thebana
600 uictoria Menoeceus, unus qui de semine illorum superfuerat qui satis draconis dentibus fuerant nati, se uoluntarie traderet morti.

628 STIMVLOS hortamina.

589 TIMOR *inseruit Mombritius* (T. **m**) || **593** LYDIO *scripsi* (lidico Q[ac]), LIBYCO ω *Statius, et* LȲDIO (*contra metrum*) Tyrrheno *seclusi* || **600** qui] quod **fK**

629–630 (NEQVE ENIM HAEC ABSENTIBVS VMQVAM / MENS HOMINI (TRANSMISSA DEIS) nemo enim talem nisi diis hortantibus susciperet mentem qualem Menoeceus accepit. 605

631 DIGESTA ordinata.

636–637 (DANT CLARA MEANTI / ASTRA LOCVM QVOSQVE IPSA POLIS) AFFIXERAT IGNES stellas uirorum fortium dicit transeunti honorem referre Virtuti quia ipsius merito possederant caelum. dicit autem Liberum, Herculem, Castorem, Pollucem, quos ⟨Aen. VI 130⟩ 'ardens euexit ad aethera uirtus'. 610

639 MVTARE GENAS transfigurare se in aliam formam. 615

640 RESPONSIS (VT PLENA FIDES) ut Tiresiae responsis fides promptior haberetur quae iubebant perire Menoeceum.

643 MOLLIOR suauior.

644 DESCENDVNT VESTES defluunt. solet enim Virtutis simulacrum depingi succinctum. 620

645 NAM LAVRVS ERAT laurus commune est uatum et uirorum fortium decus. ASPERA rigentia siue magna.

646 [SIC] LYDIA CONIVNX Omphale, cui Hercules per amorem seruisse perhibetur. 625

647–648 (AMPHITRYONIADEN EXVTVM HORRENTIA TERGA) / PERDERE SIDONIOS (VMERIS RIDEBAT AMICTVS) quia Herculem non decebat muliebris habitus quia mole membro-

605 TRANSMISSA DEIS *inseruit Mombritius* || **616** VT PLENA (*scripsi,* PLANA *Mombritius*) *inseruit Mombritius* || **624** SIC *seclusi*

rum mollia imitari non poterat. perdere enim est male
630 aliquid imitari. SIDONIOS ... AMICTVS uestem purpuream dixit.

649 ET TYMPANA RVMPERE (DEXTRA) quae nimietate percutientis frangebantur.

650 (SED NEQVE TE INDECOREM SACRIS) DIGNVMQVE IV-
635 BERI dupliciter sentiendum. id est: neque indignum cui post mortem sacra fierent, neque indignum cui talia iuberentur.

653 MAVORTIVS (HAEMON) bellicosus.

654 [ATQVE] OMNIA id est in omnibus.

640 **655** [TV] PRIOR melior, maior. (EXANIMES CIRCVM) CVMVLANTVR (ACERVI) mortuorum cadaueribus quos occiderant.

656 OMNE SEDET TELVM (NVLLI SINE CAEDIBVS ICTVS) omne scilicet Menoecei uulnus letale erat et nulli ictus in
645 uacuum cadebant.

657 NECDVM ADERAT VIRTVS talia Menoeceus necdum instigante numine faciebat.

660 RENIDENT sanguine perfusa nitidiora fiunt.

663 (ARMIFERO) CADMI DE SEMINE de draconis dentibus
650 quos Cadmus seuit.

665 PLVS CONCIPE plus uirtutis suscipe.

668 (TERRIGENAM) CVNCTO PATRIAE (PRO SANGVINE POSCVNT) mortem libenter amplectere pro salute omnium Thebanorum.

639 ATQVE *seclusi* || **640** TV *seclusi* | CIRCVM *inseruit Mombritius* || **644** omne scilicet] scilicet omne **Mf**

669–670 (GAVDET CADMEIA PLEBES) / CERTA TVI certum 655
habet patria tua tanto se a te amore diligi ut pro ea libenter te offeras morti.

670–671 (RAPE MENTE DEOS) RAPE NOBILE FATVM / (I PRECOR ADCELERA NE PROXIMVS OCCVPET HAEMON) totus hic
locus celeriter pronuntiandus est ut iubentis exprimat af- 660
fectum.

673 (SESEQVE) IN CORDE RELIQVIT in animo Menoecei penitus Virtus insedit.

677 INVASIT arripuit.

678 (VT VERO AVERSAE GRESSVMQVE) HABITVMQVE NOTAVIT 665
Vergilius ⟨Aen. I 405⟩: 'et uera incessu patuit dea'.

682 FIXIT occidit.

685 IGNIBVS IMPLET (HONESTIS) his uulgi laudibus Menoecei animus ad honestam mortem magis impellebatur.

694 RESPONSA quae te iubent mori pro patria. 670

696–697 (SVPERINE PROFANVM) / DIGNANTVR STIMVLARE (SENEM) uult pater ab aetatis decrepitae assertione responsa destruere. dicit enim Tiresiam iam nimia senectute non posse uera responsa proferre.

699–701 (QVID SI INSIDIIS ET) FRAVDE DOLOSA / (REX AGIT 675
EST CVI NOSTRA IN SORTE TIMORI / NOBILITAS) quid si hoc
immissu regis Eteoclis dolose Tiresias fingit? sumus enim

660–661 affectum] $\overset{a}{e}$f- **M**, ef- **S** || **662** SESEQVE *inseruit Mombritius* | RELIQVIT] -ID **fφ** || **672** aetatis **Vπ** *Mombritius*, -e **MfSm** || **673** iam *om.* **MS** || **676** quid] quod **fm** || **677** dolose Tiresias] teresias (ty- **m**) dolose **fm**

regi pro nostra nobilitate suspecti, ne illi succedamus in regnum.

680 **702** (ILLIVS HAEC FORSAN REMVR) QVAE VERBA DEORVM forte regis haec uerba sunt, quae nos responsa credimus numinum.

706–708 SIC TVA (MATVRIS SIGNENTVR TEMPORA CANIS / ET SIS IPSE PARENS ET AD HVNC ANIMOSE) TIMOREM / PERVE-685 NIAS adiurantis affectus: [sic] quomodo ego tibi timeo, sic tu timeas liberis tuis. id est: sic ad id aetatis peruenias, ut pater sis.

719–721 (SED NEC LACRIMAE NEC VERBA MOVEBANT / DIS VOTVM IVVENVM) QVIN ET MONSTRANTIBVS (ILLIS / FRAVDE 690 PATREM TACITA SVBIT AVERTITQVE TIMOREM) ⟨monstrantibus illis⟩ diis utique sibi deuotum iuuenem rationem fallendi patris monentibus. nam eum securum deceptu fraudis effecit.

725–726 (NON SI IPSE RECLVSIS / COMMINVS EX ADYTIS) IN 695 ME INSANIRET APOLLO si me in templo posito talia Apollo praedicaret ut meis auribus diuinantis numinis uerba perciperem, non facile credidissem.

729–730 VIX ILLVM (MEDIO DE PVLVERE BELLI / INTER VTRASQVE ACIES IAMIAMQVE TENENTIBVS ARGIS) uix illum 700 saucium uulnere de hostium medio potui liberare. INTER VTRASQVE ACIES Argiuorum Thebanorumque.

683–685 SIC TVA (MATVRIS ... ANIMOSE) TIMOREM PERVENIAS adiurantis affectus *scripsi*, SIC TVA adiurantis affectus. TIMOREM PERVENIAS ω ‖ **685** sic *seclusi*, *om. Lindenbrog* (si **M**) ‖ **689** ILLIS *inseruit Mombritius* ‖ **692** eum securum] securum eum **fm**

733 (SVPREMIQVE) FVGAM REVOCARE (CRVORIS) sanguinis fluxum arte medicinae restringere.

⟨**737** IMPELLVNT CREDERE PARCAE⟩ ut magis timeat Haemoni uulnerato quam perituro filio Menoeceo. 705

739 AEQVORE CAMPI campi spatio.

740 (CORNVA) NVNC EQVITVM CVNEOS (NVNC … PEDESTRES) *περίφρασις.*

741 MODERANTVM regentium equos. CVRRVS pro 'equis'. 710

743 FVMAT anhelat.

747 DEFERAT fundat.

751–752 (NON) VLLIVS AETAS / (NON CVLTVS NON FORMA MOVET) nullius aetas aut uirtus Capaneum poterat ab impetu uirtutis suae tardare. 715

754 VICES alternos impetus.

757 AVGVSTIOR uenerabilior.

759 EXEMPTA MANIFESTVS (CASSIDE NOSCI) nudo capite coepit magis agnosci.

760 DESPEXITQVE ACIES HOMINVM quasi ipse iam deus uitam pro gloria contempturus. 720

704 IMPELLVNT … PARCAE *scripsi pro* CALIGINE PECTVS (*u. 735*) *in* ω ‖ **708** *περίφρασις scripsi*, εφερεcιc ω (*ex* **Mfπ** (ϝ *pro* ε[3] **M**, r *pro* ρ **π**, i *pro* φ **Fp**, erexit **ψ**: *ceteri testes deficiunt*), eicit *Mombritius*, *ἐξήγησις Jahnke* ‖ **713** fundat] findat **mπ** ‖ **714** uirtus *certe falsum*: cultus*?*, cultus ⟨aut forma⟩ *?*, uultus*?* ‖ **720** iam deus] deus iam **SV** ‖ **721** pro gloria] per -am **MF**, per -a **E**[2 uel 3]

761 CONVERTIT CAMPVM ad orationem suam pugnantium ora uultusque conuertit.

765–767 FERTE RETRO BELLVM CAPTAEQVE IMPINGITE LER-
725 NAE / (RELLIQVIAS TVRPES CONFIXAQVE TERGA FOVENTES / INACHVS INDECORES PATER AVERSETVR ALVMNOS) retro agite hostes in fugam ut, qui nunc uictores sunt, Argiui uincantur et, qui insecuntur, fugiant.

769 PLACIDA HOSTIA quae non repugnaui.

730 **770–771** SI NON ATTONITIS (VATIS CONSVLTA RECEPI / AVRIBVS) si non diuinantis Tiresiae uerba stupefactus accepi. ATTONITIS timidis. attoniti enim dicuntur, quos fragor tonitrui in unum locum defixit, quos Graeci uocant ⟨*ἐμβροντήτους*⟩ hoc est stupentes.

735 **773** EXORATE consolamini.

775 DEDIGNANTEM ARTVS quippe qui iam caelum petebat. MAESTAMQVE TENERI carcere corporis scilicet.

776 QVAESITAM aut a superis aut a Thebanis pro salute sua.

740 **777** LVSTRAT expiat.

787–788 CONCINITVR VVLGO (CADMVM ATQVE AMPHIONA SVPRA / CONDITOR) concinitur collaudatur. [ordo:] po-

724–727 FERTE ... LERNAE (RELLIQVIAS ... ALVMNOS) retro ... fugam *scripsi*, FERTE ... BELLVM retro ... fugam CAPTAEQVE ... LERNAE ω (CAPTAEQVE ... LERNAE *delendum putauit Jahnke*) || **728** insecuntur] -quuntur (m)V || **734** *ἐμβροντήτους suppleuit Lindenbrog* || **741–742** CONCINITVR VVLGO (CADMVM ... CONDITOR) concinitur collaudatur. [ordo] *scripsi*, CONCINITVR collaudatur. ordo: concinitur uulgo ω || **742** ordo *seclusi*

pulus eum conditorem urbis suae uocabat et Cadmo atque Amphione meliorem dicebat.

788 VERIS HONORE SOLVTO apertis rosis. 745

791–792 (VICTA GENITOR) LACRIMABILIS (IRA / CONGEMIT) quia dolebat fraude se deceptum a filio et iratus eum nolebat flere.

793–794 LVSTRALEMNE (... / DEVOTVMQVE CAPVT VILIS CEV MATER ALEBAM) lustrare ciuitatem humana hostia Galli- 750 cus mos est. nam aliquis de egentissimis proliciebatur praemiis ut se ad hoc uenderet. qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis, denique certo et sollemni die per totam ciuitatem ductus ex urbe extra pomeria saxis occidebatur a populo. 755

796–797 (MONSTRIFERO) COITV REVOLVTA (... / PIGNORA) quoniam filii coitus in matrem rediit. ut ipse alibi ⟨Theb. I 235⟩: 'proprios monstro reuolutus in ortus'.

806 DIVERSA (MIHI) contraria, quae mihi obfuerunt per partum. 760

806–809 (NIMIRVM MARTIVS ANGVIS / QVAEQVE NOVIS PROAVVM TELLVS) EFFLORVIT ARMIS / (HINC ANIMI TRISTES NIMIVSQVE IN PECTORE MAVORS / ET DE MATRE NIHIL) quia de serpente illo cuius Cadmus seuerat dentes Creon, Menoecei pater, ducebat originem. queritur ergo mater Me- 765 noecei omnia illum a patre habuisse et nihil de matre et inde illum amore mortis abreptum.

810 FATIS NOLENTIBVS quia ante diem peristi.

744 dicebat **M**^{ac}**SbR**, -bant **M**^{pc}**fE**$^{2\ uel\ 3}$**mV**π || **755** a populo] *uel secludendum uel ante* occidebatur *uel* saxis *ponendum*

812 (HAEC ERAT HAEC METVENDA) MANVS quae te occidit,
770 tua scilicet.

813 VIDĔN syllaba cum naturaliter longa sit, tamen eam corripuit secutus auctoritatem Maronis dicentis ⟨Aen. VI 779⟩: 'uiden, ut geminae stent cornua cristae?' CONSVMPSERIT ENSEM quia totum pectore recepit fer-
775 rum.

814 (ALTIVS) HAVT QVISQVAM (DANAVM MVCRONE SVBISSET) ab hoste non tantum fuisset infixus gladius.

816–817 PEROSAM / (SOLANTES) odio habentem consolantes se.

780 **819** TELLVRE RELICTOS quia solam terram intuebatur.

822 SAXI speluncae in qua filios edidit uel educabat.

824 PRAETER iuxta tigridem orbam.

825 VBI ENIM (QVIBVS VBERA PASCAT) interrogatiue: quia nusquam uidebat filios quibus alimoniam lactis para-
785 ret.

828 COMMINVS mox, insequenter. (ASTRIGEROS ...) TOLLENDVS (IN AXIS) carminibus altius efferendus.

830 AMENTIA furor poeticus.

831 PROFVNDA inferna.

790 **832** (CAPANEAQVE) SIGNA SECVTAE uelut Capaneo militent.

769 HAEC *inseruit Mombritius* || **773** stent cornua] stant uertice *Vergilius* || **778** SOLANTES] consolantes se *glossa super* solantes **m** || **786** insequenter *scripsi*, -ti ω

833 ARMA IOVEM (CONTRA STYGIAE RAPVERE SORORES) inuidiose ⟨se⟩ contra Iouem Capaneus armauit ut gloriosa morte periret.

⟨**834** PRAECEPS⟩ caeca, incerta, quia interdum, quae putamus bona, mala eueniunt exitu. 795

835–836 SEV LAETA MALORVM / (PRINCIPIA) quoniam gaudemus arduas res et periculosas incohare quarum nos postea paenitet.

836 [ET] BLANDAE sero uenientes. 800

841–842 (INNVMEROSQVE GRADVS) GEMINA LATVS (ARBORE CLVSOS / AERIVM ... ITER) admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius ⟨Atell. 9^{1-2} (ScRP II 270–271 Ribbeck)⟩ sane in Armorum Iudicio:

> 'tum prae se portant ascendibilem semitam 805
> quam scalam uocant'.

844 (CLIPEOQVE) INCENDITVR IGNIS splendore clipei repercussus splendidior fit.

847 QVID SACRA IVVENT quid prosit Thebanis mors Menoecei sacris inuenta. 810

848–849 [ET] ALTERNO (... GRESSV / SVRGIT) mire descripsit scalis ascendentem. ALTERNO ... GRESSV id est modo dextro, modo sinistro pede.

793 se *inseruit Lindenbrog* || **795** PRAECEPS *inseruit et* caeca (*quod editores ut lemma pro* LAETA (797), *uariam lectionem non aliter notam, habuerunt*) *ad* praeceps *interpretandum recognouit Varjás* (CAECA ... exitu *in editione Thebaidos ad loc. damnauit A. Klotz*) || **803** Pomponius] Pacuuius *Duebner* || **805** portant] -at *Duebner* | ascendibilem *Lindenbrog*, ascendi uilem ω || **806** uocant] -itant *Lindenbrog, teste Duebner* || **811** ET *seclusi*

849–851 (QVALIS MEDIIS IN NVBIBVS AETHER) / VIDIT ALOI-
815 DAS (CVM CRESCERET IMPIA TELLVS / DESPECTVRA DEOS)
⟨Aloidas⟩ Otus et Ephialtes, Aloei filii, tantae audaciae
ut montibus constructis caelum expugnare niterentur. icti
fulmine et in Tartarum mersi sunt.

873–875 (AMPHIONIS ARCES / ... FACILES) CARMENQVE IM-
820 BELLE SECVTI / (... MVRI) quia Amphione cantante dicun-
tur instructae.

879 ABSILIVNT dissoluuntur.

880 SAXEA FRENA compages quadratorum quae constrin-
gunt et continent aedificationem.

825 **886** INSERVANTE custodiente Iunone ne quid pro Thebis
diceret Liber.

887 OBLIQVO (RESPECTANS LVMINE PATREM) non aperte
aspiciens propter Iunonem siue quasi iratus Ioui.

[**888** (NVNC VBI ...) CVNABVLA FLAMMAE ubi sunt mea cu-
830 nabula?]

889–890 (GEMIT) AVCTOR APOLLO / (QVAS DEDIT IPSE DO-
MOS) quia Apollinis oraculum Cadmus secutus aedifica-
uit Thebas.

890–891 (LERNAM THEBASQVE REPENDIT / MAESTVS ET IN-
835 TENTO) DVBITAT TIRYNTHIVS (ARCV) ideo inducit Herculis

816 Aloei *Jahnke*, al$\overset{o}{e}$i **M**, aloi(i) **fSmVπ** || **818** mersi] missi **MS** || **821** instructae] -i *proposuit Jahnke* || **827** aperte *proposuit Jahnke*, ea parte **ω** (aperto **S**) || **829–830** (NVNC VBI ...) CVNABVLA ... cunabula *scholium supra modum inepte scriptum seclusi* || **832** *post* secutus *inser.* uates **S**, uaccam **V** || **835** ARCV] A. **V**

dubium fauorem, [quia et ab Argiuis et a Thebanis ducebat originem:] Argiuis per patrem a Perseo uenientem, nam Perseus Danaae filius, ... [Gorgophone, Gorgophones Electryon, Electryonis] ... ⟨Amphitryon⟩, Amphitryonis Hercules; Thebanis uero per uxorem Megaram, Creontis filiam, de qua suscepit Oxea[m] et Creontiaden, quos furore correptus occidit. 840

895 (INCREPAT AONIOS AVDAX) TRITONIA (DIVOS) haec etiam Argiuis fauet.

⟨**896** IVNONEM TACITAM FVRIBVNDA SILENTIA TORQVENT⟩ 845 de Iunone autem nemo dubitat, quam Homerus ⟨Il. IV 8, V 908⟩ 'Argiuam' nominat. [bene ergo t a c i t a: ubique enim Iuno tacens describitur, unde ei oratio necessitate datur. unde Vergilius ⟨Aen. X 63–64⟩:

836–837 quia ... originem (*falsum de Thebanis*) *seclusi* || **837** ab *ante* Argiuis *inser.* **Qψ** *Mombritius* || **837** *et* **840** per *bis*] propter*?* || **838** Danaae] -aes *Mombritius* | *lacunam post* filius, *uerbis, ut uidetur, per haplographiam sc.* pater erat Alcaei, cuius Amphitryon erat filius *uel sim. omissis* | eius filia *ante* Gorgophone *inseruit Mombritius* || **838–839** Gorgophone ... Electryonis *glossam suppositiciam scriptam seclusi* || **839** Amphitryon *ante* Amphitryonis *inseruit Mombritius* (uero filius amphitrio **Q**) || **839–840** Amphitryonis (**A**^{ac})**Q**(**G**)**ve** (*om.* **k**) *Mombritius*, -trioniades **M**, -trionidi **f**, -trioniadis **E**$^{2\ uel\ 3}$**V**, -tronidi **m**, -drionidis (*ex* -onis) **A**^{pc}**O**, -drionius **Fp**, -driomius **c**, -driomilis **bR** || **840** a *ante* Thebanis *inseruit Mombritius, inser., del.* **Q** | Megaram *Lindenbrog*, minegeram **MSE**$^{2\ uel\ 3}$**mV**(**O**^{ac}?), in megeram **fA**(*? – ex* in mimegeram*?*), megeram **QFψ**, minogram **p**, minogaeram *Mombritius* || **841** Oxea[m] *correxi* (*cum* **G**) *ex schol. ad IV 570*, Aream *Myth. Vat. II 158*, Toxea *Grotius* | Creontiaden] -em **bRv ek** *Mombritius*, Le- *codd. schol. ad IV 570* | quos **QF** *Jahnke*, quas **ω** || **845** IVNONEM ... TORQVENT *inserui* || **847–851** bene ... rumpere = *Seru. Aen. X 63 seclusi*

850 'quid me alta silentia cogis
rumpere?']

897 PACEM IOVIS otium quo iracundia carebat.

905–906 (AN PAVIDAS) TONITRV (TVRBARE PVELLAS / FORTIOR) solas potes puellas turbare fulminibus.

855 **916** VICTAM superatam.

920 (DVBIO) PRO FVLMINE PENDENT desperatione fulminis solliciti sunt. id est: timent ne non ualeat fulmen perimere Capaneum.

924 (FVLGVRAQVE) ATTRITIS (... PROCELLIS) collisis nubi-
860 bus. nam dicunt physici collisione nubium emitti fulmina.

926 LASSAM exstinctam.

930 CEDVNT ACIES Thebanae Argiuaeque.

936 (PECTORAQVE INVISIS OBICIT) FVMANTIA MVRIS ut eos
865 corporis sui igni succenderet.

937 SED [MEMBRA] sed pro 'nisi'.

938 EXVITVRQVE ANIMVS mire exuitur dixit quia anima exuitur corpore. ideo metaphoram a uestibus posuit.

939 CESSISSENT fulmini. hoc est: consumpti fuissent.

854 solas *Jahnke*, -us ω || **860** physici *Mombritius*, philosophi ω (phi **bRGOvek**) || **862** LASSAM **fπ**, LAPSAMQVE **M** || **866** MEMBRA *seclusi* | sed pro 'nisi'] *cf. R. D. Williams ad loc. de* 'sed' *pro protasi* | sed *om.* **SE**[2 uel 3]**m**

LIBER XI

Continet hic liber exsultationem Thebanorum post
mortem Capanei. Tisiphones Furiae signum ad Megae-
ram ut ab inferis emergat. ascensio ipsius Megaerae. allo-
cutio Tisiphones ad eam de fratrum singulari certamine. 5
Polynicis somnium aduersum et eius allocutio ad Adras-
tum de singulari certamine cum fratre suscipiendo. sa-
crificatio Eteoclis pro uictoria Thebana et eiusdem sacri-
ficii omen aduersum. nuntius significans Polynicen ad
bella procedere. allocutio Creontis cogentis Eteoclen 10
exire. responsio Eteoclis. allocutio matris Iocastae ad
Eteoclen ut desistat a bello. par allocutio Antigones de
muro ad Polynicen. eruptio Eteoclis, allocutiones inui-
cem fratrum. allocutio Adrasti bellum dissuadentis. Pieta-
tis conquestio de fraterno certamine uel eius uoluntas pa- 15
cis. Tisiphones interuentus. fugata Pietas et pugna et doli.
interitus fratrum. lamentatio Oedipi super filiorum cada-
uera. mors Iocastae. Creontis imperium de non sepelien-
dis cadaueribus Argiuorum quos belli casus fuderat, qui
tunc primum acceperat regnum. eiusdem Creontis impe- 20
rium de exclusione Oedipi. allocutio Oedipi superbe re-

2 hic] iste **SV** || 3 Tisiphones] the- **fmK** || 5 Tisiphones] the- **fmK** | ad *om.* **MfK** || 9 Polynicen] -em **MV** || 12 a] ad **M**^{ac}**AO** || 16 Tisiphones] te- **fmK** || 21 allocutio Oedipi *om.* **MK**

spondentis. allocutio Antigones Creontem deprecantis ut ignosceret Oedipo, patri suo. fata Graecorum.

1–3 (POSTQVAM MAGNANIMVS FVRIAS VIRTVTIS INIQVAE / 25 CONSVMPSIT CAPANEVS) EXSPIRAVITQVE (RECEPTVM / FVLMEN) cum anima amisit.

⟨**2** EXSPIRAVIT⟩ excussit siue efflauit.

9 (LACERAE ...) TVRRIS quae cum ipso est fulminata.

10 MEMORANDA(QVE FACTA RELINQVENS) quod a Ioue ful- 30 minari meruit.

11 (ATQVE IPSI NON) ILLAVDATA (TONANTI) ad exaggerationem uirtutis Capanei dixit eius morte etiam Iouem sese potuisse iactare.

12–13 (APOLLINEAE) TEMERATOR MATRIS (AVERNO / TEN- 35 DITVR) Tityon, Latonae concubitum uiolenter affectans, Apollinis est peremptus sagittis et a Ioue apud inferos perpetua poena damnatus.

14 VOLVCRES secundum Homerum ⟨Od. XI 578⟩, qui dicit uiscera Tityonis gemino uulture exedi, non uno, ut 40 Vergilius ⟨Aen. VI 597 sqq.⟩ dicit.

16 INIECTVS prostratus.

24 GALEAE(QVE) TONANT uelut tonitru insonant.

25–26 CONSVMPSIT *add. Damsté*, RECEPTVM FVLMEN *Lindenbrog* || **27** EXSPIRAVIT *Damsté pro* SIGNAVIT (*u. 4*) ω | siue efflauit *post* amisit *in* ω *ad locum restitui* || **29** FACTA *inseruit Lindenbrog* || **30** meruit] -uerit **fmπ** || **31** NON *inseruit Mombritius*, TONANTI *Lindenbrog* || **31–32** exaggerationem] axageneratione **M**, exagenerationem φ || **42** -QVE *inser.* O[2] *Mombritius*

26–27 (CAELIQVE TVMVLTV) / VTITVR Iouis fulmine audaciam dimicandi plebs Thebana conceperat.

27 MASSYLA [PER] ARVA terras Africae. 45

32–33 HINC PREMIT EVRYMEDON (CVI RVSTICVS HORROR IN ARMIS / RVSTICA TELA MANV) ex parte altera Eurymedon, dux Thebanorum, premebat, cuius in catalogo ⟨VII 262–263⟩ fecerat mentionem:

'proximus Eurymedon, qui pastoralia Fauni 50
arma patris'.

34–35 (TENER HINC CONATIBVS ANNOS / EGREDITVR) IVVENEMQVE PATREM[QVE] (PVER AEQVAT ALATREVS) e diuerso dicit ⟨La⟩pith⟨a⟩onem cum Alatreo filio bellum mouere pari paene aetate pollentes. et istorum meminit in catalogo 55 ⟨VII 296–297⟩:

'pater est natusque, sed aeui
confudere modos'.

39 ARTATVR opprimitur siue densatur.

45 PVBES TIRYNTHIA iuuenes dicit qui cum Agylleo fuerant, Herculis filio. 60

⟨**48** SIMILES RAMOS SIMILESQVE ... PHARETRAS⟩ [sed] sti-

43 CAELIQVE TVMVLTV *inseruit Mombritius* || **44** plebs] pleps **Mmk** || **45** PER *seclusi* || **47** Eurymedon **Q** (**F**: -en) **pRO** *Mombritius*, -des **ω** || **48** catalogo] -lago **mV** || **53** PATREM[QVE] *corr.* **Aψ**, *om.* **mV** || **54** ⟨La⟩pith⟨a⟩onem *Jahnke* (*ex Theb. VII 297*) | cum Alatreo *Jahnke*, tumele **M**, cum(m)ele **fmtV**, cumulę **K**, cum ade- **π**, cum ad ephilo *Mombritius* || **55** catalogo] -lago **mV** || **60** Agylleo **SQvek** *Lindenbrog*, agile **ω** (*leg.* homines agyllei *pro* qui cum Agylleo fuerant *Mombritius*) || **62** SIMILES ... PHARETRAS *inserui* | sed *seclusi*

pitibus ⟨et sagittis⟩ dimicabant, non gladiis. ut in catalogo ⟨IV 154–156⟩:

65 'flauae capiti tergoque leonum
exuuiae, gentilis honos, ac pineus armat
stipes, inexhaustis artantur tela pharetris'.

50–52 (EGREGIVS LITVO DEXTRI MAVORTIS) ENIPEVS / (HORTATOR SED TVNC MISERIS DABAT VTILE SIGNVM / SVA-
70 DEBATQVE FVGAM ET TVTOS IN CASTRA RECEPTVS) hic tuba bellum in Thebanos excitare solebat, sed tunc amens fugam ciuibus suadebat.

56 (CARMEN) TVBA SOLA PEREGIT Ennius ⟨ann. 519–520 Vahlen (frg. 485–486 Skutsch)⟩:

75 'cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit
et pereunte uiro raucum sonus aere cucurrit'.

58–59 (TISIPHONE FRATERNA) CLVDERE QVAERIT / (BELLA TVBA) fratrum congressu Furia bella finire festinat.

62 ERGO PROCVL (VACVA CONCEDIT VALLE) secretiorem lo-
80 cum petiit.

63 ABSENS pro 'absentis'.

65 ATTOLLIT erigit.

68 [ET] PATER AETNAEOS ITERVM (RESPEXIT AD IGNES) bene iterum: quia paulo ante fulminauerat Capaneum, nunc
85 iterum aduersus Furiam fulmen requirit.

63 et sagittis *inseruit Mombritius* ‖ **66** honos **mVA**[2], non hos **MfKπ** | ac] et *Statius* ‖ **71** bellum in Thebanos *Damsté*, thebanos in bellum **ω**; in Thebanos bellum? ‖ **83** ET *seclusi* ‖ **85** fulmen requirit] requirit fulmen **SV**

73–74 (QVANTVMQVE PROFVNDAE) / RARESCVNT (TENEBRAE TANTVM DE LVCE RECESSIT) Furiae, inquit, abscessu tantum inferis lucis accessit quantum aduentu eius dies splendoris amisit.

76–77 HAC GERMANA (TENVS STYGII METVENDA PARENTIS / IMPERIA ET IVSSOS POTVI TOLERARE FVRORES) supra ⟨VIII 65–66⟩ irascentis Ditis uerba ad Furiam haec fuerant: 90

'sed quid ego haec? i, Tartareas ulciscere sedes,
Tisiphone'. 95

80 NEC PRETIVM (DEFORME MORAE CASSIQVE LABORES) et operae pretium fuit diu mansisse apud superos tantis factis stragibus.

83–84 (SED QVID) / HAEC EGO (MARS HABEAT VVLGATAQVE IACTET ENYO) quae hactenus facta sunt, sibi Mars cum Bellona uindicet. nunc ego ad singulare ⟨certamen⟩ impellam. 100

85 (STYGIIS CERTE) MANIFESTVS IN VMBRIS quia similitudo gestorum apud inferos exstitit.

⟨**89–91** ME SACRA PREMEBAT / TEMPESTAS EGO MIXTA VIRI FVRIALIBVS ARMIS / BELLA DEVM ET MAGNAS RIDEBAM FVLMINIS IRAS⟩ Capaneum quoque se[d] ⟨im⟩modice fe- 105

86 TENEBRAE *inseruit Mombritius* || **88** aduentu] -um **fm** || **90** TENVS *inseruit Mombritius* || **94** i] in **fmK** || **95** Tisiphone] te- **ME**[2 uel 3]**K** || **96** et *scripsi*, nec **ω** (*quod uel eradendum uel aliquid excidisse credidit Damsté*) || **101** certamen *inserui* || **104** exstitit] *locus uix sanus. contrarium sensum ipsa res exigit:* uix fuit *Barth* || **105–107** ME ... IRAS *scripsi pro* HORRENDVS AB ASTRIS (*u. 88*) *in* **ω** || **107** se[d] *scripsi*, per se (... fuisse) *Barth* | ⟨im⟩modice *corr. Barth*

cisse dicit audacem. BELLA DEVM aut Martis et Bellonae aut Apollinis et Mineruae.

110 **92** FATISCVNT lassantur.

94 TAXVS quia Furiae de taxo arbore faces habere dicuntur.

97 MARTIA ⟨BELLA⟩ qualia Mars solet efficere.

107 IAM PATER EST hoc est: iam coepit Oedipus circa fi-
115 lios meliora uota habere et patris circa iuuenes affectum tenere.

127–128 SAT FVNERA MENSAE / ⟨TANTALEAE⟩ dicit Iuppiter adhuc sibi Tantali horrere conuiuio in quo Pelopem praedictus pater numinibus apposuit epulandum.

120 **128** ⟨SONTES ...⟩ LYCAONIS ARAS Lycaon, rex Arcadiae, Iouem suscepit hospitio, cumque uellet explorare an uere Iuppiter esset quem domo susceperat, humanas ei carnes apposuit. quod cum Iuppiter agnouisset, domum eius incendit ipsumque mutauit in lupum, unde Graece dicitur
125 *λύκος*.

129 ⟨FESTINA POLO DVCENTES⟩ ASTRA MYCENAS quia Atreo et Thyestae parricidis epulantibus refugo sole nox festina praeuenit. astra uero pro 'nocte' posuit.

139 EXEAT declinet. ⟨DVBIOS⟩ TVRBABANT ⟨OMINA SENSVS⟩
130 Terentius ⟨Andr. 266⟩: 'dum in dubio est animus, paulo momento huc uel illuc impellitur'.

114 iam] etiam **fK** || **117** MENSAE *Mombritius*, -IS **ω** || **125** *λύκος*] lupus **ω**, *corr. Mombritius* (*λυκοσ* dicitur lupus), *λυκὴ* dicitur lupus **Q** || **128** praeuenit *Mombritius*, per- **ω**, super- *Jahnke* || **129** DVBIOS *inseruit Mombritius*

141 AEGER CONSILII tristia cogitans siue consilio imbecillis.

143 (SVNT) MONSTRA DEVM infelicia monstra deum. id est: non desunt prodigia futurorum. SIC IRE PARABAT non sic 135 parabat uiro suo occurrere quo nunc habitu [sic] corpus eius quaesitura est.

144 (HAS LATVRA) VIRO TAEDAS (ERAT) [non] putabat his se taedis ad rogum uiri esse uenturam.

158 CAPESSERE administrare propere. 140

167 (EXTORREM PATRIA) REGNOQVE extra fines patrios te coegi bella suscipere.

176 (FECIQVE) NOCENTEM ut pro me fureret.

194 SVBMITTITVR solutis niuibus minuitur.

202 SIC OMNIA VICIT quaecumque moram faciebant exire. 145

209 INFERNO (... TONANTI) Plutoni. PRAEVERTIT applicauit.

211–214 (LIVEAT INFANDVM) LICET ARGOS (... / SIDONIOS ... PER LITORA RAPTOR / TVRBASTI THIASOS DIGNATVS VIRGINE NOSTRA / TERGA PREMI ET PLACIDAS FALSVM MVGIRE 150 PER VNDAS) quamuis Graeci tibi seruiant et ipsi sacrificio liueant, tamen et nos amare ⟨debes⟩ quia multa apud nos ob stuprum Europae amoris gaudia perfecisti.

134 infelicia **SKψ** *Mombritius*, -ci **Mfmφ** || 135 id est *inser. ante* non[2] **SV** || 136 sic *seclusi* || 138 non *seclusi* | putabat] pubai **M**, pubat **Kφ** || 140 propere **M**, proprie **fSE**[2 *uel* 3]**mKπ** || 141 PATRIA *inseruit Lindenbrog* || 143 FECIQVE *inseruit Lindenbrog* || 146 TONANTI *inseruit Lindenbrog* || 151 sacrificio *scripsi*, -a **ω** || 152 liueant *scripsi*, debeant **ω** | debes *inser.* **ψ** *Jahnke* || 153 perfecisti] -cepisti **SV**

213 THIASOS thiasi chori sacra ducentium Liberi patris
155 siue certamina Satyrorum.

216 TYRIOS NIMIVM (IRRVPISSE PENATES) propter sui uultus imaginem. et bene nimium, quia aduentum Iouis armati ferre non potuit uique fulminis interiit.

220–221 (LAETIQVE BENIGNVM / FVLMEN ET AVDITOS PROA-
160 VIS) AGNOVIMVS IGNES fulmina quae miseras in Semelen a proauis audiuimus nostris, nos quoque in Capaneo didicimus.

223 VOTIVVM sacrificio Iouis dicatum.

232–233 (IPSE INSTAVRARI SACRVM MALE FORTIS AGIQVE) /
165 IMPERAT erat enim consuetudinis ut, si prima sacrificia minime fuissent accepta numinibus, secunda haruspex sacrificia repararet donec uiderentur esse suscepta.

234–238 (QVALIS VBI IMPLICITVM TIRYNTHIVS OSSIBVS IGNEM / SENSIT ET OETAEAS MEMBRIS) ACCEDERE VESTES /
170 ... / ... (MOX GRANDE COACTVS / INGEMVIT VICTORQVE FVRIT PER VISCERA NESSVS) ⟨membris accedere⟩ per membra compasci. Hercules etenim uicto Acheloo Deianiram duxit uxorem. qui cum ad fluuium peruenisset, Nesso[n] dedit Centauro transferendam. quam cum ille in
175 flumine comprimere uoluisset, ab Hercule est sagittis exstinctus. qui uestem Deianirae dedit sanguine suo tinc-

154 ducentium] -um **MfW** || **155** siue *Lindenbrog*, sunt ω || **163** taurum qui Haemus dicebatur *inser. post* dicatum **S** *Mombritius* || **165** consuetudinis] -do $E^{2\,uel\,3}$**VQ** || **173** Euenum *post* fluuium *uoluit inserere N. Heinsius, cf. ad IV 838 et van de Woestijne*, ebenum *inser. post* peruenisset **Q** || **174** Nesso[n] *correxit Mombritius*, nexo **Q**ψ

tam ut se ulcisciretur et dixit, si uellet se perpetuo ab Hercule diligi, daret eam illi uestem induendam. inde cum Hercules Iolam secum captam adueheret, Deianira, uerita ne ei paelex praeferretur, hac ueste Herculem in- 180 duit. quam ille indutus, cum ueneni afficeretur incendio, in Oeta monte rogum uoluntate conscendit.

252 SVMMA ... AVRE breui auditu id est accipiente.

255 AERA FINDENS rotatu capitis aerem intuens.

257–262 (NEC DESVNT REGNI COMITES) SINE MOENIA 185 PVLSET / (IRRITVS ILLE ... / ... **262** IVBE) membratim ista legenda sunt ut uideantur a multis satellitibus dici, ut alterius sit: 'sine, moenia pulset irritus', alterius uero: 'ille autem fractis huc audeat usque uiribus', alterius item: 'hic furor est miseris instare periclo nec librare metus ⟨et 190 tuta odisse⟩' id est: haec est infelicium consuetudo in pericula ruere et tuta uitare, ⟨alterius denique: 'resiste hic fretus solio, nos propulsabimus hostem, nos bellare iube'.⟩

272 (SAT TVA NON AEQVIS LVIMVS) PERIVRIA DIVIS quia im- 195 perium sorte debitum negasti germano.

177 se perpetuo] perpetuo se **SV** || **178** eam *om.* **mKW** || **179** Iolam t *Jahnke* (-em **Q** *Mombritius*), iotam **ω** || **183** accipiente **π** *Mombritius*, in- **ω** (in- *ex contextu*) || **186** IRRITVS *inseruit Mombritius* | ILLE ... IVBE *omnia quae inter haec uerba iacent sunt legenda* || **187** satellitibus] satellibus **KVAFp** || **189** usque *scripsi ex Statio*, ire **ω** (ir- *ex contextu*) || **190** furor est miseris] miseris furor est *Statius* | periclo **E**$^{2\ uel\ 3}$**mWV**, -culo **MfKφ**, -do **p**, instrepari donec *pro* instare periculo nec **ψ** | librare] liberare **fπ** || **190–191** et tuta odisse *inserui* || **192–194** alterius ... iube *inserui*

274 INIMICAVE TELLVS quae negando fruges sterilitate homines afficit.

277 (PATRIVS ...) AMNIS Ismenos.

200 **281** PHOCIDOS ... SONORAE a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Telamon occidisse dicuntur, ciuitas nomen accepit. sonorae dixit: dantis responsa.

283 AT TV apostropha ad filium.

284 (MVTVS) ET E GREGE SANGVIS pecus ignobile. [d]e
205 grege enim '[d]e multitudine uulgari' dixit.

285 PRIMITIIS ARARVM primitiae proprie dicuntur primae fruges diis oblatae. RITE NEFASTO rite pro 'ritu' posuit. expiatio enim fuerat ciuitatis mors Menoecei.

289 ORACVLA NECTIT tecum responsa componit.

210 **297** (MISERAQVE) EXAESTVAT IRA grauiter insonat.

298–299 NON FALLIS AIT (NEC TE INCLYTA NATI / FATA MOVENT CANERE ILLA PATREM ET IACTARE DECEBAT) non celas, inquit, quid tuus animus hac oratione festinet. non luges filium, sed me pugnante regnare desideras. laudare
215 mortem filii et praeconiis debe⟨b⟩as efferre, qui pro patria periit, non dolere.

310–311 ICTVS VT INCERTO (PASTORIS VVLNERE SERPENS / ERIGITVR GYRO) non forti impetu percussus, et ideo erigitur.

198 afficit] -fecit **KA**^{ac}**QbR** || **201** Telamon **mQFvek** *Mombritius*, elemon **M**, telemon **fE**$^{2\ uel\ 3}$**VApc** || **204** [d]e *scripsi* || **205** [d]e *scripsi* || **213** quid] quod **M**(S?)**m** || **215** debe⟨b⟩as *corr.* **m** *Lindenbrog* || **216** dolere **mQ** *Lindenbrog*, -ore **ω** || **217–218** PASTORIS ... ERIGITVR] *'al. addunt,' ut dicit Lindenbrog*

323 CRVDESCVNT iuuenescunt aut noui fiunt. 220

329 INTEGRATA RESVRGIT ex integro incohat.

334 IMPROBA LVMINA mea lumina quae spectatura sunt fratrum singulare certamen.

⟨**335–336** MINANTIA FLECTIS / ORA⟩ me petis.

337 OBNIXI cum conatu stricti. 225

338–339 (PRIVS HAEC TAMEN ARMA NECESSE EST) / EXPERIARE DOMI ut nos ante prosternas.

344 SANXI deuoui.

358 (SVMMAS) NON DVRATVRVS (AD ARCES) senio non peruenturus. id est: senectutis impedimento ad summum 230 murum euadere non poterit.

361 INCESSENTEM inuadentem, pulsantem, aut ferientem.

371 (SVSPECTAQVE) REGI Eteocli, propter amorem Polynicis. dicitur enim cum eo concubuisse.

382–383 (HIS PAVLVM FVROR ELANGVESCERE DICTIS) / 235 COEPERAT sola enim Antigone Polynicen poterat a singulari fratris certamine remouere. supra enim ⟨uu. 103–105⟩ de ipsa dixerat Furia:

'blandamque precatu
Antigonen timeo, paulum ne nostra retardet 240
consilia'.

224 MINANTIA ... ORA *scripsi pro* ME MISERAM VINCES (*u. 338*) *in* ω *et scholium post* stricti *in* ω *ante* OBNIXI *transposui* ‖ 226 PRIVS ... EST *inseruit Mombritius* (*leg.* TAMEN HAEC, *quod correxit Jahnke*) ‖ **229–230** senio non peruenturus] non peruenturus senio **SV** *fr. Bezzolanum* ‖ **236** Polynicen] -em **S**E[2 *uel* 3]**mQψ** *Mombritius* ‖ **240** Antigonen **v** *Jahnke ex Statio*, -em ω

391 INCERTISSIMA ante euentum pugnae dubia.

393 IN AEQVVM in ius.

395 HAEC FOEDERA quibus unus pareat uictor.

245 **397** REGIA CASSIS cum diademate.

400 PALLA chlamyde.

401 MAEONIIS ⟨... MODIS⟩ Lydiis. de hac enim regione fuit Arachne lanificii peritissima, quae Mineruam prouocauit et ab ea in araneam est mutata.

250 **406** ⟨MIXTISQVE IVBAS⟩ SERPENTIBVS AVGENT equorum iubas augent Furiae adiectione serpentum.

411–412 ET IPSI / ⟨ARMORVM FVGERE DEI⟩ Mars et Minerua.

414–415 ⟨ET GORGONE⟩ CRVDA ⟨VIRAGO / ABSTITIT⟩ ⟨cru-
255 da⟩ aspera. dicit Mineruam opposita Gorgone uisus suos celasse.

431 ANIMIS Thebanorum.

437–438 ⟨QVAM SCYTHA CVRVATIS ERECTVS FLVCTIBVS VMQVAM⟩ / PONTVS ⟨CYANEOS VETVIT CONCVRRERE MONTES⟩
260 quam aqua non uetuit sibi montes collidi.

⟨**439–440** GEMINOQVE AD PROELIA FVSOS / PVLVERE CORNIPEDES⟩ in equis apparebat dominorum furor.

242 euentum] ad- **ScbR** *fr. Bezzolanum* || 248 Arachne **bR** *Jahnke, iam Mombritius* (eragnes **Q**^{pc}, aragne **ψ**), ariadne **ω** || 249 est mutata] mutata est **E**$^{2\ uel\ 3}$**mK** || 252 ARMORVM ... DEI *inseruit Mombritius* || 257 ANIMIS *Mombritius*, -AS **ω** || 259 CYANEOS VETVIT *inseruit Mombritius* || 260 quam *scripsi*, quomodo **ω**, quoniam **Qψ** *Mombritius* || 261–262 GEMINOQVE ... CORNIPEDES *scripsi pro* FVRENTVM (*u. 440*) *in* **ω**

442–443 (FATA MONENTEM / CONVERSVMQVE IVGO PROPELLIT) ARIONA quia Arion, quippe Neptuni filius, diuinabat.

444 LAEVAE contrariae siue inanis. 265

⟨**448** SVBSTITIT⟩ institit.

453 VENERABILE formidandum.

455 ITERARE ACIEM denuo bellum instaurare.

456 (TOTVM MISERIS) OPPONERE (BELLVM) obicere se pugnantibus fratribus. 270

459 NON HABITV (QVO NOTA PRIVS NON ORE SERENO) non laeta, sed tristis.

465 ANIMANTVM animas habentium id est hominum.

472–473 (DESILVITQVE POLO NIVEVS SVB NVBIBVS ATRIS) / QVAMQVAM MAESTA DEAE (SEQVITVR VESTIGIA LIMES) cum 275 Pietas de caelo descenderet ad terras, licet maesta esset tamen quacumque ibat per nigras nubes claram sui numinis lucem trahebat.

483 (CAELESTI ...) IGNE fulmine.

485 NVMEN INERS (PACIQVE DATVM) Pietas, quae bella dis- 280 suades.

488 FVRIARENT instigarent.

490 CADMVS ARAT dentes draconis de quibus cohors armata prosiluit.

491 ROGAT conuenit. 285

265 inanis *scripsi*, -es ω || **266** SVBSTITIT *scripsi pro* INDVLSIT (*u. 447*) *in* ω || **268** bellum instaurare] nouare bellum S *fr. Bezzolanum* (*add.* re-) || **274** ATRIS] *cf. A. Klotz p. 498* (*ex Schrader*)

494 ORA REDVCENTEM uultum suum retro tollentem.

495–496 (DEIECTAM) IN LVMINA PALLAM / (DIVA TRAHIT) faciem suam, ne Furiae uultum uideret, chlamyde protegebat.

290 **499** REX IMPIVS Eteocles.

499–500 (APTAT / TELA ET FVNESTAE CASVM) PRIOR OCCVPAT (HASTAE) feriturus praeuenit ac tela disponit.

501 (ILLA VIAM MEDIVM CLIPEI CONATA) PER ORBEM per medium scutum conata est transire.

295 **506–507** PIABO MANVS (ET EODEM PECTORA FERRO / RESCINDAM) expiabo parricidium fratris mea morte.

508 MINOR VMBRA [DOLOREM] astismos, id est: urbane minor umbra dixit uicti regis. ut Horatius ⟨carm. II 9,21–22⟩:

300 'Med[i]umque flumen gentibus additum
uictis minores tollere uertices'.

510 PLAGA uulnus.

⟨**516** CREDIT ET IPSE METV uulnus⟩ metu⟨m⟩ immisit.

521 TONSAS remos. MVTANT miscent.

305 **522** LVCTATAEQVE DIV (TENEBRIS HIEMIQVE SIBIQVE) et aduersus tempestatem et aduersum se.

291–292 APTAT] disponit *ad* APTAT *quadrare recognouit Venini ad loc.* || **297** DOLOREM *seclusi* || **300** Med[i]umque *corr.* **AbR** *Jahnke ex Horatio* | flumen] fulmen **MmQ** || **301** minores **fE**$^{2\,uel\,3}$**V**, mindres **MmK**, -e **π** | tollere] uoluere *Horatius* || **303** METV uulnus *inseruit Damsté, cui* CREDIT ET IPSE *addidi* | metu⟨m⟩ **Q** *Mombritius*, -u **Mπ** (*om.* metum immisit **fE**$^{2\,uel\,3}$**m**, *om. schol.* **SKV**)

525–526 (IGNESCENTIA CERNVNT / PER GALEAS ODIA ET VVLTVS) RIMANTVR (ACERBO / LVMINE NIL ADEO MEDIAE TELLVRIS) ⟨rimantur⟩ peruestigant. ACERBO / (LVMINE) toruo. (NIL ADEO MEDIAE) TELLVRIS subaudis 'intererat'. 310
id est: non a se multum aberant, sed comminus sua ora cernebant.

528–529 (ALTERNAQVE SAEVI / MVRMVRA CEV LITVOS RAPIVNT AVT) SIGNA TVBARVM et ceu lituo plus ad scelus excitabantur. 315

530 FVLMINEOS fortes.

535–536 (NECDVM LETALIA MISCENT / VVLNERA SED COEPTVS SANGVIS) FACINVSQVE PERACTVM (EST) tanta inerat saeuientibus feritas ut, cum nulla sibi adhuc uulnera intulissent, tamen iam se scelus perfecisse credebant. 320

541–542 (CVI FORTIOR IRA NEFASQVE) / IVSTIVS iustior in scelere Polynices uidebatur quia pro denegato sibi imperio ⟨pugnabat⟩.

543 MALE … TEGIT non tegit. PLVMIS laminis. ut Vergilius ⟨Aen. XI 770–771⟩: 325

'quem pellis aenis
in plumam squamis'.

⟨**547** NEC PARCIT CADENTI ATQVE INCREPAT HOSTIS⟩ Polynices scilicet uiso fratris uulnere imminebat.

314 et ceu lituo *scripsi*, neglectu suo ω ‖ **314–315** ad scelus excitabantur *scripsi*, excitabantur ad scelus ω ‖ **320** perfecisse] commisisse SV | credebant ω, *quod defendit A. Klotz pp. 516–517*, -rent *Jahnke* ‖ **323** pugnabat *inserui cum* S, bellum fratri intulerat Q ‖ **328** NEC … HOSTIS, *ad quod Jahnke iam scholium attinere se putare monuit, scripsi pro* AC MAGIS AEGER (*u. 546*) *in* ω (Polynices … imminebat *glossa supra* nec parcit cadenti *in* S)

330 **550–551** (EXILIO REBVSQVE EXERCITA) EGENIS / (MEMBRA VIDES) has uires exilia calamitatesque nutrierunt.

⟨**574** TRVCES⟩ crudeles.

575 (CVNCTAS EREBI) CONSVMITE POENAS omnia supplicia transeundo subite.

335 **578** VNA DIES [stat] ⟨subaudis⟩ 'tantum'.

579 (SOLI MEMORENT HAEC) PROELIA REGES exsecranda fratrum proelia soli nouerint reges, penes quos est et opprimendae libertatis ambitus et saeuiendi crudelitas.

582 MORTEM IMPERFECTAM caecitatem. ut ipse in primo
340 ⟨u. 48⟩: 'longaque animam sub morte trahebat'.

583 VTRAQVE CANITIES capitis et barbae.

584–585 (PROCVL ORA) GENAEQVE / INTVS ipse alibi ⟨Theb. I 104–105⟩:

'sedet intus
345 abactis ferrea lux oculis'.

588 EXOSVS MANES odio habens mortuorum saeua supplicia. ⟨PIGRI SVLCATOR AVERNI⟩ Charon. SVLCATOR nauta.

592 CRESCAT OPVS numerus umbrarum. SAECVLA [RIPIS]
350 turbae animarum.

330 REBVSQVE EXERCITA *inseruit Mombritius* || **332** TRVCES *scripsi*, VIDET (*u. 560*) ω (DVM VIDET *Mombritius*). *scholia unius paginae in* ω, *ut uidetur, desunt* | crudeles *scripsi*, -is ω || **335** stat *seclusi* | subaudis *inserui* | *post* tantum *add.* huiusmodo belli **Sm** || **337** nouerint SA^pc *Grotius*, -ant ω || **340** morte] nocte ω, *corr. A. Klotz pp. 494–495* || **347** PIGNI SVLCATOR AVERNI *scripsi pro* PVPPE RELICTA (*u. 587*) *in* ω *et ad locum restitui* (Charon *glossa supra* auerni *in* S, *supra* sulcator *in* E^2 uel 3) || **349** RIPIS *seclusi*

596 IMPLICITOS sibi innexos.

600 FRIGENTIBVS defunctis.

608–609 (LACRIMAEQVE PER) ARIDA SERPVNT / (VVLNERA) caecitatem aridam dixit eo quod deficientibus oculis lacrimarum origo cessauerat. 355

609 MOLLES (... PLANCTVS) quia sunt animi mollioris.

610 (ACCIPITE INFANDAE IVSTA) EXSEQVIALIA MORTIS in morte uestra lacrimas fundo quae exsequiis coaequentur.

611 NIMIVMQVE MEI a mei criminibus minime discrepantes. 360

612 (ALLOQIVMQVE) APTARE [LICET] pro merito dicere.

616–617 HEV IVSTO MAGIS (EXAVDITA PARENTIS / VOTA MALAEQVE PRECES) plus iusto diis uisum est parentis in filios mala uota audire.

619 DICTAVIT FATIS ut euenirent, fataliter fecit. 365

635–636 (ENSEM) / ENSEM ἀναδίπλωσις.

637 MVLTAQVE (CVM SVPERIS ET DIRO QVESTA CVBILI) multa in deos conuiciata et de incesto cubili plurimum questa.

638 [ET] NATI FVRIIS filii nuptiis. [ET] PRIMI CONIVGIS 370 (VMBRIS) Laii, prioris mariti.

352 FRIGENTIBVS *Mombritius*, ERI- **M**, FRV- **f**, FRIN- **Apb**, FVN- **QFψ** || 353 PER *inser.* $E^{2\,uel\,3}$m *Mombritius* || 355 cessauerat $\mathbf{M}^{ac}$ *Jahnke*, -it **ω** || 356 mollioris *scripsi cum* **Q**, -es **ω** || 361 ALLOQVIVMQVE *inseruit Mombritius* | LICET *seclusi* || 364 mala uota] uota mala **SV** || 368 incesto] -u **fK** || 370 ET *bis seclusi* | nuptiis] -tus **k(A?)(Q?)F**

639 LVCTATA EST (DEXTRA) conata est manus anilis uirorum fortium opus implere.

641 (INFELIX LVSTRATVR) SANGVINE LECTVS cruore infelicis
375 lectuli purgauit incestu⟨m⟩.

644–647 QVALIS MARATHONIDE (SILVA / FLEBILIS ERIGONE CAESI PROPE FVNERA PATRIS / QVESTIBVS ABSVMPTIS TRISTEM IAM SOLVERE NODVM / COEPERAT ET FORTES RAMOS MORITVRA LEGEBAT) Marathon mons Atticae regionis in quo
380 Icar⟨i⟩us est occisus. ad quem locum Erigone, filia eius, cane praeeunte peruenit et se nimio luctus dolore laqueauit fortioribus ramis electis, ne forte infirmioribus fractis mortem corporis ruina declinaret. pinus autem in qua pependit regionem illam sua umbra uastabat. ut placaretur
385 exstincta, ora in humanam speciem ipsa formata in eadem arbore suspendebant et pastorum congressibus cantibusque diem illum celebrem faciebant. quod Vergilius aliud agendo perstrinxit ⟨georg. II 388–389⟩:

'tibique
390 oscilla ex alta suspendunt mollia pinu'.

NODVM laqueum quo se regina suspenderat. (FORTES RAMOS MORITVRA) LEGEBAT quibus se suspenderet.

656–657 (NVMQVAMNE) PRIORVM / (HAEREBVNT DOCVMENTA NOVIS) quod non admonentur fatis priorum.

374 LECTVS] PECTVS **f**, P. **m** | suo *post* cruore *inser.* *π Mombritius* || **375** incestu⟨m⟩ *corr.* **mQvek** *Lindenbrog* || **376** SILVA *inseruit Mombritius* || **380** Icar⟨i⟩us *scripsi* | Erigone **Sm** (*per* eri- *superscr.*) *π Mombritius*, antigone **MfE**$^{2\ uel\ 3}$**mtVA**^{ac} || **391** NODVM **fO**^{pc} *Lindenbrog*, NONDVM **M***π* || **392** quibus se suspenderat (*sic*) *glossa supra* RAMOS *in* **S** | supenderet] -at **SQve** (*om.* **k**), -int **KA**, -it (F^{ac}?)**pb**(**G**: *om.* -er-)**O**, -ant **c**, -unt **R**

668 REDIT IN REGEM animum regium sumit. 395

671 ⟨SPES LONGA⟩ PERACTA EST uota tua filiorum tuorum morte completa sunt.

674 SENIVMQVE RECESSIT nimia senectus dicitur senium. Terentius ⟨Eun. 302⟩: 'ut illum di deaeque senium perdant, qui hodie me remoratus est'. 400

677 IAMNE VACAT ⟨SAEVIRE CREON⟩ iam non doles interitum filii, sed contra mortuos furibundus irasceris?

679 ⟨REGVM⟩ CALCARE RVINAS afflictorum regum insultare casibus.

682–683 ⟨SED CVR NOVA⟩ CONTRAHIS AMENS / ⟨IVRA⟩ contrahis absumis. minando parua et non maiora regum contrahis iura. 405

683 ⟨QVID ANGVSTE TANTOS⟩ METIRIS HONORES ut exilium imperes ei quem potes occidere. cur non saeuius aliquid imperas? ista mihi parua sunt quae minaris exilia, qui sponte supplicia in me maiora perfeci. 410

685 ⟨FEROS AVIDVS⟩ QVIN ⟨PROTINVS⟩ IMBVIS ENSES quin ... ⟨imbuis⟩ immo imbue, id est: in me auspicare innocentum caedem quasi nouus tyrannus.

395 regium] regum **M^{ac}K** ‖ **396** uota (uotiua $E^{2\ uel\ 3}$) ... sunt *glossa ad* uota supersunt (*u. 672*) **S**$E^{2\ uel\ 3}$ | uota tua *Grotius Barth*, uotiua **ω** (uota **S**) ‖ **399–400** senium] omnes **ω** ‖ **400** hodie me] me hodie *Terentius* ‖ **401** SAEVIRE CREON *inseruit Mombritius* ‖ **405–406** contrahis **M**, contrahis contra **fmπ**, contra **KVQ**, *om. Mombritius* ‖ **406** absumis *scripsi*, as- **ω** | minando *proposuit Jahnke*, *iam Barth*, mirando **ω** | regum *R. Klotz*, rerum **ω** ‖ **412** PROTINVS *inser.* $E^{2\ uel\ 3}$ *Mombritius* ‖ **413** imbuis *inserui* | auspicare **KQ** *Mombritius*, -ri **ω**

415 **686–687** (VENIAT CVPIDVS PARERE) SATELLES / (INTREPIDVSQVE SECET NON EVITANTIA COLLA) ⟨satelles⟩ id est armiger qui me possit occidere.

690 TEMPTARE SINES subaudis: humilem me tibi esse permittes?

420 **704** NEC TIBI SIT VIRTVS (FORTVNAM EVADERE DEXTRA) id est: nulla in te sit animi fortitudo qua possis aduersa magnanimiter ferre.

705 (SATIS OMINA) SANXI satis imprecatus sum.

718–719 ALTVSQVE IACENTES / (PRAETEREAS) elatus impe-
425 rii dignitate miseros humilesque despicias.

719–720 (MAGNA DVCVM VEREARE) PRIORVM / (FVNERA) ante oculos habeas fata priorum ducum.

⟨**723** NECDVM EXSVL ERAT⟩ subaudis: cum haec mala accidissent.

430 **748–750** (SED NON TAMEN OMNIA RECTOR) / SVPPLICIS (INDVLGET LACRIMIS PARTEMQVE RECIDIT / MVNERIS) ueniam Oedipo sub certa condicione promittit.

753–754 (HAEC ECCE TVIS) HABITABILIS VMBRIS / (QVA BELLVM GEMINAEQVE IACENT IN SANGVINE GENTES) ubi fi-
435 lii se tui mutuis uulneribus peremerunt. QVA BELLVM Thebana et Argiua gentes mouerunt.

758 DESTITVVNT (FVRTO) occulte fugiunt.

418 me *om.* **Mfm** || **423** SATIS OMINA *inseruit Mombritius* || **426** VEREARE *inseruit Mombritius* || **428** NECDVM ... ERAT *scripsi pro* FELICIBVS (*u. 723*) *in* **ω** || **430–431** INDVLGET *inseruit Mombritius* || **435** se tui] tui se **mK** | peremerunt **fmπ**, -imerunt **MKG**, -icierunt **E**[2 *uel* 3]

LIBER XII

In hoc libro continetur: egressio Thebanorum ad campos hostibus iam fugatis. crematio cadauerum. sepultura Menoecei. Creontis allocutio in filium plena pietatis. profectio Argiuarum matrum post auditam mortem suorum. 5
occursus Ornyti uulnerati. allocutio suadentis matribus ut non Thebas eant, sed Athenas et a Theseo auxilium poscant quo possint sepeliri earum mariti. dissensio Argiae. ipsius Argiae segregatio a ceteris matribus et profectio ad Thebas uno comite Menoete. eius aduentus ad 10
campum ubi iacebat maritus. Iunonis ad Lunam allocutio ut illustret campos splendore radiorum. agnitio. allocutiones Argiae et Antigones et iunctus labor ad sepeliendum Polynicis cadauer. qui cum impositus fuisset Eteoclis rogo per ignorantiam, subito flamma dissensit. Antigones 15
lamentatio. uigilum interuentus et captiuitas Antigones et Argiae. descriptio asyli apud Athenas, quo Argiuae confugerant matres. aduentus Thesei et triumphus eius de Amazonibus. allocutio Euadnes, Capanei uxoris, ad Theseum et deprecatio de sepultura maritorum. indignatio Thesei contra Creontem et transmissio nuntii qui diceret Creonti ut aut sineret sepeliri Argiuos aut se pararet 20

8 dissensio *proposuit Jahnke*, con- **ω** || 8–9 Argiae] argiuę **KA**^ac^**bR** || 10 Menoete **VQ** *Jahnke, iam Mombritius*, monete **ω** || 17 descriptio **Q** *Jahnke*, discretio **ω**, de- **Fpc** *Mombritius* | asyli] sili **Kπ** || 18 triumphus] -is **Mπ**

ad bellum. catalogus exercitus Thesei. aduentus nuntii a Theseo missi ad Creontem. Creontis superba responsio.
25 aduentus Thesei. pugna et singulare certamen cum Creonte. interitus Creontis. deditio Thebarum. Argiuorum sepultura.

1–2 (NONDVM CVNCTA POLO VIGIL) INCLINAVERAT (ASTRA / ORTVS) ⟨inclinauerat⟩ occidere fecerat. id est: non-
30 dum omnia astra aduentus exterserat solis.

9–10 (VIX PRIMO PROFERRE GRADVM ET) MVNIMINA VALLI / (SOLVERE) primo pro 'primum'. quamuis fugati essent Argiui, tamen exire de ciuitate Thebani metuebant.

10 (VIX TOTAS) RESERARE AVDACIA PORTAS nondum aude-
35 bant terrore praeteritorum malorum omne portarum spatium reserare.

12–13 (VT ASSIDVO IACTATIS AEQVORE TELLVS) / PRIMA LABAT Vergilius ⟨Aen. X 283⟩: 'dum trepidi egressique labant uestigia prima'.

40 **17** VALLANT muniunt.

18 CITANT … PINNAS alas commouent.

19 (RVERIT) LICET ILLE RETRO licet retro discesserit.

28 (DE VIRTVTE) QVERVNTVR uirtutis malo imputant quod perierint.

28 NONDVM … VIGIL *inser. iam* **bR** || 28–29 ASTRA … inclinauerat *inser. iam* **bR** || 31–32 (VIX … ET) MVNIMINA VALLI (SOLVERE) primo pro 'primum' *scripsi*, PRIMO pro 'primum' MVNIMINA VALLI **ω** || 41 alas *om.* **Sm** || 42 licet retro *om.* **SE**[2 *uel* 3] | discesserit **SAQψ** *Mombritius*, -cessit **MfmKFp**, recessisset **E**[2 *uel* 3] (*om. schol.* **V**)

29 DIGERITVR ordinatur. 45

32 VBIQVE [PARATO] ad omnia cadauera.

⟨**55** MISERABILE⟩ pro 'miserabiliter'.

57 ACCIPIT subaudis 'ignis'.

58 ARGIVVS HABERI id est: non sepeliri sicut Graeci.

62 [SED] BELLICVS AGGER instrumentorum belli exaggera- 50
tio.

64 (HOSTILES ...) ACERVOS exuuiarum hostilium moles. exuuiis enim hostium exstruebatur regibus mortuis pyra, quem ritum sepulturae hodieque barbari seruare dicuntur. [quas 'strabas' dicunt lingua sua.] 55

65 PACIFERA LAVRO triumphali siue victrici.

70 HIS subaudis 'rebus'.

71 PALPITAT mouetur.

74 VLTRA post mortem.

75 ACERBAS acerbum facis. 60

82 [IMPVLSAS] CINERI tuo scilicet.

84–85 (EADEMNE DIES EADEM IMPIA BELLA / TE PVER ET DIROS MISERE IN TARTARA) FRATRES una sorte te et eadem die cum nefandis fratribus bellorum fortuna coniunxit.

46 PARATO *seclusi* || 47 MISERABILE *scripsit Mombritius pro* MISERI (*u. 37*) *in* ω || 50 SED *seclusi* || 52 exuuiarum S *Lindenbrog*, excubiarum ω (excuuiarum V) || 53 exuuiis S *Lindenbrog*, excubiis ω (excuuiis V) || 55 quas ... sua *interpolatum iudicauit van de Woestijne 1950* | quas strabas v[pc] *A. Klotz p. 511* (*?*), quas trabas *uel* qua strabas ω, quem strabas *Mombritius*, quae -as *Jahnke* (*ex* p *et* M *false lecto*) || 61 IMPVLSAS *seclusi* || 63 FRATRES mVπ, -IS Mf (FRATIS Q) | te *om.* mKVQF *Mombritius*

65 **88** LIBAMENTA dona sacrata superis, ⟨siue⟩ initia mortis.

89 REGIMEN DEXTRAE sceptrum siue regalis uirga.

89–90 FRONTISQVE SVPERBAE / VINCVLA diadema. ostendit poeta Creontem regni insignia in ardentis filii pyram iecisse.

70 **97** IPSVMQVE me ipsum.

105 VACVIS (... ARGIS) desolatis uiris.

110 CREVERE [LACERTI] intumuere.

119 PROFANOS funestos.

123 (VATIS ...) IMPIA CONIVNX proditrix. Eriphylen significat, Amphiarai uxorem, quae monilis cupiditate ducta la-
75 tebras coniugis prodidit, quam postea filius in uindictam patris occidit.

130 DVPLEX ... LITVS Ionium et Aegaeum.

131 [AB] IS⟨TH⟩MIACO (... SEPVLCRO) Corinthio.
80 GENETRIX (THEBANA) Leucothea.

132 NOCTIVAGVM(QVE GREGEM) mulierum Argiuarum gregem significat, n o c t i u a g u m ideo quia quaerentes maritorum cadauera nocte uagantur incerta. (QVAMVIS SIBI LVGET) ELEVSIN ⟨E l e u s i n⟩ ciuitas non longe ab Athe-
85 nis. ⟨sensus⟩: quamuis Eleusin propriis luctibus seruiat.

65 superis *scripsi*, seu pueris ω | siue *inserui* (*an* seu*?*) || 68 *post* Creontem *inser.* exaggeratum mortesque **M**π *Mombritius*, *om.* **fS mKV**, *recte omissum iudicauit Funaioli p. 503 n. 2* || 72 LACERTI *seclusi* || 75 Amphiarai] amphiorai **SK** || 79 AB *seclusi* | IS⟨TH⟩MIACO **Qve(k)** *Ven. 1480 1483* | Corinthio] -o **M**[ac]**S** || 81 -QVE *inser. Mombritius* || 82 significat] -ans **Sm** || 83 uagantur] -bantur **SVQGvek** || 84 Eleusin *in glossa* **S**, *suppleui* || 85 sensus *inserui*

in sacris enim huius ciuitatis mysteria sunt Cereris Proserpinae raptum dolentis.

133 ARCANOS (... EXTVLIT IGNES) secretos siue sacrificiorum ignes ostendit. EXTVLIT eleuauit.

134–139 IPSA PER AVERSOS (DVCIT SATVRNIA CALLES / ... / ... / NEC NON FVNCTA DVCVM REFOVENDI CORPORA CVRAM / IRIS HABET PVTRESQVE ARCANIS RORIBVS ARTVS / AMBROSIAEQVE RIGAT SVCIS) ipsa Iuno et auia monstrat itinera et refouebat corpora mortuorum. mandat simul curam Iridi quae ambrosiis sucis perfundens ea tabe resolui uetaret.

135–136 NE PLEBS (CONGRESSA SVORVM / IRE VETET) ne coniuncta fugientium multitudo a coepto deterreat⟨ur⟩.

137 FVNCTA mortua.

138 (ARCANIS) RORIBVS liquoribus suis.

139 OBSTENT repugnent putredini.

140 (FLAMMAS NON ANTE) FATISCANT ut occisorum corpora putredine non ante soluantur quam rogos accipiant. et est ordo: ante flammas non fatiscant.

146–147 (FEMINEVMQVE GREGEM QVAE IAM) SVPER AGMINA LERNE / (SOLA VIDET) ⟨id est⟩: tantummodo mulieres superesse. nominatiuus Graecus est: 'haec Lerne'.

149–150 (FVNVSNE) PEREMPTIS / SPERATIS (CINEREMQVE

95–96 tabe resolui *Jahnke*, debere solui ω || **96** uetaret *scripsi*, -bat ω || **98** a coepto cv *Mombritius*, accepto ω (ab incepto Q) | deterreat⟨ur⟩ *corr.* m *Mombritius* || **106** id est *inserui* || **108** FVNVSNE *inseruit Mombritius*

VIRIS) speratis⟨ne⟩ uos mortuis sepulturae solacia posse
110 praestare?

152 ADNVMERAT seruat.

155 BVSIRIDIS ARAS hic rex Aegypti fuit, aduenas solitus ad aras mactare. postremo aduentu Herculis immolatus exemplo est.

115 **156** ODRYSIIQVE (FAMEM STABVLI) Diomedes, rex Thracum, equos habebat quos humanis carnibus nutriebat. hos Hercules occiso Diomede ad solita pabula id est ad gramina mollita feritate reuocauit.

156–157 SICVLOSQVE LICEBIT / (EXORARE DEOS) Iuppiter
120 Aetnam nympham compressit. quam cum Iuno persequeretur, illa Terrae implorauit auxilium et in sinus eius recepta enixa est geminos necdum partu maturo. hos Terra intra gremium suum tamdiu fouit quamdiu lex uteri postulabat, posteaque enixa est. unde Palici ⟨id est⟩ 'bis ge-
125 niti' appellati sunt. hos autem immites fuisse et humano sanguine placari consuetos fabula disserente firmatum est. quod uidetur etiam strictim tetigisse Vergilius ⟨Aen. IX 585⟩: 'et placabilis ara Palici'.

⟨**162** INANIA BVSTA⟩ sine corporibus sepulturae.

130 **164** THERMODONTIACO (...TRIVMPHO) Thracio, a fluuio Thermodonte Thraciae regionis.

109 speratis⟨ne⟩ *corr. Mombritius* || **112** BVSIRIDIS] -OS **fE**$^{2\ uel\ 3}$ || **124** posteaque] -que *om.* **ME**$^{2\ uel\ 3}$**Qb** *Mombritius* | Palici ⟨id est⟩ bis] palici bis **SV**π, palicibus **MfE**$^{2\ uel\ 3}$**m**, pallis **K**: id est *inseruit Mombritius* || **124–125** bis geniti] *ἔτυμον, ut uidetur, e πάλιν ἵκειν = iterum uenire*; *cf. Seru. Aen. IX 581* || **129** INANIA BVSTA *scripsi pro* ORBA SEPVLCRIS (*u. 161*) *in* **ω**

165–166 (BELLO COGENDVS ET ARMIS) / IN MORES HOMINEMQVE (CREON) ⟨in mores hominemque⟩ in humanam consuetudinem, id est: ut mortuos sepulturae concedat, bello cogendus est Creon. 135

168 VNO simili.

179 (EGREGII SPES) DVRA PERICLI causa mariti furtim cremandi.

181 RHODOPES mons Thraciae.

182 INNVPTIS (... COHORTIBVS) Amazoniis. 140

195 FVNVS AMAT Lucanus ⟨IX 112⟩: 'perfruitur lacrimis et amat pro coniuge luctum'.

196 ACTAEAS (ACIES) Atticas. MARATHONIAQVE (ARMA) id est Marathonem, Graeciae ciuitatem, in qua nutritus est Theseus. 145

204 AVGVRIVMQVE ANIMI praediuinatio[nem].

217–218 VIS NVLLA DOLENTI / (MORS NVSQVAM) nusquam est animi magnitudo quae perducat ad mortem.

218 HORTARIS EVNTEM uerbis dehortantibus cohortaris.

224–225 NOCTE VELVT PHRYGIA (CVM LAMENTATA RESVLTANT / DINDYMA) sacra Matris nocte a Phrygibus colebantur in monte Dindymo, in quibus se Galli abscidere consueuerant. quod genus sacrificii strictim Vergilius tetigit ⟨Aen. IX 617–618⟩: 150

146 ANIMI] ANIMI *uel* animi *semel in* ω (pre- (propter S) diuinationem *glossa ad loc.* **Sm**), ANIMI. animi *Mombritius* | praediuinatio[nem] *correxi* || 153 consueuerant **ME**[2 *uel* 3] (*ex* -at) **KQpG Oe** *Mombritius*, -suerant **fSVAFcbRvk**

155 'ite per alta Dindyma'.

225 PINIGERI ferentis faces. RAPITVR ducitur.

226–227 (CVIVS DEA) SANGVINE LECTO / (IPSA DEDIT FERRVM ET VITTATA FRONDE NOTAVIT) quem sibi ipsa ele-
160 git.

229 ALIIS REDITVRVS AB VNDIS in occidentem uergens sol necesse est ut ab orientis partibus oriatur.

232 (NEC) FRANGIT ITER non imminuit uel deflectit.

234 NOVALIA agrorum loca quae uerno tempore scrobibus
165 factis uinetis aptantur.

236 PRAETERIT iuxta transit. INSESSA inhabitata siue magis obsessa.

243 SVPINANTVR inclinantur.

244 DEVEXA latera.

170 **246** EXACTI finiti siue conclusi. NON BLANDA non falsa. [a] blandimentis enim inducimur. ut Terentius ⟨Andr. 648⟩: 'nisi me lactasses amantem et falsa spe deluderes' id est blandimentis induceres.

247–248 EGENA SEPVLCRI / (BVSTA) cadauera sepultura
175 carentia. [BVSTA corpora semiusta.] AESTVAT AER grauiter exhalat.

159 quem *Mombritius*, quod ω | ipsa *scripsi*, ipse ω, *om.* **M** *Jahnke* || **163** NEC *inseruit Lindenbrog* || **166** transit] traχit **MF**[pc], tranxit φ || **171** a *seclusi*, *om. Jahnke* || **172** deluderes] produceres *Terentius* || **175** BVSTA ... semiusta *seclusi* (*ex Aen. XI 200–201, ut uidetur, deriuatum*)

259 QVA STIPATA MANV qua multitudine comitata. *εἰρωνικῶς*, id est nulla.

265 EFFIGIES species.

271 VARIABAT uarie circumibat. 180

273 IN PVLVERE SVLCOS rotarum uestigia.

281 VOTVM IMMANE PROCIS a multis sponsis optata.

283 OFFENSVS offensiones.

293 THESEOS AD MVROS ad Atheniensis ciuitatis muros.

295 (ERRORE) FATISCERE VANO fatigari errore superfluo 185 quia mariti corpus inuenire non poterat.

300–301 (CERTE IOVIS) IMPROBA (IVSSV / TER NOCTEM HERCVLEAM) ⟨improba⟩ aduersa aut certe tunc improba. TER NOCTEM HERCVLEAM Iuppiter cum Alcmenam Amphitryonis amasset uxorem et ad eam corrumpendam 190 demutatus in Amphitryonis specie uenisset, ne aduentu diei concubitus minueretur uoluptas, iussit Iuppiter illam noctem triplicem fieri, qua triplices cursus Luna peregit. ex quo compressu Alcmenae Hercules dicitur natus. merito ergo noctem Herculeam dixit in qua conceptus 195 est Hercules.

302 OFFICIO beneficio.

305 NIMBOSVM nebulosum.

306 ORBITA rotarum uia.

177 qua] quia **MmK** || **180** circumibat] circuibat **MK** || **183** *ante* offensiones *inser.* id est per **S**, id est *Mombritius* || **184** ad *om.* **SK** || **193** noctem triplicem **MSQ** *Mombritius*, triplicem noctem **fE**$^{2\ uel\ 3}$**V**π | cursus *om.* **SV** || **196** est *om.* **MfE**$^{2\ uel\ 3}$**Q**

200 **307–308** HVNC QVOQVE (QVI CVRRV MADIDAS TIBI PRONVS HABENAS / DVCIT IN AONIOS VIGILES DEMITTE SOPOREM) id est: Somnus, qui praecedit bigas tuas, uigiles occupet Thebanorum eosque laxet in somnum. et est ordo: hunc quoque Soporem ...

205 **310–311** FVLGORQVE RECISVS / (SIDERIBVS) lucente enim luna necesse est ut stellarum minuatur splendor.

312 INFVSO LVMINE lacrimis pleno.

314 TEXTA quae mariti uestibus impresserat ipsa texendo. SVFFVSA tincta. MAERET celatur seu nigrior fit.

210 **335** HIC TIBI LONGVS HONOS hoc est: sine successoris metu. (HIC) INDIVISA POTESTAS in patria perpetuum fueras possessurus imperium.

338 GRATVM EST FORTVNA fortunae sorte concessum cadauer inuenimus.

215 **347** DVRABIT (DESERTA FIDES) coniugis scilicet.

348 NATVS [ERIT] Thessandrus, filius Polynicis. (PARVOQVE TORVM POLYNICE) FOVEBO solabor uiduitatem meam similitudine tua nec secundas nuptias superstite filio cupiam.

220 **350** PETITOS desideratos.

352 TIMERI caueri.

353 CONTRACTAEQVE VICES (ET CREBRIOR EXCVBAT IGNIS) ⟨contractae⟩ frequentiores congregatioresque. uices

202 Somnus] sonus **Mf** | uigiles] iugales **fKπ** ‖ 203 laxet **φOv ek** *Mombritius*, lasset **MfE**$^{2\ uel\ 3}$**KVcbRG**, uerset S, lassat **Q** ‖ 204 *lacunam post* Soporem *inserui* ‖ 205 FVLGORQVE **E**$^{2\ uel\ 3}$**QO**^{2}**v ek** *Mombritius*, -VRQVE **Mfπ** ‖ 216 ERIT *seclusi*

dicuntur militum custodiae qui ad uigilandum sibi uicissim succedunt. EXCVBAT excubias praestat. 225

360 (CONTRA VIDET) IRE MENOETES c o n t r a ... i r e pro 'contra uenire', alumnae scilicet.

367 NOCTE MEA qua mihi soli fuerat exire concessum.

377 SI MISERA ES si aeque luges.

379–380 (CARI) POLYNICIS AD IGNES / (ETSI REGNA VETANT) 230 ⟨subaudis:⟩ si audes, ueni.

⟨**389** MODO HAEC FRATREM MEMORAT NVNC ILLA MARITVM⟩ suum scilicet.

391 LONGIVS ARGIA multa narranda sunt.

392 SACRVM exsequiale. 235

⟨**396** TE CVPIIT VNAM⟩ solam. ut ipse superius ⟨II 313–314⟩:

'namque una soror producere tristis
exsulis ausa uias'.

407 PERFERTE incohate ⟨et⟩ perficite. 240

413–414 TEPIDO ... / ... PADO propter incendia quae paulo ante restrinxerat.

226 CONTRA VIDET *inseruit Mombritius* ‖ 227 alumnae π *Mombritius*, -i ω ‖ 228 qua] quia **SK** ‖ 231 ⟨subaudis:⟩ si audes *scripsi*, si -es **MfSE**[2 *uel* 3], sed audes **m**, si audis φ, subaudi **Q**ψ, -is *Mombritius* ‖ 232–233 MODO ... MARITVM *scripsi pro* AD VVLTVM (*u. 388*) *in* ω ‖ 235 exsequiale] exequale **Mfk** ‖ 236 TE CVPIIT VNAM (VNAM *Jahnke scribendum putauit*) *scripsi pro* COMES (*u. 405*) *in* ω | solam φ (-a **Q**ψ) *proposuit scribendum esse Jahnke, iam Mombritius*, solamque **M**, *om.* **K** (*ceteri testes deficiunt*) ‖ 240 et *inserui* ‖ 242 restrinxerat **MSmGO** (-ant **Q**), -stinxerat **K**π (-ant **vek**)

415 (FLENTES STABANT AD FLVMINA) SILVAE Heliades, Phaethontis sorores, quae flendo sunt in populeas arbores
245 demutatae.

416–417 (MEMBRISQVE REVERSVS) / MORTIS HONOS insigne enim mortis est pallor.

⟨**419** OMNIA BVSTA QVIESCVNT⟩ cadente in cinere⟨m⟩ lignorum structura quiescunt.

250 **421** CVI TORRERE DATVM subaudis 'pyrae', cui concessum est urere cadauera mortuorum.

423 DISSENSVROS discordantes siue in duos apices diuidendos.

431 DIVISO (VERTICE FLAMMAS) quod in duas flamma
255 diuisa est partes.

432 CORVSCANT lucent.

433–434 (PALLIDVS EVMENIDVM VELVTI) COMMISERIT IGNES / (ORCVS) ita rogi flamma diuisa est ut et hoc instinctu Furiae perpetratum credatur.

260 **434** MINAX eminens. CONATVR VTERQVE se ab inuicem separare.

447–448 (SVBITVS) CAMPOS TREMOR (ALTAQVE TECTA / IMPVLIT ADIVVITQVE ROGI DISCORDIS HIATVS) id est: sceleris horrore quo se flammae diuiserant terrae factus est mo-
265 tus. diuidebantur quidem odio flammae, sed plus disiunc-

248 OMNIA ... QVIESCVNT *scripsi pro* PVTRIBVS (*u. 419*) in ω | cinere⟨m⟩ *corr.* **GO** *Mombritius* ‖ **250** subaudis *om.* **SK** ‖ 255 diuisa est partes] partes diuisa est **fS** ‖ **258** IGNES **fmQc**^pc^ *Mombritius*, -IS **Mπ**, I. V

tae sunt terrae. prodigiale enim monstrum exhorruit terra.

449–450 (QVIBVS) IPSE MALORVM / (FINGEBANT SIMVLACRA SOPOR) quae per diem fecerant, ea ante oculos uersabant⟨ur⟩ in somniis. 270

451 INDAGINE inquisitione.

456 AMBITVR contenditur.

462 IRAM ODIVMQVE subaudis 'inesse'.

463 AD REGEM (QVI DEPRENDERE TRAHVNTVR) custodes trahebantur ad regem ut dicerent quid uidissent quas te- 275 nerent.

464 ACTAEIS (... MVRIS) quia Athenae primo 'Acte' dictae sunt.

465 PHORONEAS (... MATRES) Argiuas. Phoroneus, rex Argiuorum, qui primus Iunonem honore sacrificii decora- 280 uit.

466 COETVMQVE GEMENTEM Argiuarum mulierum multitudinem.

467 HONOREM reuerentiam.

469 OBTENTA obducta seu apposita. 285

470 PRAEFERRE magis ac 'ferre'.

472 VNA pariter.

269–270 uersabant⟨ur⟩ *corr.* π *Mombritius* || **277** Acte] -is ω, *corr.* O²**vek** *Lindenbrog* || **286** ac ferre *scripsi*, hec ferre **MS**, efferre **fFψ** *Mombritius* (*leg.* (manus) efferre), et ferre **Ap**, ferre **Q** (*ceteri testes deficiunt*)

479 TRVNCO SERMONE inarticulata uoce siue semipleno sermone.

290 **480** DVPLICES THALAMOS Procnae et Philomelae.

481–482 (NVLLI) CONCESSA POTENTVM / (ARA DEVM) *Ἐλέου βωμόν* dicit. hanc aram Cicero ⟨locum non inueni⟩ Misericordiae nominat. eius Terentius meminit ⟨Heaut. 975–976⟩:

295 'nec tu ⟨a⟩ram tibi
nec precatorem pararis'.

484 (NVLLA DAMNAVIT) VOTA REPVLSA quia illa nunquam miserorum uota contempsit.

486 (SOLIS NVMEN) PLACARE QVERELIS nullo sacrificio nec
300 sumptuosis litationibus, sed solis miserorum lacrimis pietate opulentum numen placari consueuit.

488 LACRIMIS (ALTARIA SVDANT) non igni haec altaria sudare consuerunt.

490 MVTATA SORTE feliciore recepta.

305 **491** MITE NEMVS non austeritate numinis terribile. INSIGNE VERENDO pro 'insigniter reuerendo'.

492 SVPPLICIS ARBOR OLIVAE per quam pax petitur supplicando. et in secundo ⟨cf. ad II 737–738⟩ diximus hanc

288 TRVNCO SERMONE (*cui* inarticulata ... sermone *glossa est in* **fS**) *ut lemma recognoui* || **290** Procnae *Jahnke ex* Procne *Lindenbrog*, progne **ω** (-es **Svek** *Mombritius*) || **291** ARA DEVM *inseruit Mombritius* || **291–292** *Ἐλέου Βωμόν coni. Lindenbrog*, eleiiuob. ñ (u *sub* ii*?*) **M**, eleiu (*uel* -ui) boñ **f**, eleiu boñ **V**, eleuibo ñ **π**, *om. Mombritius* || **295** ⟨a⟩ram *corr.* **Qc** *Mombritius* || **301** consueuit] consuetum est **S**, consuetum **KV** || **302–303** sudare] suadere **Mf** || **304** feliciore recepta *scripsi*, feliciter per- **ω**

ab Atheniensibus *εἰρεσιώνην* dici, a reliquis autem Graecis *ἱκετηρίαν*. supplicis autem oliuae, non quod ipsa sit supplex, sed quod omnes qui rogant hac suppliciter utuntur. 310

495 TREPIDOS supplices.

495–496 HORRET EGENIS / (COETIBVS) horridior fit miseris. 315

497–498 FAMA EST (DEFENSOS ACIE) POST BVSTA PATERNI / (NVMINIS HERCVLEOS SEDEM FVNDASSE NEPOTES) ⟨fama est⟩ Atheniensium scilicet. Hyllus Deianirae et Herculis filius et reliqui ex eodem nati, postquam Hercules terris abiit, pulsi ab Eurystheo Athenas confugerunt. a quibus postquam tam facile auxilium meruerunt, hanc aram consecrasse memorantur asserentes apud Athenas tantummodo sedes Misericordiam posuisse. 320

⟨**499** FAMA MINOR FACTIS⟩ minus dicit quam res habet.

501 CEV LEGES [HOMINEMQVE] (... RITVSQVE SACRORVM) primi enim Athenienses inter reliqua bona legum tabulas inuenerunt. sic ergo huc confugiunt ceu ad leges et humanos ritus. 325

503–504 SIC SACRASSE LOCO (COMMVNE ANIMANTIBVS AE-

309 *εἰρεσιώνην Rhodiginus* (*-ονην Pius*), resionem ω ‖ 310 *ἱκετηρίαν Lindenbrog* (hiceteriam *Rhodiginus*), hyreterian ω ‖ 316–318 (DEFENSOS ACIE) POST BVSTA PATERNI (NVMINIS ... NEPOTES) ⟨fama est⟩ Atheniensium scilicet *scripsi,* Atheniensium scilicet. POST BVSTA PATERNI ω ‖ 320 Eurystheo] -te **MfcG**, -tea **V**, -te͛ **A** (-o **A**[2], *ut uidetur*), iuste **p** ‖ 324 FAMA ... FACTIS *ad scholium melius quadrare recognouit Jahnke, et scripsi pro* CREDERE DIGNVM (*u. 499*) *in* ω ‖ 325 HOMINEMQVE *seclusi* ‖ 327 huc] hoc **Mf**

330 GRIS / CONFVGIVM) Ouidius ⟨met. II 795–796⟩ de Athenis, ad quas uenit Inuidia:

'ingeniis opibusque et festa pace uirentem,
uixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile uidit'.

504–505 (VNDE PROCVL STARENT IRAEQVE MINAEQVE /
335 REGNAQVE ET A IVSTIS) FORTVNA RECEDERET ARIS ⟨fortuna⟩ ut ne casus quidem laederet qui ad has aras confugissent, quamuis melius fortunam debemus accipere regis aut potentioris fortunae uiri. et uult hoc loco intellegi poeta nulla ui potentium religionem huius arae posse
340 perfringi.

509–510 (MOX HOSPITA SEDES) / VICIT ET OEDIPODAE FVRIAS mox ... uicit, quia nondum factum est. hoc tamen significat: Oedipus expulsus Creontis imperio ⟨Colonum⟩ confugit [*ἐπὶ Κολωνόν*], in quo lucus erat Furiis
345 consecratus. sed misericordia Atheniensium illa sede est erutus hospitaliterque tractatus. hanc tragoediam ⟨*Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ* Sophocles senex composuit, ut⟩ Aristophanes scripsit.

333 -que tenet *Ouidius, correxit Mombritius,* quo teret **M**, qua teret (quateret, quater et) **fKVπ** | quia nil lacrimabile *Ouidius, corr.* **e** *Mombritius,* qui in lacrimabile (*ex* lacrabile) **M**, quin inlacrimabile **fKV**, quod in̄ lacrimabile **π** (nī **A**, inde **QFp**, in **cGO**, ni **bRvk**) | uidit] cernit *Ouidius* ‖ **337** melius *scripsi,* meliorem **ω** ‖ **340** perfringi] -stringi **ftπ** ‖ **343–344** Colonum *inserui* ‖ **344** *ἐπὶ Κολωνόν Jahnke, quod seclusi, ἐπὶ Κολωνῷ A. Klotz p. 518 n., iam* Epicolonon *Barth,* epicolono **ω** | lucus *scripsi,* locus **ω** ‖ **346–347** *Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ inserui,* Sophocles senex composuit, ut *van de Woestijne, quod dubitanter assumpsi* (Aristophanes *ex nomine scriptoris hypothesium tragoediis Sophocleis adiunctarum deriuatum ingeniose defendit A. Klotz p. 518*)

510–511 FVNVS OLYNTHI / ⟨TEGIT⟩ Olynthus ciuitas Athenis seruiens. haec se auctoribus Lasthene et Euthycrate 350
Philippo tradidit ..., ob quam culpam [Atheniensibus] placuit euertere ciuitatem. quo comperto ad aram Miseri⟨cordiae⟩ ⟨confugerunt⟩.

511 ⟨A MISERO MATREM⟩ SVMMOVIT ORESTE quia Orestes post absolutionem cum fureret ad hanc aram Pylade 355
amico trahente confugit et resipuit. m a t r e m autem s u m m o u i t Vergiliane. nam sibi imminere non Furia, sed mater uidebatur occisa ⟨Aen. IV 472–473⟩:

'armatam facibus matrem et serpentibus atris
cum fugit ultricesque sedent in limine Dirae'. 360

s u m m o u i t ait, quasi sequentis matris umbram religio arae summouerit. illic enim, ut supra dictum est, furore purgatus est.

512–513 ⟨MANVS ANXIA LERNAE / DEVENIVNT CEDIT MISERORVM⟩ TVRBA PRIORVM asyli prior turba discessit Argoli- 365
cis uenientibus matribus.

....

349–353 *François de decretis Atheniensibus cogitauit:* Athenis seruiens = *Ἀθήναις ὑπήκοος*, auctoribus Lasthene et Euthycrate = *Λασθένης εἶπε καὶ Εὐθυκράτης*, Atheniensibus placuit = *ἔδοξε τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων*, ad aram Misericordiae = *εἰς Ἐλέου Βωμόν* ‖ 351 *lacunam post* tradidit *posui* | Atheniensibus *seclusi* (*Philippus urbem euertit*) ‖ 352 quo **E^4Kπ** *Mombritius*, quam **MfSV** ‖ 352–353 Miseri⟨cordiae⟩ *Mombritius*, misere **ω** ‖ 353 confugerunt *suppleuit Mombritius* ‖ 356 resipuit **SE^4π**, -spuit **MfKVQGO** ‖ 360 cum fugit] confugit **Mfpψ** *Mombritius* ‖ 363 purgatus **Sπ** *Mombritius*, pugnatus **$M^{ac}$$E^4$KV**, -um **$M^{pc}$f** ‖ 365–366 Argolicis] argiuis **SV** ‖ 367 *post* matribus *lacuna centum linearum sequitur, de qua uide praef. p. IX*

615 (GELIDVM) BRAVRONA Brauron locus Atticae regionis in Boeotiam uergens.

370 **615–616** (RVRA ...) / MONYCHIA ⟨rura⟩ Monychia [et Piraeea] iuxta Piraeum, portum Atheniensium, loca sunt.

617 (ET NONDVM EOO CLARVM) MARATHONA TRIVMPHO necdum ibi ab Atheniensibus uictus fuerat Perses. in hoc enim loco postea Persarum classis exstincta est, quod in
375 orientali fama manifestum est. ideo E⟨o⟩um ... triumphum dixit.

620–621 AEGALEOS ... PARNESQVE ... / ... ET ... LYCABESSOS montes Attici.

622 ATROX ALAEVS unum pro gente. quidam hunc regem
380 uolunt esse Tegeae auxiliarem, non ciuem. (OLENTIS ...) HYMETTI montis creatoris mellis bene olentis.

623 (QVAEQVE RVDES THYRSOS HEDERIS VESTISTIS) ACHARNAE in hoc loco primum Dionysia et inuenta et celebrata dicuntur.

385 ⟨**627** CEREALIS ELEVSIN⟩ Ceres a Dite filiam raptam dum quaerit hospitio regis Eleusii fertur fuisse suscepta. cuius filium Triptolemum pro beneficii gratia sustulit nutrien-

368 GELIDVM] -AM *inseruit Mombritius, quod correxi* || **370** Monychia *scripsi*, -ium ω || **370–371** et Piraeea *seclusi* (Piraea *Jahnke*, pireia ω) || **371** Piraeum] pereum **fVπ** || **374** postea **Q**, *coni. Jahnke*, postquam ω | classis *suspectum* || **375** orientali fama] oriente habitare *exspectauit Jahnke; sed* fama = *historia* (*Herodot. VI 102–114?*) | *post* manifestum est *lacunam posuit Jahnke, fortasse recte* | E⟨o⟩um *corr.* **S** *Kohlmann* || **380** auxiliarem] -ium **M** (-ium *supra rasuram, ut uidetur, sub qua potest fieri ut* -em *sit legendum*) **AF**[2]**ψ** (-um **QFp**) || **383** esse *inser. post* celebrata **SV** || **385** CEREALIS ELEVSIN *scripsi pro* MISIT ARATRIS (*u. 628*) *in* ω

dum, cui agriculturam et inueniendi frumenti artificium Ceres ostendit.

629 CALLIRHOE (NOVIENS ERRANTIBVS VNDIS) fons nouem capitibus means. 390

630–631 (ET RAPTAE QVI CONSCIVS) ORITHYIAE / (CELAVIT RIPIS GETICOS ELISOS AMORES) ⟨Orithyiae⟩ Orithyia Erecthei filia. hanc Boreas Thracius rapuit a flumine Eliso, ex qua Zethus et Calais oriuntur. 395

632–634 IPSE QVOQVE (... COLLIS VBI INGENS / LIS SVPERVM DVBIIS DONEC NOVA SVRGERET ARBOR / RVPIBVS) Acropolin dicit, arcem Athenarum, de qua Neptuno et Mineruae dicitur fuisse certamen. ⟨Neptunus⟩ percussa terra equum dedit, indicium belli, Minerua uero oliuam, 400 pacis insigne.

⟨**634** LONGA REFVGVM MARE FRANGERET VMBRA⟩ magnitudinem arboris ostendit ex umbrae quantitate qua obscurat. FRANGERET insultaret uicto Neptuno.

639 GLISCERE cum furore cupere. 405

⟨**642–643** TERRARVM LEGES ET MVNDI FOEDERA MECVM / DEFENSVRA COHORS⟩ inuocatio.

395 Zethus] Zetes *proposuit Jahnke, sed cf. ad V 432 Seru. Aen. X 350* || **398** Athenarum (S: *leg.* arcem athenarum dicit *pro scholio*) A[2] (*u. l. in margine*) **Q** *Mombritius, denique proposuit Jahnke,* thebarum ω || **399** Neptunus *inserui* (a Neptuno *inser. post* percussa *Mombritius*) || **400** Minerua *scripsi cum* **vek**, -ae ω || **402** LONGA ... VMBRA *scripsi pro* RVPIBVS (*u. 634*) *in* ω || **403** quantitate *Bentley, ubi sit nescio* (*cf. praef. p. XI*), qualitate ω || **406–407** TERRARVM ... COHORS *scripsi pro* INSVMITE (*u. 643*) *in* ω || **407** inuocatio *Lindenbrog,* inuocat **Mfm**, insacat π, *om. schol. Mombritius* (*ceteri testes deficiunt*)

651 TREMEFECIT concussit.

653 VENTOSA uentis abundans. SIBILAT resonat.

410 **657** MVTAT atterit.

658 AGER herba quae protrita incursu belli non nascitur.

660 FRANGITVR crispatur. ARDENT splendent.

661 ADEO in tantum. OPERI itineris magnitudini.

672–673 CVM SAEPTVS (IMAGINE TORVA / INGREDITVR PVG-
415 NAS) cum armatus esset pictura Minotauri.

675–676 (METVENDAQVE QVONDAM) / LIMINA Labyrinthi.

676 (ABSVMPTO PALLENTEM) GNOSIDA FILO Ariadnen dicit Cretensem, quae cum Theseum amaret et uereretur ne occideretur ... quia multiplex et perplexum iter Labyrin-
420 thi, quae domus erat Minotauri, explicare non posset, Daedalum, fabricatorem operis, exorauit. a quo globum fili accepit, cuius summitatem tenens ipsum Theseo intranti dedit post se soluendum. quem ille occiso Minotauro relegens uictor egressus est.

425 **681** DESTITVVNT contemnunt.

417–424 GNOSIDA ... egressus est] *scholium inest in* SVπ, *om.* M. *testes autem* fEm *deficiunt, qua re et ob clausulam* uīctŏr ēgrēssŭs ēst *scholium non secludere sum paratus* || **417** Ariadnen] adrianem SA² (*u. l. superscr.*) ψ || **419** occideretur quia SV, occiso quamuis AF^ac p *Mombritius*, occiso minotauro quamuis A²Q F^pc ψ, quamuis Minotauro occiso *Lindenbrog*, occiso quamuis Minotauro *Jahnke* | *lacunam post* occideretur *posui* || **419–420** iter Labyrinthi (S)(V), Labyrinthi iter (π) *Mombritius* | Labyrinthi *Mombritius*, labor **thi S, laberinthi Vπ || **420** quae ... Minotauri *post* posset *in* ω *ad locum restitui*

688 RENIDENS cum iracundia subridens.

689 DOCVMENTA exempla quae in uictos edidimus quos prohibuimus sepeliri.

692–693 (PVLVERE CRASSO) / CALIGARE [DIEM] faciente caligine⟨m⟩ non parere. 430

701 HVMILES sine cristis aut fractas.

712 DIRIS graue olentibus. AEGRVM corruptum.

713 DVCENS odorans.

722 (ALTERA) PVBES Thebana iuuentus.

724 CAEDVNT quatiunt. 435

730 QVERCVM pro 'hasta'.

733–734 EDONOS (... / ... CVRRVS) Thracicos.

740 DEGENERES timidos. (MAGNOS ALIT) IRA LEONES in magnam praedam feruntur.

743 TRIPLICI (CONFISOS ROBORE GENTIS) quia tres erant 440 gentes quibus stipabantur ad bellum.

745 CONTINVAT sine intermissione prosternit.

746 HVMERO TRANSMISIT per humeros ferrum exiit.

749 (LONGO PERLATA) TENORE de longe missa.

756 COMITES socii Creontis. 445

759 COLLIGIT confirmat.

766 (QVOS) VLCISCARE fratres uidelicet in se inuicem parricidas.

429 DIEM *seclusi* || **429–430** caligine⟨m⟩ *corr.* Q *Mombritius*

774–775 (QVA SVB TEGMINE DVRO / MVLTIPLICEM TENVES
450 ITERANT) THORACA CATENAE tegmine duro textu ferrato. iuxta eam partem ubi est loricae medietas.

776 PER MILLE FORAMINA per infinitos loricae circulos.

782 ACCEDVNT (VTRIMQVE) iunguntur. (PIO ...) TVMVLTV Argiuorum atque Thebanorum gaudentium strepitu[m].

455 **793** GAVDENT (LAMENTA) luctus mutantur in gaudia.

800–801 (TVRBINE QVO SESE CARIS INSTRAVERIT AVDAX) / IGNIBVS EVADNE haec Capanei uxor nimio amore et dolore flammata in rogum coniugis se praecipitem dedit.

804 SORORI Deipylae.

460 **805** CLAMET cum lamento inuocet.

808 [VIX] NOVVS (... FVROR) noui carminis iteratio.

812–814 (IAM CERTE PRAESENS TIBI FAMA BENIGNVM) / STRAVIT ITER (COEPITQVE NOVAM MONSTRARE FVTVRIS / IAM TE MAGNANIMVS DIGNATVR NOSCERE CAESAR) Fama
465 sternente benignum iter ad posteros ⟨et⟩ usque ad proceres.

816 TEMPTA prouoces.

818–819 (MOX TIBI SI QVIS ADHVC PRAETENDIT NVBILA LIVOR / OCCIDET ET MERITI POST ME) REFERENTVR HONORES
470 post mortem meam te honorabit inuidia.

450 THORACA CATENAE tegmine duro textu ferrato *scripsi*, TEGMINE DVRO textu ferrato THORACA CATENAE ω || **454** strepitu[m] *corr.* Svek *Mombritius*, (-um **M**π: *ceteri testes deficiunt*) || **455** LAMENTA *inseruit Jahnke* || **461** VIX *seclusi* | FVROR *inseruit Mombritius* || **465** et *inserui*

ANONYMI

IN STATII ACHILLEIDA COMMENTVM

PRAEFATIO

Commentum in Statii Achilleida quod in hoc uolumine recensui primus anno MDC Parisiis Fredericus Lindenbrog alias Tiliobroga in lucem protulit. aetatem Caroli imperatoris Magni hoc commentum redolet, nec quidquid in doctrina antiqua recuperanda habet auctoritatis, quia, ut iam ante editionem Jahnkianam u. d. Ricardus Klotz demonstrauerat, nihil aliud est quam ex Seruio necnon mythographo qui dicitur Vaticano primo, una cum quibusdam nullius momenti ex textu ipso uel poetis qui omnibus noti sunt additamentis, cento, ut aiunt, confectus.

In textu huius editionis constituendo testibus utimur quattuor:

codex Monacensis Clm. 19482 (= **M**), saeculi decimi exeuntis, de quo uide quae in praefandis ad Lactantium Placidum supra scripserim;


editio princeps (= **L**) anno MDC Parisiis publici iuris facta, quam supra memoraui, Tiliobrogiana, e codice Pithoeano exscripta, quem quibusdam in locis eum tacite correxisse certum est;

codex Vaticanus Palatinus latinus 1694 (= **A**), saeculi undecimi, quem Jahnke non cognouit, de quo uide supra;

codex Parisinus latinus 8040 (= **P**), saeculi undecimi, qui Achilleida continet, necnon marginalia ex hoc commento, breuioribus quibusdam omissis, usque ad I 239 descripta, iam ex Duebnero in editione Achilleidos cognitus, quo non usus est Jahnke.

De cognatione horum quattuor testium in Prolegomenis (pp. 85–87) iam satis disserui, cui expositioni addendum credo lemmata huius commenti, sicut illa Lactantii

Placidi in Thebaida, aliquando esse amissa. nihil est ullius momenti quod illic scriptum mutare uelim, praesertim non stemma quod proposui



quod (ut in Prolegomenis exposui) ex scholiis

I 21 (ubi **AP** scholium suppositicium inseruerunt) I 192 superaret **ML**, uituperaret **AP** (*om.* et **P**) 206–207 nata **ML**, nati **AP** 220 Iris **ML**, iri **AP** 239 Achilles **ML**, -is **AP**

inter alia euidentissime apparet. contra quod stemma ea quae forsitan obiciantur, ut errores uel correctiones, qui sine ratione passim ubicumque in codicibus scribae faciebant, facile explicari possunt, sicut, exempli gratia, inter alios

I 6–7 uacant **LA**, uocant **MP** (*uacant* e Statio ipso restituto) 20–21 habuerunt **MP**, -int **LA** (indicatiuo cum subiunctiuo, ut saepissime, confuso) 175 aduersum **MA**, -us **LP** (*aduersus* magis solito ac supra inuento per errorem scripto) 206–207 (auem) conuerteretur **M** (*ex* conteretur) **A**, (auem) uerteretur **LP** (*con-* (= *c̄*) post *-em* (= -e) amisso) 480 mortali **A** -e **ML** (ubi de forma ambigitur):

ad I 189–190 Persei **AP**, perse igneus **MP** scriba codicis **β**, ut uidetur, lectionem ueram e Seruio per coniecturam restituit.

In re orthographica eandem rationem quam in Thebaide recensenda secutus sum, eo tantum excepto, quod *Virgilius* et similia, ut in codicibus, scripsi. in testimoniis compilandis nihil nisi fontem notaui, cum commentum nostrum uerba operis antiquioris tantum exscripsit. quae cum ita sint, in hac editione credo me textum primum super terram firmam constituisse.

Cuius opusculi editiones (praeter illam Lindenbrogianam, de qua uide supra) curauerunt Philipp Kohlmann 1877 prog. Emdeni, quod commentum ad I–396 una cum textu Achilleidos continet et Richard Jahnke (de qua uide supra). in editione Achilleidos Duebneriana (de qua uide supra) p. 350 inter adnotationes ad I 238 correctionem ad locum inuenitur.

De hoc opusculo scripserunt (praeter eos quos supra in conspectu librorum de Lactantio conscriptorum memoraui):

Jeudy, Colette et Riou, Yves-François. L'*Achilléide* de Stace au moyen âge, Abrégés et arguments. In Revue d'Histoire des Textes IV (1974), 143–180 (qui de ceteris commentariis compendiisque medii uel posteri aeui (de quibus uiderint alii) multum disserunt, de opusculo nostro minimum)

Klotz, Richard. De scholiis Statianis commentatio I. Progr. Treptouiae 1895.

CONSPECTVS SIGLORVM

ω = codex aetatis fortasse Caroli Magni, codicum nostrorum fons et origo.

M = Monacensis Clm. 19482, s. X exeunte.

L = editio a Frederico Lindenbrog alias Tiliobroga Parisiis anno MDC in lucem prolata, codicis instar.

A = Vaticanus Palatinus latinus 2694, s. XI.

P = Parisinus latinus 8040, s. XI.

ANONYMI IN STATII ACHILLEIDA COMMENTVM

1–2 FORMIDATAMQVE TONANTI / PROGENIEM cum Iuppiter cuperet Thetidem suo coniugio sociare, uetuerunt decreta Parcarum. quae dixerunt prolem quae nata fuisset uim caelo impellere. ideo ait f o r m i d a t a m.

5 **3** VIRI Achillis.

3–4 CANTV / MAEONIO Homerico.

5 SCYRO insula ubi Achilles fuit absconsus.

6 DVLICHIA (... TVBA) Graeca. PROFERRE publicare.

6–7 NEC IN HECTORE TRACTO / SISTERE tacere. Homerus 10 enim usque ad mortem Hectoris descripsit Iliados et tacuit. unde superius: ⟨uu. 3–4⟩: 'cantu Maeonio, sed plura uacant'. unde et Virgilius ⟨Aen. I 456⟩: 'uidet Iliacas ex ordine pugnas' id est: non usque ad mortem Hectoris sed usque ad excidium Troiae pictas. pugna enim Amazonae

In apparatu testimoniorum (pp. 665–691) primum scholiorum, deinde linearum numeros, in apparatu critico linearum tantum numeros invenies.

1–2 *1–4* cum Iuppiter ... impellere] cf. schol. ad I 91; Myth. Vat. I 204 Kulcsár II 205; Hyg. 54 || **3–4** Homerico] cf. Seru. Dan. Aen. IX 712 || **5** insula ... absconsus] cf. Seru. Aen. II 7 Seru. Dan. Aen. II 477 || **6–7** *9–11* Homerus ... tacuit] cf. Seru. Aen. I 490 | *14–16* pugna ... fuit] cf. Seru. Aen. VII 803

2 Thetidem **P**, -en **MLA** || **10** Iliados L, eliados **MAP** || **12** uacant **LA**, uocant **MP** || **14** pictas **AP**, pietas **M**, *pretas **L** | Amazonae **A**^pc **P**, amatone **MLA**^ac

quae in auxilium Priami uenit post defunctum Hectorem fuit. 15

7 DEDVCERE describere.

8 TV MODO inuocatio.

10 AONIVM NEMVS Thebanum. mons enim Boeotiae est, cognominatus hoc nomine ab Aone, filio Neptuni, Musis consecratus. 20

12 DIRCAEVS (AGER) Thebanus. Dirces enim regina fuit, nouerca Zethi et Amphionis, quam propter iniuriam matris Antiopes priuigni Zethus et Amphion religauerunt tauris ferocibus et ita traxerunt. quae misericordia deorum in fontem mutata est, qui Dirces nominatur. 25

13 CVMQVE SVO NVMERANT AMPHIONE THEBAE Zethus et Amphion, Iouis et Antiopae filii: Zethus rusticus, Amphion musicus. Amphion citharam a Mercurio meruit, cuius dulcedine dicitur muros struxisse Thebanos. 30

10 *19–20* Thebanum ... Neptuni] cf. Lact. Plac. I 33–34 | *19–21* mons ... consecratus] cf. Seru. ecl. VI 64 X 11 georg. III 11 || 12 Dirces ... nominatur] cf. Myth. Vat. I 96 Kulcsár II 74; Lact. Plac. III 204–205 | *22–25* Dirces ... traxerunt] cf. Lact. Plac. IV 570 | *25–26* quae misericordia ... nominatur] cf. Lact. Plac. II 322 IV 8 374–375; Prob. ecl. II 23 sqq. Hagen || 13 Zethus ... Thebanos] cf. Myth. Vat. I II | *27–29* Zethus ... musicus] cf. Seru. ecl. II 24 | *27–28* Zethus ... filii] cf. Lact. Plac. III 204–205 IV 570 VII 189–190 IX 423–424 778 | *28–30* Amphion musicus ... Thebanos] cf. Lact. Plac. I 9–10 II 453–456 IV 358–360 VII 456 665 VIII 232–233 347 (X 787–788) 873–875

20 nomine **AP**, nom̃ ē **M**, uero est **L**, nomine [est] *Kohlmann* || 22 Dirces] -e *Kohlmann* || 26 Dirces] -e *Kohlmann*

20 SOLVERAT narratio.

20–21 (PASTOR) / DARDANVS Paris. pro 'Dardanius'.

21 INCAVTAS BLANDE POPVLATVS (AMYCLAS) argute depraedatus. legitur in historiis quod Troiani cum Graecis
35 foedus habuerunt, unde etiam Paris est susceptus hospitio et sic commisit adulterium. ideo ait blande. quod autem dicit populatus, historiam tangit. Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam, Priami sororem, Telamoni dedisset, profecti sunt legati a Priamo et
40 eam minime repetere potuerunt illis dicentibus eam se habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu ut aliquid tale committeret aut in uxorem regis aut in filiam. qui expugnata Sparta Helenam rapuit.

45 **22** PLENAQVE MATERNI REFERENS PRAESAGIA SOMNI Hecuba filia secundum Euripidem ⟨Hec. 3⟩ Cissei, quem Ennius ⟨trag. frg. xi (Hecuba) Ribbeck (194 Vahlen, ccxxv Jocelyn)⟩, Pacuuius ⟨trag. 391 Ribbeck⟩, et Virgilius secuntur. unde idem Virgilius ⟨Aen. VII 319–320⟩:
50 'nec face tantum
Cisseis praegnans ignis enixa iugalis'.

20–21 pro 'Dardanius'] cf. Seru. Dan. Aen. IV 662 || **21** *34–36* legitur ... adulterium = Seru. Aen. X 91; cf. schol. ad I 397–399 404 | *37–44* Hercules ... rapuit = Seru. Aen. X 91; cf. Myth. Vat. I 133 Kulcsár || **22** *45–49* Hecuba ... secuntur = Seru. Aen. VII 320; cf. Seru. Aen. X 705

33 *post* POPVLATVS *inser.* Blande. molliter populatus **A**, amyclas. blande. id est molliter. populatus. id est **P** || 35 habuerunt **MP**, -int **LA** || 43 in **LP**, *om.* **MA** || 51 Cisseis praegnans] pregnans cisseis **ML**, pregnan scisse scis **A**

haec dum praegnans esset Paride uidit in somniis facem se parere, quod fuit praesagium futuri incendii. Homerus autem ⟨Il. XVI 718⟩ Dymantis filiam dicit.

26 VITREO lucido. 55

28–29 COEVNTIA PHRIXI / LITORA cum Phrixus et Helles per mare Hellespontum transirent, Phrixus ascendit in arietem pellem auream habentem. Helles natans [ad] caudam ipsius arietis tenebat, se⟨d⟩ fessa tandem ponto submersit. unde mare Hellespontum nominatum est. Phrixus 60 transiens peruenit ad Colchos ibique arietem occidit et eius pellem in templo dicauit, quam Iason postea cum Argonautis Medea faciente tulit et Creonti regi portauit.

32 PROTEA uatem.

34 NVRVM Helenam. 65

36 TVMIDIS (ATRIDIS) nobilibus aut superbis. ATRIDIS usur-

22 *52–53* haec dum … incendii] cf. Seru. Aen. VII 320 X 705 | *53–54* Homerus … dicit = Seru. Aen. VII 320; cf. Seru. Aen. X 705 || **28–29** cum Phrixus … portauit] cf. schol. ad I 65; Lact. Plac. II 281 V 475; Myth. Vat. I 23 Kulcsár; Hyg. 3; Isid. etym. XIII 16,8 | *56–62* cum Phrixus … dicauit] cf. Myth. Vat. II 134 | Helles … submersit] cf. Lact. Plac. VI 542–543 || **34** PROTEA uatem] cf. schol. ad I 136; Lact. Plac. VII 330–331 || **36** usurpatum … Agamemnon] cf. Seru. Aen. I 458

56 Helles] -e *Kohlmann*, telles **M** || **58** Helles] -e *Kohlmann* | ad *seclusit Kohlmann* || **59** arietis tenebat se⟨d⟩ **MAP**, *correxi*, se **L**, arietis se tenebat *Jahnke* | fessa **A**[2] *in margine Jahnke* (*ex* -am *Kohlmann*), -um **M**, -us **LAP** || **63** faciente tulit] fauente retulit *codd. Barthii*

patum est. nam Plis⟨th⟩enis filii fuerunt Menelaus et Agamemnon.

41 PATRIA pro 'paterna'. nam a patre 'paterna', a loco 'pa-
70 tria'.

⟨**43** NON POTVI INFELIX⟩ ⟨se⟩ reprobantis est. ut Virgilius ⟨Aen. IV 600⟩: 'non potui abreptum diuellere corpus'.

44 RHOETEAE (...TRABES) Troianae. Rhoetum enim promuntorium est Troianae urbis.

75 **65** RVPIT IASONIA PVPPIS PAGASAEA RAPINA hic fabulam Iasonis tangit, quae talis est: Athamas rex habuit uxorem nomine Nubem, de qua habuit duos filios Phrixum et Hellen. cum Nubes insania Liberi patris concitata siluam peteret nec repeteret larem mariti, filiis suis Athamas su-
80 perduxit nouercam Ino. quae nouercali odio pueris exitium machinans matronas petiit ut frumenta serenda cor-

41 pro 'paterna' ... 'patria'] ps. Isid. diff. I 453; Diff. ed. Uhlfelder 65 || **44** Troianae ... urbis] cf. Seru. Aen. II 312 XII 456 Seru. Dan. Aen. III 108 || **65** *76–105* Athamas ... Iason] cf. Lact. Plac. V 475 | *76–94* Athamas ... insomnis] cf. Lact. Plac. II 281 | *76–86* Athamas ... arbitrio = Myth. Vat. II 134 | *78–95* cum Nubes ... a Creonte est] cf. Hyg. 3 | *78–94* cum Nubes ... insomnis = Myth. Vat. I 23 Kulcsár

67 Plis⟨th⟩enis *corr. Kohlmann* (plistenis **A**[2] *superscr.*) || **71** NON POTVI INFELIX *proposuit scribendum Dilke in ed. Achilleidos ad loc., pro* COMMISIMVS *in* **MLA** (*om. schol.* **P**) | ⟨se⟩ *inser. R. Klotz apud Jahnke* | reprobantis *R. D. Williams apud Dilke ad loc.*, properantis **MLA**, uituperantis *R. Klotz apud Jahnke*, reputantis *Kohlmann* || 78 Hellen *Kohlmann, iam* Ellen **L**, -em **MAP** || 79 nec **P** *Menkius Myth. Vat. I* (*Bode*: ne *Kulcsár*) *II*, ne **MLA**

rumperent. quo facto fames innata est. cum ad Apollinem consultum ciuitas misisset, Ino eum qui missus erat corrupit ut referret oraculo dictum Nubis filios immolandos. nam et ipsa dixit eos frumenta incendisse. pater timens 85 populi inuidiam filios suos nouercae commisit arbitrio, sed occulte illis remedium dedit. nam Phrixum mortis suae ignarum summisit ut memoratum adduceret arietem. qui Iunonis nutu admonitus ut cum sorore fugeret, confestim se cum ea morti subtraxit. deinde, cum arieti 90 adhaerentes maria supernatarent, puella in mare cecidit. qui locus ex ea Hellespontus dicitur. Phrixus ad Colchos delatus arietem quo uectus erat mactauit et eius uellus consecrauit Marti, quod draco custodiebat insomnis. ad quod auferendum Iason missus a Creonte est. qui cum ad 95 Aeetem, Solis filium, Colchorum regem, uenisset – cui responsum fuerat tamdiu illum in regno manere posse quamdiu in Martis templo illud uellus aureum durare potuisset – potestatem uelleris auferendi ita Iasoni permisit ut tauros ignem naribus efflantes aratro iungeret et draco- 100 nis dentes sereret. cumque Medeae, regis eiusdem filiae, amore atque artibus Iason cautus esset, uniuersa compleuit et cum armata manus ex ipsis sulcis creuisset, Medeae

65 *90–95* deinde ... a Creonte est] cf. schol. ad I 28–29 | *95–105* qui cum ... Iason] cf. Myth. Vat. II 136 | *96–99* cui ... potuisset = Myth. Vat. II 135 | *103–104* Medeae ... uulneribus = Myth. Vat. II 136

82 innata] -lata *Menkius* || **84** ab *ante* oraculo *inser. Kohlmann ex Myth. Vat. I 23 II 134 Bode* (*om. I II* (*157*) *Kulcsár*) || **88** memoratum] inauratum *Barth ex Hygino* || **90** se cum ea **AP** *Barth Myth. Vat. I*, se cum ex **M**, secure eam L || **94** insomnis *anon. apud Lit. Centralblatt* (*ex libro in bibliotheca Lipsiensi: re uera ex Myth. Vat. I 23 Bode* (peruigil *Myth. Vat. II*), informis **MLAP** *Myth. Vat. I 23 Kulcsár*) || **103** cum] dum **MLAP**, *correxit Kohlmann*

in se artibus concitata mutuis est interempta uulneribus.
105 tum rapto uellere fugit Iason. Pagasaea [ergo] Argo a loco dicta ubi facta est. Pagasus ciuitas Thessaliae. Lucanus ⟨II 715⟩: 'ut Pagasaea ratis'.

78 CAERVLEIS marinis. RECTOR ⟨AQVARVM⟩ Neptunus.

79 MVLCET consolatur.

110 **84** SIGEO ⟨... PVLVERE⟩ Troiano.

88 HECTOREO TARDAVIT PONDERE CVRRVS quia exstincto Hectore religauit ad currum suum Achilles corpus eius et traxit circa muros Troiae.

89 ⟨NOSTROS⟩ OPERA IRRITA MVROS hoc quidem habet fa-
115 bula: Neptunus cum Apolline Troiae fabricauerunt muros a Laomedonte rogati. sed constat Laomedontem supra dictis diis certam uouisse pecuniam ad sacra facienda. quam post conditam Troiam dare noluit. ergo deum iratum ostendit, cum dicit muros Troianos opera irrita
120 esse. et Virgilius in euersione Troiae ⟨Aen. II 610–611⟩:
'Neptunus muros magnoque emota tridenti
fundamenta quatit'.

65 *105–106* Pagasaea ... Thessaliae] cf. schol. Lucan. II 715 Weber et schol. Bern. et adnot. super Lucan. ad loc. || **84** SIGEO ... Troiano] cf. Seru. Aen. II 312 || **89** *114–117* hoc ... facienda = Seru. Aen. II 610 Myth. Vat. III 5,7

105 Pagas(a)ea **AP** *Kohlmann*, pegasea **ML** | ergo *inser. post* Pagasaea **MLA**, *ante* **P**, *seclusi* | *om.* Argo **LP** | a *om., inser. superscr.* **MP** || **106** Pagasus **A** *Kohlmann*, pegaseus **M**, Pegasus **LP** || **107** Pagas(a)ea **A** *Kohlmann*, p(a)egasea **MLP** || **118–119** deum iratum **AP**, deum uatum (*sic*) **M**, *om. partem scholii* **L**, damnatum *Jahnke* || **122** fundamenta **P**, sunt lamenta **M**, sudamenta **A**, *om. partem scholii* **L**

91 CREDIDERIS PEPERISSE IOVI cum Iuppiter uellet Thetidem ducere, Fata prohibuerunt eo quod proles quae nasceretur Iouem pelleret regno. Thetis nupsit Peleo, mortali homini. ergo cum quereretur apud Neptunum et timeret de morte Achillis, eo quod a patre esset mortalis, dicit Neptunus non timeri de eo, quia talis futurus esset ut credatur deo genitus. ergo sic illam consolatur dicens: noli queri quod de Peleo mortali sit genitus, quia crederis eum de Ioue peperisse. 125 130

93–94 CVM REDVCES DANAI NOCTVRNAQVE SIGNA CAPHEREVS / (EXSERET ET DIRVM PARITER QVAEREMVS VLIXEN) hic historiam tangit. Palamedes septimo gradu a Belo originem trahens, ut Apollonius ⟨locum non inueni⟩ dicit, cum dilectum per Graeciam ageret, simulantem insaniam Vlixem duxit inuitum. cum ille iunctis dissimilis naturae animalibus salem sereret, filium ei Palamedes opposuit. quo uiso Vlixes aratra suspendit et ad bellum ductus habuit iustam causam doloris. postea cum Vlixes frumentatum missus ad Thraciam nihil aduexisset, a Palamede est uehementer increpitus. et cum diceret adeo non esse ne- 135 140

91 *123–126* cum Iuppiter … homini = Myth. Vat. I 204 Kulcsár | *123–125* cum Iuppiter … pelleret regno = Myth. Vat. II 205; cf. schol. ad I 1; Hyg. 54 | *126–129* ergo cum … genitus = Myth. Vat. II 205 || **93–94** *134–156* Palamedes … exercitus = Seru. Aen. II 81; cf. Myth. Vat. I 35 Kulcsár II 200

123–124 Thetidem *Kohlmann*, -en **MLAP** || **126** cum] dum **MLAP**, *correxit Kohlmann* || **128** timeri] -re *Menkius*, -ndum *Kohlmann ex Myth. Vat.* || **130** queri] -erre **MLAP**, *correxit Kohlmann* || **134** septimo] *immo* quinto*?; cf. Apollod. II 1, 5* || **137** Vlixem **LP**, -en **MA** || **139** ductus **L**, -itur **AP**, *om.* aratra … Vlixes (**139–140**) **M** || **142** adeo **ML**, ideo **AP**

glegentiam suam ut ne ipse quidem, si pergeret, quicquam posset aduehere, profectus Palamedes infinita fru-
145 menta deuexit. qua inuidia Vlixes auctis inimicitiis fictam epistulam ad Palamedem Priami nomine, per quam agebat gratias proditionis et commemorabat certum auri pondus esse transmissum, dedit captiuo et eum in itinere iussit occidi. haec inuenta more militiae regi al-
150 lata est et lecta principibus conuocatis. tunc Vlixes, cum se Palamedi adesse simularet, ait: si uerum est, in eius tentoriis aurum quaeratur. quo facto et inuento auro, quod ipse per noctem corruptis seruis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. hunc autem constat
155 fuisse prudentem. nam et tabulam ipse inuenit ad comprimendas otiosi seditiones exercitus. huius pater mortem dolens Nauplius nomine revertentibus Graecis post deletam Troiam tempestate laborantibus montem Caphereum ascendit et elata facula signum dedit uicini portus.
160 qua re decepti sunt Graeci et inter asperrimos scopulos pertulere naufragia.

94 QVAEREMVS persequemur.

96–97 (QVAE IAM EXCIRE FRETVM ET RATIBVS BELLARE) PARABAT / (ILIACIS) quae se parabat naues euertere Troianas.

93–94 *155–156* nam et tabulam ... exercitus] 'ut Varro testatur' (cf. ant. litt. 3 (II 10) Semi) add. Seru.; cf. Isid. etym. XVIII 60 | *156–161* huius pater ... naufragia = Seru. Aen. XI 260; cf. Myth. Vat. I 141 Kulcsár II 201

147–148 certum] secretum *Seru. Myth. Vat.* || **158** deletam **P**, delictam *corr. in* delectam **M**, delatam **L**, dilectam **A** || **160** inter asperrimos] per rimosos **MLAP**, *correxit Bode ad Myth. Vat. I 144* (*141 Kulcsár*)

98 HAEMONIAS (... TERRAS) Thessalicas. 165

101–102 CONVBIALIA (... / ANTRA) quia ibi nupsit Peleo.

102 SPERCHIOS fluuius.

103 (DVLCI VESTIGIA) CIRCVIT VNDA quia illa amara erat rore maris. [clementer]

104 ILLA NIHIL (GAVISA LOCIS) quia sollicita erat de filio 170 sciens fata eius.

105 SOLLERS inquisitrix. (PIETATE) MAGISTRA quia nouit indulgere clementer.

107 (LONGO ...) ARCV fornicem describit.

111 STABVLA propter equum. 175

111–112 NEFANDIS / FRATRIBVS illis, qui cum Lapithis in conuiuio pugnauerunt. unde Virgilius ⟨*georg. II 455–457*⟩:

'ille furentis
Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque 180
et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.

112 HOMINVM (NVLLOS ... CRVORES) sed ferarum.

115 TERGA pelles.

102 fluuius] cf. schol. ad I 239 628; Lact. Plac. IV 838 || 111–112 illis ... minantem] cf. schol. ad I 264; Lact. Plac. II 563–564 V 261–263 VI 536–537 (cf. VII 204–205)

166 CON(N)VBIALIA **L**, -bia **M**, -bilia **A**, *om. schol.* **P** || **169** clementer (*ex* **173** *infra*) **MA**, demtum **L** *in Erratis, om. schol.* **P**, *om. Kohlmann, seclusi* || **174** fornicem **L**, -en **MA**, *om. schol.* **P** || **179** furentis *inser. Kohlmann*, -es **P**, *om.* **MLA** || **182** NVLLOS ... CRVORES *ad scholium explicandum pertinere recognouit iam anon. apud Lit. Centralblatt*

118 ALVMNO Achilli.

185 **119** REDITVRVM Achillem.

120 OPPERIENS Chiron. SERENAT illuminat.

122 NEREIS Thetis.

126 (IAMDVDVM TACITO LVSTRAT THETIS) OMNIA VISV quod ibi Achillem non uidebat.

190 **134** TARTARA dicta uel quod omnia illic turbata sunt, *ἀπὸ τῆς ταραχῆς*, aut, quod est melius, *ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν* id est a tremore frigoris. sole enim caret. ET AD STYGIOS ITERVM FERO MERGERE FONTES Thetis cum cognouisset fata Achillis, timens de morte eius in Stygem paludem in-
195 tinxit, et toto corpore inuulnerabilis fuit excepta parte qua tentus est. qui, cum amatam Polyxenam ut in templo acciperet statuisset, insidiis Paridis post simulacrum latentis occisus est. ipsam enim fabulam tangit.

136 CARPATHIVS VATES Proteus. Carpathus insula est iuxta
200 Aegyptum, a qua uicinum pelagus Carpathium nominatum est. hic aliquando regnauit Proteus relicta Pallene, ciuitate Thessaliae, ad quam tamen reuersus est postea. unde Virgilius ⟨georg. IV 390–391⟩:

134 *190–192* uel ... caret = Seru. Aen. VI 577 | *194–198* in Stygem ... occisus est = Seru. Aen. VI 57; cf. schol. ad I 269–270 480; Myth. Vat. I 36 Kulcsár III 11,24 || **136** *199–202* Carpathus ... postea = Seru. georg. IV 386; cf. Isid. etym. XIV 6,24

185 REDITVRVM L, Ed- **MA**, *om. schol.* **P** | Achillem L, -en **MA** || **189** Achillem L, -en **MA**, *om. schol.* **P** || **190** uel] aut *Kohlmann* || **190–191** *ἀπὸ τῆς ταραχῆς* L, apote taraches **MA**, apotu tetra ches **P** || **191** aut] uel **P** | *ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν* L, apotu tartazin **MA**, apotu tartarizin **P**

'patriamque reuisit
Pallenen'. 205
sacerdos enim fuit.

143 SENI Chironi.

156 PINVS [CVM] THESSALA quia Argo apud Thessaliae oppidum Pagasum facta est.

164–165 (PLVRIMA VVLTV) / MATER INEST redditur similitu- 210 dine.

167–168 (O QVANTVM) GAVDIA FORMAE / (ADICIVNT) constat ex qualitate animi homines sumere uultum aut tristem aut hilarem. ut Iuuenalis ⟨IX 18–20⟩:
'deprendas animi tormenta latentis in aegro 215
corpore, deprendas et gaudia: sumit utrumque
inde habitum facies'.

168 FETAM enixam.

172 VLNIS amplexibus.

175 PATROCLVS cum Achilles fureret aduersus Agamem- 220 nonem propter Briseidam, noluit egredi ad pugnam

156 quia ... facta est] cf. schol. ad I 65 || **167–168** *212–214* constat ... hilarem] cf. Seru. Aen. I 683 Seru. Dan. Aen. IX 249; Lact. Plac. I 89–90; Isid. etym. XI 1,34; Non. p. 427, 1–7 M. (pp. 689–690 Lindsay); ps. Isid. diff. I 589 || 175 *220–226* cum Achilles ... Hector] cf. Seru. Aen. I 483; Myth. Vat. II 205

205 Pallenen **MA**, -em **LP** || **208** CVM *seclusi* | THESSALA **A**, -ia **M**, -I **L**, *om. schol.* **P** | Thessali(a)e **A** *Kohlmann*, -cę **M**, -is **L** || **215** aegro] ęquo **MLP**, *om.* animi ... deprendas (215–216) **A**, *corr. Kohlmann* || **221** Briseidam] -a *Kohlmann*

aduersum Troianos. tunc rogatus ut uel arma sua Patroclo daret, quae manu erant fabricata Vulcani, persuadente Vlixe concessit. egressusque Patroclus cum armis
225 eius susceptus ab Hectore occisus est, illaque arma abstulit Hector. unde Virgilius ⟨Aen. II 275⟩: 'qui redit exuuias indutus Achillis'. ideo ⟨u. 177⟩: 'aequali uisurus Pergama fato'.

180 EVROTAE Eurotas fluuius est Laconicae qui ab Apol-
230 line suas edocet laurus, quibus eius plenae sunt ripae. CASTOR [ANHELO] errant qui credunt Castorem Iouis filium. nam de Ioue et Leda Helena et Pollux nati sunt, qui immortales fuerunt. Castor autem Tyndarei filius fuit mortalis. cuius mortem Pollux suo interitu fraterna pie-
235 tate redimebat. quod ideo fingitur quia horum stellae ita se habent ut occidente una oriatur altera.

185 OBLECTAMINE ad laborum dulce lenimen.

187 (EXPERTAS) POLLICE CHORDAS ⟨f⟩ormizauit uel temperauit.

180 *229–230* Eurotas ... ripae = Seru. ecl. VI 83 | *232–236* nam ... altera = Seru. Aen. VI 121 | *232–233* nam ... fuerunt] cf. Seru. Aen. II 601

222 aduersum **MA**, -us **LP** || 229 *om.* est **LA** || 230 edocet **LAP** *Seruius*, educet **M**, -it *Kohlmann* (*sed cf. Verg. ad loc.*) || 231 ANHELO *seclusi* || 237 OBLECTAMINE **L**, obiectamine **M**, obiectamina **A**, *om. schol.* **P** || 238 ⟨f⟩ormizauit (*'uerbum nouum ... ut opinor ἀπὸ τοῦ φορμίζειν'*) *Buecheler*, ormizauit **MA** (-um **L**, *i. e.*, -ū *false lectum*), *om. schol.* **P**, *obelis distinxit Kohlmann, om. Jahnke*, armatum *coniecit Lindenbrog*, harmonisatas *Barth*, organizauit *Vollmer*, harmonizauit *Jahnke* || 238–239 temperauit **A** *Kohlmann*, tempo- **M**, temperatum **L**, -as *Barth*

188 LIBENS securus. 240

189–190 (QVOT TVMIDAE) SVPERARIT IVSSA NOVERCAE / (AMPHITRYONIADES) Eurystheus rex fuit Graeciae, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi ut uaria monstra superaret quibus posset perire. unde Virgilius ⟨georg. III 4⟩: 'quis aut Eurysthea durum'. 245

190 CRVDVM (... BEBRYCA) superbum.

191 POLLVX Iouis filius.

192 AEGIDES Theseus. MINOIA BRACCHIA TAVRI indicato a Sole adulterio Martis et Veneris Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Mars et Venus ignorantes 250 impliciti sunt et cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. quod factum Venus uehementer dolens stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus coepit. igitur Pasiphae, Solis filia, Minois regis Cretae uxor, tauri amore flagrauit et arte Daedali inclusa 255 intra uaccam ligneam saeptam corio iuuencae pulcherrimae cum tauro concubuit. unde natus est Minotaurus, qui intra Labyrinthum inclusus humanis carnibus uescebatur. sed Minos de Pasiphae habuit liberos plures An-

189–190 *242–244* Eurystheus ... perire = Seru. georg. III 4; Myth. Vat. I 64 Kulcsár III 13,5; cf. schol. ad I 238 || 192 *248–270* indicato ... aufugit = Seru. Aen. VI 14; Myth. Vat. I 43 Kulcsár II 121 122 124

242–243 Persei genus **AP**, per se igneus **ML** || **248** MINOIA **LA**pc, -eia **M**, -oi **A**ac**P** || **251** turpitudine **ML**, turpidine **AP** || **258** Labyrinthum **L**, labor- **M**, laber- **AP**

260 drogeum, Ariadnen, Phaedram. sed Androgeus, cum esset athleta fortissimus et superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Atheniensibus et uicinis Megarensibus coniuratis occisus est. quod Minos dolens collectis nauibus bella commouit et uictis Atheniensibus poenam hanc sta-
265 tuit ut singulis quibusque annis septem de filiis et septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potens tam uirtute quam forma, qui, cum ab Ariadne, regis filia, amatus fuisset, Daedali consilio filo iter rexit et necato Mino-
270 tauro cum rapta Ariadne uictor aufugit. de Minotauro enim fabula est quod taliter fuisset genitus. nam Taurus notarius Minois fuit quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Daedali concubuit. et quia geminos peperit, unum de Minoe, alterum de Tauro, enixa esse dicitur Minotau-
275 rum. quod Virgilius ipse dicit ⟨Aen. VI 25⟩: 'mixtumque genus p(ro)l(esque) b(i)f(ormis)'.

193 TOROS conubium.

197 ASSVETA ... PECTORA Chironis.

200 VOLVTAT cogitat.

280 **203** CECROPIDAE Athenienses a rege Cecrope.

206–207 ATQVE [IN]HOSPITA DELOS / GENTIBVS de hac in-

192 *271–276* nam Taurus ... genus = Seru. Aen. VI 14; cf. Myth. Vat. II 126 III 11,7 || **200** VOLVTAT cogitat] cf. Seru. Aen. I 50 || **203** Athenienses ... Cecrope = Seru. Aen. VI 21

260 Ariadnen **MAP**pc, -em **LP**ac || **261** superaret **ML**, uituperaret **AP** (*om.* et) || **276** p(ro)l(esque) b(i)f(ormis)] p. b. l. f. **M**, p. b. f. **L**, p. h. l. f. **AP** || **281** [IN]HOSPITA *corr. Jahnke*

sula talis est fabula: post uitiatam Latonam Iuppiter etiam eius sororem Asterien cum uitiare uellet, illa optauit a diis ut in auem conuerteretur, uersaque in coturnicem est. et cum uellet maria transfretare, quod est coturnicum, afflata a Ioue et in lapidem conuersa diu sub fluctibus latuit, postea supplicante Ioui Latona leuata aquis superferri coepit. haec primo Neptuno et Doridi fuit consecrata. postea, cum Iuno grauidam Pythone immisso Latonam persequeretur, terris omnibus expulsa tandem aliquando applicante se litoribus sorore suscepta est et illic Dianam primo, post Apollinem peperit, qui statim occiso Pythone ultus est matris iniuriam. sane nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur praebuisse obstetricis officium. unde Diana, quamuis uirgo sit, tamen a parturientibus inuocatur. haec namque est Diana, Luna, Proserpina. nata igitur duo numina terram sibi natalem errare non passa sunt, sed eam duabus insulis religauerunt. ueritas uero longe alia est. nam haec insula cum terrae motu laboraret – qui fit sub terris latentibus uentis – oraculo Apollinis terrae motu caruit. nam praecepit ne illic mortuus sepeliretur et iussit quaedam sacrificia fieri. postea a Mycono Gyaroque, uicinis insulis, populi uenerunt qui eam tenerent. unde dicit poeta: 'atque hospita Delos gentibus'. quod autem diximus Dianam primo na-

285 290 295 300 305

206–207 *282–311* talis est ... dicunt = Seru. Aen. III 73 | post uitiatam ... dicunt = Myth. Vat. I 37 Kulcsár II 17 III 8,3

282 Latonam L, -em **MAP** || **284** conuerteretur **M** (*ex** contetur*) **A**, *om.* con- **LP** || **296** Luna *Kohlmann ex Bode ad Myth. Vat. I 37* (*de Myth. Vat. II 17*), iuno **MLAP** || **297** nata **ML**, nati **AP** || **303** a **M**, * **L**, *om.* **AP**

tam, rationis est. nam constat primam noctem fuisse, cuius instrumentum est luna id est Diana, post diem, quem sol efficit, qui est Apollo. ut autem Delos primo Ortygia diceretur, factum est a coturnice, quae Graece *ὄρτυξ* 310 uocatur. Delos autem, quia diu latuit et post apparuit. nam *δῆλον* Graeci 'manifestum' dicunt.

220 THAVMANTIDA Iris 'Thaumantis' dicta secundum poetas, Thaumantis filia. ceterum ex admiratione hoc nomen accepit, quae admiratio de eius coloribus nascitur. Iris 315 dicta quod nunquam ad conciliationem mittitur sicut Mercurius, sed ad disturbationem, et est ministra non tantum dearum, sed et deorum.

222 TETHYS uxor Oceani, Nympharum mater.

238 PHOLOE silua est Thessaliae dicta a Pholo Centauro, 320 qui eam incolebat. qui Pholus, tempore quo ab Eurystheo rege Hercules missus est ⟨in⟩ Thraciam ut Diomedis

206–207 *308–311* ut autem ... dicunt] cf. Isid. etym. XIV 6,21 | *310–311* Delos autem ... dicunt] cf. schol. ad I 388 || **220** Iris ... deorum] cf. Myth. Vat. II 6 | *312–314* Iris ... nascitur = Seru. Aen. IX 5; cf. Myth. Vat. III 4,2 | *314–317* Iris ... deorum = Seru. Aen. IX 2; cf. Seru. Aen. V 606; Myth. Vat. III 4,6 || **222** uxor ... mater = Seru. georg. I 31 || **238** silua est ... occisum = Myth. Vat. I 61 Kulcsár; cf. schol. Lucan. VI 391 Weber

306 fuisse **ML**, -et **AP** || **308** qui **ML**, quod **A**, id **P** || **309** *ὄρτυξ* L, ortix **M**, ortyx **AP** || **311** *δῆλον* L, delon **MAP** || **312** Iris **ML**, iri **AP** | Thaumantis *scripsi*, -a **MLAP**, -as *Seruius Myth. Vat.* || **313** ex admiratione] *etymon διὰ τὸ θαυμάσαι ταύτην; cf. Platon. apud Aëtium (ps. Plut.) de plac. phil. III,5 p. 894D* || **314–315** Iris dicta quod] *etymon ex ἔρις (= discordia) ut apud Seruium* || **321** in *add. Kohlmann ex Myth. Vat.*

equos adduceret qui humanis carnibus uescebantur, eum hospitio recepit. aliqui dicunt quod eum Hercules occidit susceptus ab eo hospitio, ⟨sed⟩ uerius Asper [Longus] ⟨l o c u m n o n i n u e n i⟩ Pholum tradit aduersum Centauros ab Hercule adiutum, cum Herculem recepisset hospitio. Asper tradit Pholo, dum sagittas Herculis stupet qui⟨bus⟩ tot Centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidisse cuius uulnere sanari non potuit. ideo credunt nonnulli ⟨eum⟩ ab Hercule occisum. 325 330

239 SPERCHIVS fluuius cui suas comas Achilles deuouerat, si redisset. pater autem Narcissi fuit Sperchius.

244–245 (VADA ...) / SCYRIA Scyros insula est.

263 (VIRGINEOS) SI[C] IVPPITER INDVIT ARTVS Iuppiter adamauit Antiopen, filiam Nyctei, speciosissimam puellam. 335

238 *327–330* Pholo ... occisum = Seru. Dan. Aen. VIII 294 georg. II 456; cf. schol. Bern. Lucan. VI 391; Hyg. poet. astron. II 38 Bunte || **239** *331–332* fluuius ... redisset] cf. schol. ad I 102 628 629 | *332* pater ... Sperchius] cf. Lact. Plac. VII 340–342 || **263** Iuppiter ... mentiretur] cf. Lact. Plac. VII 189–190 IX 423–424; Seru. Dan. Aen. I 744

322 adduceret] ab- *R. Klotz apud Jahnke* || 323 aliqui] alii, qui *Myth. Vat.* (*add.* errant, sed *post* hospitio) || 324 sed *inserui ex Myth. Vet.* | uerius *Myth. Vat.*, Velius **MLP**, uel uis- **A** | Asper [Longus] *scripsi* (Velius Longus *fortasse inter lineas in archetypo commenti et Myth. Vat.*), Asper et Longus *Myth. Vat. I 61 Bode* (*om.* et *cum cod. Kulcsár*), [Asper] Longus *Jahnke*, Longus ⟨et⟩ Asper *Duebner* || 325 tradit] -unt *Kohlmann* || 326 adiutum] -ductum *Myth. Vat.* || 327 Pholo *Jahnke*, -um **MAP**, *om.* **L**, -us *Kohlmann* || 327–328 qui⟨bus⟩ *corr. Kohlmann ex Seruio* || 331 Achilles **ML**, -is **AP** || 332 Sperchius] *immo Cephisus* || 334 SI[C] *corr. Jahnke, seclusi* || 335 Antiopen ... Nyctei] *lapsus calami pro* Callisto ... Lycaonis, *ut uidetur*

cuius dum pater suspectum haberet stuprum, eam custodiis mancipauit. puella ipsa cum adoleuisset Dianae se consecrauit. Iuppiter in habitum se uertit Dianae et puellam corrupit [ita ut arcum et pharetram mentiretur].

340 **264** (MAGNVM AMBIGVI ...) CAENEA (SEXVS) Caenis uirgo fuit quae a Neptuno pro stupri praemio meruit sexus mutationem. fuit etiam inuulnerabilis. qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra, post mortem tamen in sexum rediit. unde
345 Virgilius ⟨Aen. VI 449⟩: 'rursus et in ueterem fato reuoluta figuram'. hoc autem dicto Virgilius ostendit Platonicum illud uel Aristotelicum, animas per *μετεμψύχωσιν* sexum plerumque mutare.

269–270 (PROGENITVM) STYGOS AMNE SEVERO / ARMAVI
350 TOTVMQVE VTINAM Thetis cum sciret [eo] quod a Peleo Achilles mortalis esset, in Stygem paludem eum intinxit et toto corpore impenetrabilem fecit excepta corporis parte qua eum tenuerat. pro nefas! nouum genus calamitatis! ibi mortis locum reliquit, ubi eum est mater am-
355 plexa.

264 Caenis ... mutare = Seru. Aen. VI 448; Myth. Vat. I 151 Kulcsár; cf. Myth. Vat. III 6,25 | *346–348* Platonicum ... mutare] non apud Platonem, sed de mutatione sexuum cf. Tim. 42b (uiri mali in mulieres) Rep. X 16 (620b sqq.) | *347* uel Aristotelicum] falsum; cf. Aristot. de anim. I 3 (407b); Bode ad Myth. Vat. I 151 Kulcsár || **269–270** Thetis ... amplexa] cf. schol. ad I 134

339 ita ... mentiretur *seclusi* (*an post* Dianae (**338**) *transponendum?* || **347** *μετεμψύχωσιν*] metemsichosin **M**, Sichosin (*om.* unde (**344**) ... *μετεμ* –) **L**, metem sicho (*om.* -*σιν* s-, *spat. uac. rel.*) **A**, *corr. Bode ad Myth. Vat. I 154 ex Myth. Vat. et Seruio* || **349** ARMAVI **L**, -IT **MA** || **350** eo *delendum putauit Jahnke, seclusi* || **351** Achilles **L**, -is **MA**

273 COGNATA (PER AEQVORA) quasi Nerei.

274 CHIRON Saturni et Pelopae filius.

275 GENITOR Peleus.

276 NVTRITOR Chiron.

304–305 SED FAX VIBRATA MEDVLLIS / (IN VVLTVS ATQVE ORA REDIT) Virgilius ⟨Aen. VIII 389–390⟩: 360

'accepit solitam flammam, notusque medullas
intrauit calor et labefacta per ossa cucurrit'.

308 EBVR CORRVMPITVR OSTRO Virgilius ⟨Aen. XII 67–68⟩: 365

'Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro
si quis ebur'.

323 PROTERVOS superbos.

328 DOMAT componit.

329 DILECTA tractata. 370

330 LIMBO limbus dicitur fascia, quae ambit in extremitate uestium secundum antiquum ritum. Virgilius ⟨Aen. V 250–251⟩:

'uictori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura'. 375

274 Saturni ... filius = Seru. et Seru. Dan. georg. III 550; cf. Seru. et Seru. Dan. georg. III 93; Myth. Vat. I 103 II 62 III 15,4 || **330** *371–372* limbus ... ritum = Seru. Aen. IV 137; cf. Seru. Aen. II 616; Lact. Plac. VI 367

357 Pelopae] Philyrae *ex Myth. Vat. I II (ac III Seru. Seru. Dan.) putauit legendum Jahnke* || **370** DILECTA tractata] TRACTATA dilecta MLA, *corr. Jahnke*

353 AMAZONIO (... RITV) Amazones dictae sunt uel quod simul uiuant sine uiris quasi *ἅμα ζῶσαι* uel quod unam mammam exustam habent quasi *ἄνευ μαζοῦ.*

372 IDALIAE VOLVCRES columbae, quae sunt Veneri con-
380 secratae.

⟨**386–387** QVO MORE TACEBAT / CRETA RHEAE⟩ nati Iouis haec fabula est: Saturnus postquam a Themide oraculo comperit a filio regno se posse depelli, natos ex Rhea uxore deuorabat. quae natum Iouem pulchritudine delec-
385 tata Nymphis commendauit in monte Cretae Dictaeo, ubi eum aluerunt apes. et adhibiti sunt Curetes et Corybantes qui tinnitu aeris prohiberent audiri pueri uagitum. unde ipsi sunt Matris Deum ministri. ut autem fingatur Saturnus filios suos comesse, haec ratio est, quia dicitur
390 deus esse aeternitatis et saeculorum. saecula autem annos ex se natos in se reuoluunt. unde Graece *Κρόνιος* quasi *χρόνος* id est tempus dicitur. ergo quo more tacebat Creta Rheae, id est: quia illic Cretae Iouis nutritus est ne a Saturno patre occideretur, sic tu, o Scyros, commen-
395 datum tibi Achillem absconde.

353 Amazones ... *μαζοῦ* = Seru. Aen. I 490 || 376–387 *381–392* nati Iouis ... dicitur = Seru. Aen. III 104; cf. Myth. Vat. II 16 III 15,10 | *382–388* Saturnus ... ministri = Myth. Vat. I 104 3 Kulcsár

377 *ἅμα ζῶσαι* L, AMAZOωCAI **MA** || **378** *ἄνευ* (*immo ἀνέυ*) *μαζοῦ* L, ANETMAZICI **M**, ANET MAZCI **A** || **381** CRETA RHEAE *suppleuit Lindenbrog,* QVO MORE TACEBAT *ego* | nati Iouis **A** *Kohlmann,* nationis **M**, *om.* L || **391–392** *Κρόνιος* quasi *χρόνος* L, KPONOC q̄ KPONOC **M**, KPωNωC q̄ KPωNωS **A** || **393** illic *Kohlmann,* illis **MLA** | Cretae *proposuit Jahnke,* -a **MA**, certa L, cerua *anonymus Heidelbergensis,* [Creta] *Kohlmann* || **394** sic L, si **MA**

388 DELO Delos et ciuitas dicitur et insula, unde interdum recipit praepositionem. Delos autem dicta est quia, cum ubique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dantur oracula. nam *δῆλον* Graeci 'manifestum' dicunt.

390 CYCLADAS Cyclades non ideo dictae sunt quia in ro- 400
tunditate sunt, eo quod Graeci *κύκλον* 'rotundum' uocant, sed quod longo ordine eas circumire necesse est propter promuntoria periculosa.

393 THIASI thiasos saltationes, choreas Liberi id est Libe-
ralia. 405

⟨**397–399** INTEREA MERITOS VLTRIX EVROPA DOLORES / DVLCIBVS ARMORVM FVRIIS ET SVPPLICE REGVM / CONQVESTV FLAMMATA MOVET⟩ originem belli Troiani taliter historia refert: Herculem, cum Colchos iret perdito Hyla,
post peragratam Mysiam nauibus Troiam uenisse. a cuius 410
portu cum eum Laomedon arceret, occisus est et eius filia Hesiona belli iure sublata comiti Telamoni tradita est, qui primus ascenderat murum. unde natus est Teucer. nam Aiacem ex alia constat esse natum. tunc Hercules
Priamum quoque redemptum a uicinis hostibus in pa- 415
terno regno locauit, unde et Priamus dictus est *ἀπὸ τοῦ*

388 Delos … dicunt] cf. schol. ad I 206 || **390** *400–402* Cyclades … sunt[2], sed quod … necesse est = Seru. Aen. III 126 || **393** thiasos … Liberalia = Seru. ecl. V 30 || **397–399** *409–418* Herculem … fabulosa = Seru. Aen. I 619 | *409–416* Herculem … locauit] cf. Myth. Vat. I 133 Kulcsár II 199

396–397 interdum **A** *Kohlmann*, -duro **M**, nitidum **L** || **399** *δῆλον* **L**, delon **MA** || **401** *κύκλον* **L**, cyclon **MA** || **406–408** INTEREA … VLTRIX *inseruit Jahnke*, EVROPA … MOVET *ego* || **408** Troiani] thebani **MLA**, *corr. Lindenbrog* || **416–417** *ἀπὸ τοῦ πρίασθαι* id est **L**, ariotoẏ piace aud̄ **M**, apo τωyppiacϑaiv id̄ **A**

πρίασθαι id est emi. ceterum quae de liberata dicuntur Hesiona, constat esse fabulosa. postea, cum creuisset, Priamus uolens repetere sororem profectus est cum lega-
420 tis Salamina, ubi constabat eam regnare. at minime eam repetere ualuerunt Graecis dicentibus ⟨se⟩ eam habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu ut aliquid tale abduceret aut uxorem regis aut filiam. quo cum ambulasset, sollicitauit Helenam,
425 Menelai uxorem. quae cum ei consentire noluisset, egressus est ille et ciuitatem obsedit. qua euersa Helenam rapuit, unde et postea a marito recipi meruit.

404 (HOC) FOEDVS (PHRYGIVM) quod dicit foedus, historiam tangit, quae refert quod Troiani cum Graecis foedus
430 habuerint, unde etiam Paris amicabiliter est susceptus hospitio et sic commisit adulterium.

444 CLASSIS classis dicitur uel quod fiat de fustibus. 'calas' enim dicebant maiores nostri fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad proelium. unde etiam 'calo-
435 nes' dicebantur. nam consuetudo erat militis Romani ut ipse sibi arma portaret, ipse uallum. uallum autem dice-

397–399 *419–427* uolens ... meruit = Myth. Vat. II 199 | *420–424* at minime ... filiam = Seru. Aen. X 91 | *425–427* quae cum ... meruit = Seru. Aen. X 92; cf. schol. ad I 21 404 || **404** *429–431* quod Troiani ... adulterium = Seru. Aen. X 91; cf. schol. ad I 21 397–399 || **444** classis ... dicimus = Seru. Dan. Aen. VI 1; cf. Seru. Aen. I 39

418 creuisset **M**, excre- **LA** || **420** at *Kohlmann ex Myth. Vat. II 199 Bode* (*ex cod. Seruii;* et (*227*) *Kulcsár*), et **MLA** || **421** se *suppleuit Kohlmann* (*ex Seru. et Myth. Vat.*) || **424** quo *scripsi*, qui **MLA** | cum *Kohlmann*, dum **MLA** || **432** CLASSIS **L**, -I **MA** || **432–433** calas] -es **MA**, -os **L**, *corr. Jahnke* (*ex. coni. Stephani apud Seru. Dan., ut uidetur*) || **436** ipse[2] **ML** (*cf. Cic. Tusc. II 37*), et ipse **A**, et calo *L. Mueller in ed. Lucilii*

bant 'calam', sicut Lucilius ⟨fr. 966 Marx⟩: 'scinde calam, ut caleas', id est: o puer, frange fustes et fac focum. inde ergo classem dictam dicunt. alii magis hinc classem dictam uolunt: apud maiores nostros stipendium proelio ter- 440 restri miles pedester dabat. equites uero dabant in nauali certamine: nam adhuc populus pauper fuerat. exinde etiam, quod ab equitibus dabatur stipendium, tractum est ut diceretur c l a s s i s. proprie enim 'classes' equitum dicimus. 445

447 AVLIS insula est in qua coniurarunt Graeci se non ante reuersuros quam Troia caperetur.

469 TYDIDES Diomedes, Tydei et Deipyles filius. STHENELVS Capanei et Euadnes.

472 VLIXES Laertae et Anticliae filius. alii dicunt Sisyphi 450 et Anticliae filium, quae ante nuptias cum Sisypho, Aeoli filio, concubuit, unde Vlixes natus est. hoc et in Ouidio ⟨metam. XIII 31–32⟩ Aiax obiecit.

480 STYGIOS ... AMNES Styx palus est quaedam apud inferos, de qua legimus ⟨Aen. VI 324⟩: 'di cuius iurare timent 455

447 insula ... caperetur = Seru. Aen. IV 426 || **469** *448* Diomedes ... filius = Seru. Dan. Aen. I 97 | *449* Capanei et Euadnes = Seru. Aen. II 261 || **472** *450–452* Laertae ... natus est] cf. Seru. Aen. VI 529 || **480** *454–464* Styx ... contraria = Seru. Aen. VI 134

448 TYDIDES **L**, *om.* **MA** | Deipyles] Deiphiles **L**, -lę **MA** || **449** Euadnes **M**, Eractnes **L**, euathnes **A** || **450** Anticli(a)e **MA**[2] *u. l. superscr.*, Antiochae **LA** (-o- *superscr.*) || **452** et] ei *proposuit Jahnke*

et fallere numen'. quod secundum fabulas ideo est quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Ioui fauisse. pro cuius rei remuneratione Iuppiter tribuit ut dii iurantes per eius matrem non audeant fallere. ratio autem haec
460 est: Styx maerorem significat. *ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ* id est a tristitia Styx dicta. dii autem laeti sunt semper. inde etiam immortales, quia *ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι.* ergo quia maerorem non sentiunt, iurant per rem suae naturae contrariam id est tristitiam, quae aeternitati contraria. in qua
465 Thetis Achillem mersit eius mortem timens eo quod natus mortali patre esset, et totum impenetrabilem fecit excepta corporis parte per quam eum tenuit, ubi postea a Paride percussus est.

543 FECVNDVM (... PECTVS) callidum. Virgilius ⟨Aen.
470 VII 338⟩: 'fecundum concute pectus'.

546–547 SIC DEVS (OMNIPOTENS FIRMET SIC ADNVAT ILLA / VIRGO PATERNA TIBI) optantis est. Virgilius ⟨Aen. X 875⟩: 'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!'

593 AGENOREI ... BACCHI Thebani, quod illic colitur exi-
475 mie, quia et ibi natus. Agenor autem rex Phoenices fuit, de quo natus est Cadmus, qui Thebas condidit. nota fabula. et imitatur hoc loco Virgilium, qui ubicumque lu-

480 *464–468* in qua ... percussus est = Seru. Aen. VI 57; cf. schol. ad I 134 || **593** *475* Agenor ... fuit = Seru. Aen. I 338 | *477–483* ubicumque ... uolunt = Seru. Aen. I 441; cf. Isid. etym. XIV 8,30 XVII 6,7

460 *ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ* (*immo συ-*) L, AN. ut oẏcite roẏ **M**, aputoycrte poi **A** || **462** *ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι* L, aφ (*ϑ in rasura*) aptui KAIMAKAPIOI **M**, aoϑ ap(*corr. in* p A[2])tui kai MA KA PIωI **A** || **466** mortali **A** *Jahnke*, -e **ML** || **467** a *om.* **M**, *inser. superscr.*, **A** || **475** et *om.*, est *post* natus *inser.* L || **477** est *inser. post* fabula L

cum ponit, sequitur e⟨ti⟩am consecratio. ut ⟨Aen. IX 3–4⟩:

'luco tum forte parentis 480

Pilumni Turnus sacrata ualle sedebat'.

lucus autem dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis, ut quidam uolunt.

599 DVCTOR Lycomedes.

628 SPERCHIE fluuius Thessaliae ubi Achilles apud Chironem nutritus est. 485

629 PROMISSASQVE COMAS consuetudo enim erat apud antiquos ut quis, prout libitum erat, diuersis deabus uel fluminibus crinem aut barbam suam uoueret.

623 (PAMPINEIS ...) THYRSIS hasta pampinea. 490

718 ITHACVS pro 'Ithacesius'. principale pro deriuatiuo ponitur.

763 EXTEMPLO ilico, mox. et est augurum sermo. 'templum' enim dicitur locus manu designatus in aere. post quem factum ilico captantur auguria. 495

628 fluuius Thessaliae = Seru. georg. II 487; cf. schol. ad I 102 239 || **629** consuetudo ... uoueret] cf. schol. ad I 239 || **718** ITHACVS ... deriuatio = Seru. Aen. II 104 || **763** ilico ... auguria = Seru. Aen. I 92

478 e⟨ti⟩am *scripsi ex Seruio* || **484** DVCTOR **A**, AVCTOR **ML** || **485** SPERCHIE **L**, per sius **M**, Spersius **A** || **489** uoueret **L**, -ere ut **MA** (*ex* mo- **A**[1]) || **491** ILLI SVBRIDENS *inser. ante* ITHACVS **L** | Ithacesius **L**, ihtacensius **M**, ithace s̄s̄ **A** || **492** ponitur **M**, -it **A**, *om.* **L** || **493** EXTEMPLO **LM**^{pc}**A** *corr. per* **A**^{2}, *ut uidetur*, exemplo **M**^{ac}**A**^{ac} || **494** designatus **L**, -ur **MA**

857 TROIA regio est Asiae, Ilium ciuitas Troiae. plerumque tamen confundunt poetae et pro ciuitate uel regionem uel prouinciam ponunt. ut Iuuenalis ⟨X 266⟩: 'et flammis Asiam ferroque cadentem'.

857 regio ... cadentem = Seru. Aen. I 1; cf. Isid. etym. XIV 5,21

497–498 regionem **A** *Seruius*, -e **ML** ‖ **498** prouinciam **MA** *Seruius*, -a **L**

FVLGENTII
VT FINGITVR PLANCIADIS

SVPER THEBAIDEN
COMMENTARIOLVM

PRAEFATIO

Commentariolum cui nomen 'Sancti Fulgencii Episcopi super Thebaiden' adfixum est et quod, ut uidetur, Carnoti aut in ualle Ligerica aut Parisiis inter annos MCXX et MCLXXX scriptum esse u. d. Brian Stock demonstrauit, primus in ephemeride anno MDCCCXCVII et iterum in Bibliotheca Teubneriana anno MDCCCXCVIII u. d. Rudolphus Helm in lucem protulit, ex codice ut credidit unico Parisino latino 3012 (= **P**), saeculi, ut uidetur, tertii decimi, mutilo et difficili lectu. ego in dissertatione mea Harvardiana anno MCMLXV codicis huius opusculi alterius, quem in Bibliotheca Ciuium Bernensi sub numero 141,323 (= **D**) a manu Petri illius Danielis anno fere MDC exscripto inueneram, mentionem feci, quem testem alterum et independentem putaui. cuius rei iam me maxime paenitet, nam, Parisiis codice iterum inspecto et primum sub luce radiorum breuiorum quam illius lucis quam uidere possumus, erroribusque quibusdam correctis, mihi est persuasum Petrum Danielem codicem suum ex archetypo codice **P** ipso, non alio nunc deperdito, exscripsisse. codicibus **P** et **D** comparatis, in **P** **perum suorum* (27) et *dei bo**** (53), ut nunc apparet, ubi **D** *operum* et *dei bonum* profert, legenda sunt, neque locum usquam alibi in codice **D** inueni a quo non possit fieri ut sit ex codice **P** ante caua facta exscriptus. differunt **P** et **D** quattuor in locis – 79 etiam **P**, et **D** 106 nomen hoc **P**, hoc nomen **D** 113 id est[1] **P**, inde **D** 162 latere **P**, interire **D** (lapsus calami ab *interiore* supra scripto) – in quibus, ut uidetur, facile errauit Danielis scriba: prae-

terea ad 46 adrastro **P**, adrasto **D** 151 adastro **P**, adrasto **D** correxit codicem **P** in minutissimis euidentissimisque Danielis.

Quae cum ita sint, mihi recensenti uisum est, lectores accuratissime de lectionibus codicum **PD** certiores facere, ut codex **P** nobis quasi integer et nondum perforatus pateat, cuius in textu correctiones tantum certissimas introduxi. hoc solum est addendum, me testimonia nulla nisi quae ex scripturis Biblicis uel scriptoribus classicis deriuata essent citauisse. de testimoniis ex scriptoribus Medii Aeui adhibendis uiderint peritiores.

Cuius opusculi duas tantum editiones Rudolphus Helm, ut supra dixi, in lucem emisit. in editione Teubneriana lectiones quaedam sunt ad id tempus incertae atque e collationibus per Rossbach et Gundermann factis citatae, quas codice nunc a me ipso inspecto supersedi: coniecturas quae sub nominibus Gundermann Plasberg Rossbach in apparatu inueniuntur editori Helm nominati uu. dd. ipsi suppeditauerunt. editio quam in Patrologiae cursu completo, serie latina, Suppl. Vol. 3, accurante Adalberto Hamman O.F.M., Parisiis 1966, 1408–1412 inuenias, nihil est quam illa Helmii editio in hac serie intacta impressa.

De hoc opusculo uide quod scripserunt uu. dd.

Bischoff, Bernhard. Das griechische Element in der abendländischen Bildung des Mittelalters. In Byzantinische Zeitschrift XLIV (1951), 51 (= Mittelalterliche Studien, uol. II, Stutgardiae 1967, p. 271 n. 138)

Stock, Brian. A Note on Thebaid Commentaries. Paris, B.N., lat. 3012. In Traditio XXVII (1971), 468–471

Sweeney in Prolegomenis pp. 90–93

Whitbread, Leslie George. Fulgentius the Mythographer, Columbi Ohioensi 1971, pp. 235–244 (cum translatione Anglica)

Winterfeld, Paul von. Fulgentianum. In Philologus LVII (1898), 509.

In hac editione siglis usus sum

P = Parisinus latinus 3012, s. XIII
D = Bernensis 141,323, per Petrum Danielem exscriptus, anni fere MDC.

S. FVLGENTII EPISCOPI SVPER THEBAIDEN

Poetarum inuestigabilem prudentiam ingeniique eorum uenam inmarcescibilem non sine grandi ammiratione retracto, qui sub blanditorio poeticae fictionis tegumento moralium seriem institutionum utiliter inseruerunt. cum
5 enim teste Horatio ⟨ars poet. 333–334⟩:

'aut prodesse uolunt aut delectare poetae
aut simul et iocunda et idonea dicere uitae',

non magis litterali sensu ⟨aut⟩ historiali facilitate hilares reperiuntur et iocundi quam mistica expositione figura-
10 rum moribus humanae uitae aedificandis utiles et idonei. quam ob rem, 'si parua licet componere magnis' ⟨Verg. georg. IV 176⟩, non incommune carmina poetarum nuci comparabilia uidentur; in nuce enim duo sunt, testa et nucleus, sic in carminibus poeticis duo, sensus litteralis
15 et misticus; latet nucleus sub testa: latet sub sensu litterali mistica intelligentia; ut habeas nucleum, frangenda est testa: ut figurae pateant, quatienda est littera; testa insipida est, nucleus saporem gustanti reddit: similiter non

3 ⟨in⟩tegumento *proposuit Stock* || 6 uelint *proposuit Helm* || **8** aut *suppleuit Helm, cauum adest in* **P**, et **D** *in margine* || **12** incommune] commune *Gundermann*, incommode *Plasberg* || **18** gustanti *proposuit Helm*, -ndi **PD**

littera, sed figura palato intelligentiae sapit. diligit puer
nucem integram ad ludum, sapiens autem et adultus fran- 20
git ad gustum; similiter si puer es, habes sensum littera-
lem integrum nullaque subtili expositione pressum in
quo oblecteris, si adultus es, frangenda est littera et nuc-
leus litterae eliciendus, cuius gustu reficiaris. his itaque
aliisque pluribus modis tam Graecorum quam Latinorum 25
poemata possunt commendabilia probari, quorum
summa poscit intentio ut nullos aut simplices aut peritos
operum suorum utilitatis immunes relinquerent. inter
quos ⟨et⟩ Papinius Surculus mirae strenuitatis uir eui-
dentissime claruit qui Virgilianae Eneidis fidus imitator 30
Tebaiden scribere adgressus est; cuius ut tegumentum pa-
teat, historialis ordo seriei praemittendus est.

Laius regnauit Thebis; habuit uxorem Iocastam, ex qua
genuit Edippum. qui adultus patrem interfecit, matrem
uxorem duxit. ex quo incesto coniugio nascuntur duae fi- 35
liae et duo filii, Ethiocles et Polinices. pater dolore ceca-
tur. filii de regno dissentiunt. annuatim diuisum est re-
gnum. primo uero primogenitus regnat Ethiocles,
Polinices exulat. adiit etiam Grecos; filiam regis Greciae
Adrasti duxit in uxorem. anno finito regnum a fratre re- 40
petit. ille negat. septem reges Greciae coniurant in ultio-
nem. Thebas petunt; sed sitiunt in uia; ducuntur ab Ibsi-
phile ad fontem. occiditur Archemorus a serpente; Greci
Ligurgum consolantur, Archemorum honorifice sepe-
liunt. deinde Thebas adeunt. pugnant; occiduntur omnes 45

27 poscit *scripsi* (p*s**t *legi sub luce radiorum breuiorum in* **P**), *om.*, *spatio relicto*, **D**, erat *Helm* || 29 et *suppleuit Helm*, *cauum adest in* **P**, *om.* **D** || 30 Virgiliane **D** *superscr. Helm*, Virgin- **PD**

excepto Adrasto. ad ultimum duellant fratres; mutuo se perimunt. insurgit Creon regnaturus. prohibet reges sepeliri. uxores regum supplicantur Theseo. Theseus pugnat cum Creonte; uincitur Creon. reges sepeliuntur. Thebe
50 quassata est, sed liberatur.

Historicae seriei ordine percurso huius testae nucleus eliciendus est. 'Thebae' ⟨Grece⟩ dicuntur quasi 'theosbe' id est 'dei bonum'. haec est humana anima, quam diuina benignitas creauit ad imaginem et similitudinem suam, id
55 est immortalem inuisibilem totius scientiae perceptibilem; quae bene ciuitas appellatur, quia fortitudo in ea et prudentia iustitia temperantia et ceterae uirtutes tamquam huius ciuitatis ciues iure hereditario habitantur et locantur. in hac itaque ciuitate id est humana anima reg-
60 nat Laius id est lux sancta; Laius enim dicitur quasi 'lux ayos'; 'ayos' vero Grece 'sanctus' Latine interpretatur. Laius itaque regnauit Thebis, id est lux sancta in humana anima, quae exclusis ignorantiae tenebris totius scientiae perceptibil⟨itat⟩e decorata est. hic autem habuit uxorem
65 nomine Iocastam id est iocunditatem castam. mens enim humana ex santa luce quam habuit iocundatur; sed caste, id

54 ad imaginem ... suam] cf. Gen. 1,27 || 55 immortalem inuisibilem] cf. 1. Tim. 1,17 || 56–57 fortitudo ... ceterae uirtutes] cf. Plat. Rep. IV 6 (427e sqq.); Cic. off. I 15 sqq.; Ambros. de off. min. I 115 Testard; Isid. etym. II 24,5–6

46 Adrasto] adrastro **P** || 51 percurso **D**, pre- (**D** *superscr.?*), trans- *Rossbach*, per- *propter cauum non legitur in* **P** || 52 Grece *suppleuit Rossbach, non certe legitur in* **P**, *om. spatio relicto* **D** | theosbe] *sc.* Θεοσέβεια (*timor dei?*) || 53 bonum **D**, bo*** (*cauum adest*) **P**, be⟨nignitas⟩ *suppleuit Rossbach,* **D** *in margine* || 61 ayos[2]] *sc.* ἅγιος || 64 perceptibil⟨itat⟩e *correxit von Winterfeld*

est absque elationis corruptione. haec autem Iocasta bene dicitur uxor Laii, quia uelut uxor marito subest illi praecedenti. sic itaque felici coniugio Laius duxit Iocastam. ex qua genuit Edippum. felix fuit coniugium, sed proles in- 70 fausta. nascitur enim Edippus id est las⟨ci⟩uia. hoc nomen 'Edippus' sumptum est ab hedo, quod animal ualde lasciuum est; unde dicitur ⟨Ouid. metam. XIII 791⟩: 'tenero lasciuior hedo'. quotiens itaque iocunditas casta et prius nulla rerum saecularium uanitate corrupta ad cor- 75 ruptionis lasciuiam declinat, uere Iocasta parit Edippum. qui adultus id est humana anima praeualens patrem interficit, uidelicet lucem sanctam qua superhabundans occasionem nascendi sibi quodam modo praebuerat extinguit. immo etiam ipsam matrem suam sibi eam 80 subiugando uxorem ducit. ex quo incesto coniugio nascuntur opera nec uirtutem nec speciem uirtutis habentia, quae sunt duae filiae. nascuntur et alia opera speciem uirtutis, sed non uirtutem habentia, quae sunt duo filii. quorum alter Ethiocles, alter Polinices. 'ethos' Grece La- 85 tine 'mos' dicitur, inde 'ethica' 'moralis scientia'; 'ocleos' dicitur 'interitus', inde 'Ethiocles' 'morum interitus', hoc est auaritia, per quam mores intereunt; ipsa enim est origo et 'radix … omnium malorum' ⟨1. Tim. 6,10⟩. 'po-

68–69 uxor … praecedenti] cf. Eph. 5,22; Col. 3,18; 1. Pet. 3,5

68 uelut **PD** *superscr.*, sicut **P** *del. eadem manu* **D** ‖ **71** las⟨ci⟩uia *correxit Helm*, **D** *in margine* ‖ **79** quodam **P**pc, quam (**P**ac?)**D** | etiam] et **D** ‖ **82** nec … nec] nunc … nunc *interpret.* ἤ…ἤ *in* **P** *Gundermann* ‖ **85** ethos] *sc.* *ἔθος* ‖ **86** ocleos] *sc.* *ὄχλος* (*molestia?*) ‖ **89–90** polis] *sc.* *πολύς*

90 lis' Grece 'multum' dicitur Latine, 'nichos' 'uictor'; unde dicitur 'chere Cesar anichos'; inde 'Polinices' 'multos uincens in tempore', hoc est luxuria cui multi succumbunt. his itaque filiis id est auaritia et luxuria in anima humana adultis pater dolore cecatur, id est mens lasciua
95 horrore peccati afflicta se ipsam excruciat. filii uero animam alternatim distraentes de regno dissentiunt, quia ⟨Lucan. I 92⟩: 'nulla fides regni[s] sociis'. annuatim diuisum est regnum. constat autem quia ⟨Luc. 11,17⟩: 'omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur'. primo anno ut
100 primogenitus, id est ut omnium malorum radix regnat Ethiocles, Polinices, cum auarus facile luxuriosum deprimat, exulat. adiit etiam Grecos. mores luxuriose uiuentium euidentissime denotat qui consumpta omni substantia sua ad sapientiam mundanam quandoque confugiunt
105 ut luxuriae iacturam saecularis scientia recompenset. sequitur quia filiam Adrasti regis Greciae uxorem duxit. iste rex Greciae philosophia est, cui subest omnis sapientia mundana. cui nomen hoc 'Adrastus' non incongrue conuenit. 'adrios' enim Grece 'profunditas' Latine; unde
110 mare 'Adriaticum' dicitur id est 'profundum'. merito itaque hoc nomine quod est 'Adrastus' philosophia signi-

91 anichos] cf. Cornut. schol. Iuu. III 68 Höhler ‖ **102–104** luxuriose … substantia] cf. Luc. 15,13

90 nichos] *sc. νῖκος = νίκη*, uictoria ‖ **91** chere … anichos] *sc. χαῖρε, Καῖσαρ ἀνίκ⟨ητ⟩ος (salue, Caesar inuicte)* ‖ **97** regni[s] *correxit Helm* ‖ **100** primogenitus **D** (*u. l.*) *Helm*, -ur **PD** ‖ **104** quandoque *Rossbach*, quinque **PD**, quique **D** (*u. l.*) ‖ **108** nomen hoc **P**, hoc nomen **D** *Helm* ‖ **109** adrios] *sensu incerto: Whitbread proposuit ἁδρός (pinguis?)*

ficatur, cuius profunditas nullius philosophi funiculo umquam attingi potuit. huius filia est 'Argia' id est 'prouidentia'. 'argeos' Grece 'prouidentia' Latine; unde Greci dicuntur 'Argi', id est 'prouidi'; unde 'Iunonius pastor' id est Argus dicitur quasi prouidus quod ipse poeta innuit dicens ⟨Ouid. metam. I 625⟩: 'centum luminibus cinctum capud Argus habebat', capud id est mentem quae est excellentior pars in homine ut capud in corpore. ducit itaque Argiam filiam Adrasti, id est prouidentiam filiam filosophiae, et finito anno iam saeculari astutia roboratus regnum a fratre repetit. sed ille negat et auaritiae uerbis satis euidenter utitur dicens ⟨Theb. II 429⟩: 'teneo longumque tenebo'. septem reges Greciae in ultione coniurant. hii septem reges septem artes liberales sunt, qui bene reges dicuntur quia sunt regimen et columnae omnium scientiarum; subsunt etiam Adrasto id est filosophiae. Thebas petunt, sed in uia sitiunt. quid mirum si sitiunt qui fonte fidei carent; saecularis scientiae potus sitim non minuit, sed auget. sitiunt inquam, sed sitientes ducuntur ab Ipsiphile ad fontem. Isis fuit praecipua dea in Egipto, 'philos' dicitur 'amor', inde 'Isiphile' 'amor Isidis', id est idolatria, quae ducit ad fontem suum omnem hominem saecularibus scientiis [pro temporalibus] insudantem. sed dampnosum est huic subesse. occiditur enim Archemorus a serpente. quilibet alumpnus idolatri⟨ae⟩

115 Iunonius pastor] cf. Ouid. metam. I 676 678

112 nullius] -o *Helm* (*ex* -o *correcto ex* -i, *id quod in* **P** *perperam legit Rossbach*) || **114** argeos] *sensu ignoto* || **115** id est[1] **P**, inde **D** || **132** philos] *pro* *φιλία* || **131** pro temporalibus *glossema del. Helm* || **136** idolatri⟨ae⟩ *correxit Helm*

'Archemorus' potest uocari, id est 'principaliter ⟨mor-
tuus⟩'. 'qui' enim ⟨Ioann. 3,18⟩ 'non credit iam iudicatus
est'. nec uacat quod a serpente occiditur. omnis enim ido-
140 latra a maligno hoste procul dubio enecatur. quod autem
Ligurgum consolantur Greci, non est cum silentio praeter-
eundum. mortuos enim in peccatis scientia saecularis
consolatur. unde etiam sequitur quod Archemorum hono-
rifice sepeliunt. alumpni enim idolatriae pompose et ho-
145 norifice quantum ad uulgarem opinionem sepeliuntur
quos in peccatis sopitos laus humana et mundanae uani-
tatis gloria inuoluit. deinde pugnaturi Tebas adeunt et
pugnant contra Etioclen id est auaritiam, quid etsi utrim-
que uanitas, tamen philosophiae intentis auaritia sorde-
150 scit. pugnant, sed in huius pugnae exitu non prosperan-
tur; occiduntur enim omnes. hic humanae cecitatis caligo
exprimitur, quae de malis deteriora, de uanis uaniora fre-
quenter eligit, cum artium scientiam minus uanam auari-
tiae uaniori postponunt. sed non uacat quod subditur: ex-
155 cepto Adrasto. philosophia enim, etsi in auaris pereat, in
se non interimitur. ad ultimum duellant fratres, id est
auaritia et luxuria, et mutuo se perimunt. neque enim in
eodem se simul patiuntur auaritiae seueritas et luxuriae
lasciuia. sed his peremtis uitiis in anima insurgit super-
160 bia, quae bene dicitur 'Creon' quasi 'cremens omnia'.

137 Archemorus] *nota ἔτυμον ex ἀρχή* (*principium*), *et 'mors'* || **137–138** mortuus *Rossbach pro* uocari **PD** || **145** uulgarem **D** (*u. l.*) *Helm*, -lem **PD** || **155** Adrasto] adastro **P** || **159** peremtis *Helm*, perhennis **PD** || **160** cremans *scripsi*, -ens **PD**, cremans *uel* premens *Whitbread* (cremens = premens *iam. interpr. Plasberg*)

nota quod cessante omni uitio superbia acrius in anima regnum sibi usurpat, quando animus ex perfectionis conscientia interiore elatione tumescit. unde poetice post mortem Ethioclis et Polinicis insurgit Creon regnaturus. qui etiam prohibet reges sepeliri, id est scientias saecula- 165 res latere, quas superbia tamquam fontem sitim ⟨sedantem⟩ et sui erroris fidas adiutrices miro diligit affectu. uxores uero regum id est affectiones humanae quae prius his regibus succubuerant supplicantur Theseo id est deo; 'Theseus' quasi 'theos suus'. Theseus pugnat cum Cre- 170 onte, quando humilitate docetur a deo uinci superbia; et uincitur Creon id est superbia nesciens humilitati resistere. reges etiam sepeliuntur, quia in humilitatis aduentu[m] omnis occasio elationis suffocatur. Tanto autem uitiorum conflictu Thebe id est humana anima quas- 175 sata est quidem, sed diuinae benignitatis clementia subueniente liberatur.

166 latere **P**, interire **D** | sitim] suum *Plasberg* || **166–167** sedantem *inseruit exempli gratia Helm* || **169** Theseo *Helm*, theos **PD** || **170** theos] *sc.* *θεός 'deus'* || **172** humilitati *Helm*, -e **PD** || **174** aduentu[m] *correxit Helm* || **176** clementia **D** (*u. l.*) *Helm*, de- **PD**

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

Iuvenalis, Saturae

Edidit J. Willis

1997. Geb. DM 124,– ÖS 905,– SFr 112,– Bestell-Nr. 1471

Der Satiriker Juvenal gehört zu den Autoren des klassischen Altertums, die breit rezipiert wurden, ohne daß deren Text selbst der Kontrolle der Grammatiker anheim gegeben worden ist. Diese ‚offene' Überlieferung hat zur Folge, daß der authentische Wortlaut vom 2. bis 5. nachchristlichen Jh. ungeschützt vor sekundären Texteingriffen in die mittelalterliche Tradition weitergegeben wurde.

Willis ist der erste Herausgeber des Juvenal, der auf der Basis von Jachmanns und Knoches Untersuchungen diese Produkte späterer Redaktorentätigkeit als solche kennzeichnet, ausscheidet und somit dem modernen Leser wieder den authentischen Juvenal schenkt.

In der Praefatio werden die editorischen Grundsätze klar verständlich dargelegt und die Divergenzen im Versbestand der mittelalterlichen Überlieferung als Indizien für Textzusätze gewürdigt.

Die Textgestaltung im Detail bildet ebenfalls einen großen Fortschritt gegenüber früheren Editionen. In zahlreichen Fällen gelingt es Willis, durch eigene Konjekturen oder Übernahme ‚vergessener' Emendationen früherer Gelehrter den Wortlaut der Satiren entscheidend zu verbessern.



B. G. TEUBNER STUTTGART UND LEIPZIG